Os ſenhores Reys meus predeceſſores, fundandoſe nos priuilegios Apoſtolicos antigos, concedidos ao Reyno, & poſſe immemorial declararão que nenhum eſtrangeiro pudeſſe ter Beneficios, ou penſoẽs nelle: & porque algũs Prelados, contra forma, dos ditos priuilegios, & da poſſe em que o Reyno eſtá; prouem algũas vezes eſtrangeiros. Tomando eu ſobre iſſo parecer de homẽs de ſciencia, & conſciencia, eſcreui ao Marquez de Caſtel Rodrigo, ſendo Viſorrey, que ordenaſſe ao deſembargo do Paço, qui fizeſſe prouiſaõ gèral, em forma de ley, na qual ſe declaraſſem por nullas, & ſorrepticias as collaçoẽs que ſe fazẽ, aſsi em Roma, como pelos Ordinarios, em eſtrangeiros contra forma dos ditos priuilegios, & poſſe: & que fizeſſem cartas para todos os Ordinarios, para que tendo della noticia, não prouejão os beneficios contra a poſſe, & priuilegios em que ella ſe funda, com o mais que ſe contem na dita carta, que foi feita em 13. de Dezembro do anno paſſado. E porque ſou informado que o dito deſembargo encarregou ao Doutor Diogo da Fonſeca que lançaſſe a dita prouiſaõ, & atè agora o não tem feito, reſultando da dillação muito prejuyzo a meu ſeruiço, & ao bem de meus naturaes; encomendouos que logo lhe ordeneis, que cõ toda a breuidade lance a dita ley, & ma enuieis para aſsinar.

Sobre os cenſos.

QVE poſto que nas materias dos cenſos reprouados no ſecular ſe mandaſſem parar as cauſas, comtudo no Eccleſiaſtico ſe não impida que os Prelados poſſaõ conhecer das ditas cauſas. Carta de 30. de Dezembro de 603.

Sobre as Igrejas encomendadas.

QVE os Prelados que encomendão Igrejas do Padroado Real, quando vagão, não fação recebedores gèraes. nem dèm por porção todos os fructos, antes elejão hũa peſſoa que cobre os fructos no lugar aonde ſe colhem, moderando a porção no que for juſto. Carta de 20. de Feuereiro de 604.

Sobre

Sobre arrendar a cidade as penas.

QVE não poſſa a cidade arrendar as penas das poſturas do vinho, & outras couſas, de que reſulta fazerem auenças os Rendeiros, em grande dano do pouo, que ſe aduirta que ſe não faça. Carta de 24. de Dezembro de 604.

Sobre liuros de linhages.

QVE ſe não poſſa imprimir liuro de linhages. Por carta de 31. de Outubro de 606.

Sobre as ſeruentias dos officios da cidade.

QVE as ſeruentias dos officios da cidade de Lisboa as proueja o Regedor, por dous mezes sòmente. Por carta de 13. de Feuereiro de 606.

Sobre as Capellas vagas.

QVE no deſembargo do Paço ſe não prouejaõ as Capellas que eſtiuerem vagas, nem ali ſe dè o direito que ſua Mageſtade tem para as tirar. Carta do primeiro de Iunho de 606.

Sobre os moradores de Cintra.

QVE os moradores da ſerra de Cintra poſſaõ ali trazer ſuas egoas ſoltas, poſto que ſejão coutadas. Carta de 31. de Março de 606.

Sobre derogar Ordenação.

QVE os Deſembargadores do Paço não derroguem Ordenação algũa; & quando lhe pareça que ſe deue reuogar o conſultem: & quando lhes parecer que ſe deue tirar deuaſſa, o conſultem primeiro. Carta de 24. de Iulho de 607.

Sobre votar nos caſos de parentes.

QVE quando nos Tribunaes ſe tratar de negocios de ſeus parentes, os miniſtros, & Preſidentes ſe ſayão: & nos negocios em que podem votar, tambem ſe ſayão; & diſpois entrem, & votem, ſem ſaber dos votos dos maes que tem votado. Carta de 9. de Debembro de 608.

Sobre os feitos dos Reſiduos.

QVE nos feitos dos Reſiduos em q̃ ha preuenção antre os Iuyzes, pelas citaçoẽs,que ſe guarde alternatiuamente aos mezes nas cauſas dos teſtamentos ; por aſsi o terem acordado. Carta de 15. de Iulho de 609. E que ſe communique aos Prelados , para que ſe guarde em todo o Reyno.

Que ſe tenha conta com os ſogeitos.

QVE no Paço ſe tenha conta com os ſogeitos,preferindo os muito Letrados aos que o forem menos , poſto que ſejão mais antigos, & no requirimento , porque ſerà motiuo para todos eſtudarem com cuidado. Carta de 11. de Mayo de 605.

Sobre não ſe admittir Letrados da nação.

QVE não ſe admittão Letrados que notoriamente ſejão da nação, por qualquer via que ſeja,& os que forem caſados com Chriſtãas nouas inteiras,ſaluo quando diſpenſar ſua Mageſtade. E que os que jà ſaõ admittidos ſe não excluão, não errando em ſeu officio. Carta de 24. de Mayo de 605.

Que os de baixo naſcimento não leão.

QVE os de baixo naſcimento ſe não admittão a lèr no Paço; ſaluo ſendo taes ſogeitos que mereção ſer admittidos ; porque eſtes ſerão preferidos aos que os excedem em qualidades, quando elles os excedão em letras,& virtude : perem ſendo iguas ſe prefirão os honrados,& melhor naſcidos. E os filhos dos Pilotos, Meſtres, & maes officiaes da nauegação, ſe não regeitem por mecanicos, que ſe lhe faça particular fauor.

Que não ſe aſsinem prouiſoẽs de quatro mezes.

QVE os Viſorreys não aſsinem prouiſoẽs de quatro mezes para os Letrados hirem ſeruir os cargos que lhe forem dados. Carta de 25. de Outubro de 603.

Que ſe não ediffiquem Moſteiros.

QVE ſe não poſſaõ ediffìcar Moſteiros,ſem licença delRey: & que ſe ſe ediffìcarem ſe prohibão as obras. Carta de 22. de Setembro de 610.

Que ſe defendão treſmalhos em Iunho.

QVE nas coutadas ſe defendão os treſmalhos;& aos mezes defeſos ſe acreſcente o de Iunho. Carta de 15. de Dezembro de 610.

Que ſe não cometão diligencias aos que eſtão com alçadas.

QVE do Paço ſe não cometão diligencias aos Deſembargadores que eſtão com alçadas. Carta de 30. de Outubro de 612.

Que os Conegos Regulares não gozem.

QVE os Conegos Regulares não gozem de priuilegios de miſeraueis. Carta de 5. de Outubro de 612.

Que as petições ſejão aſsinadas.

QVE ſe não admittão petições, não ſendo aſsinadas pelas partes. Carta de 17. de Feuereiro de 615. lib. 4. do Paço, fol.8.verſ.

E que baſtarà ſinal razo,ou daquellas peſſoas que dizem que tèm para iſſo poder; ſaluo quando parecer outra cauſa. Carta de 20. de Mayo de 615. lib. 4. do Paço, fol.23.

Sobre os que fallão em Moſteiros.

HEI por bem que os que forem comprehendidos nas deuaſſas, que fallão em Moſteiros,ſe lhe fação as notificações que parecer, ſem ſe lhe declarar a pena que hão de hauer ſe reincidirem. E fazendoo, ſendo Fidalgos ſerão prezos nas fortalezas: & os plebeyos degradados para as conquiſtes,pelos annos que parecer ao deſembargo do Paço. E daqui por diante ſe proceda contra os que delinquirem,ſem amoeſtação algũa. E ſe tire cada anno deuaſſa. E que o Viſorrey chame os Prelados,& lhe encarregue que totalmente prohibão a ſeus ſubditos que não fallem. Carta de 21. de Nouembro de 615. lib. 4. do Paço, fol.64.

Agrauos

Aggrauos de fintas.

NAM tomarão conhecimento os Deſembargadores dos aggrauos da caſa da Supplicação,& do Porto,nem outro Tribunal daquelles aggrauos que tirarem as partes do que lhe for lançado,& houuerem de pagar para os ſeruiços que o Reyno me faz,para minha ida a eſſe Reyno,ſem primeiro ſe me dar conta delles, para ordenar o que for juſtiça,& meu ſeruiço. Carta de 18.de Iunho de 613. lib.7. da Relação, fol.296. verſ.

Sobre não ſerem ſuſpenſos os Deſembargadores.

DE mais do que em noue do paſſado vos mandei eſcreuer, ſobre o Deſembargador Ignacio Colaço de Brito, me pareceo aduirtiruos para ao diante;que não conuem ſuſpender aos Deſembargadores,ſem ordem minha, ſaluo nos caſos em que pela Ordenação ficão ſuſpenſos: & que de minha parte digais ao Regedor da caſa da Supplicação, que quando os mandar chamar, ſeja com a deſcencia deuida aos cargos que occupão. Carta de 3. de Março de 622.

F I M.

TRACTATVS DE MANV REGIA, IN QVO EXPLICANTVR OMNES LEges Regiæ regni Luſitaniæ, in quibus Regi cognoſcendi de materijs Eccleſiaſticis poteſtas tribuitur.

SVMMARIVM.

1 *Cur huius libri inſcriptio à manu Regia indita.*

Manus in naturali corpore illud defendit. ibi.

2 *Qui manum porrigit auxiliatur. ibi.*

Populus ſe gubernandum Principi credit, vt defendatur.

Suma eſt in dextris religio.

Medorum conſuetudo in danda fide. ibi.

Dextra data fides inter Regẽ Latinũ, & Æneã. ibi.

Dextra non tam in bellis fortis, quam in fide data ſeruanda. ibi.

3 *Dextra ſignum poteſtatis erat.*

Dextra triclinio ſuppoſita Veſpaſiano prandenti ſignũ Imperij fuit. ibi.

4 *Acurtius accepit manũ Regiam pro arbitrio.*

Manus Regia pro Regum poteſtate accipitur. ibi.

Dei potentia in ſuo brachio ſignificatur. ibi.

Manus Regia tunc dicitur operari cum ſola facti quæſtione obſeruata, cauſa deciditur. ibi.

Romulus Remp. in tres partes diuidendam cenſuit. ibi.

Manum Regiam hodie durare firmat Oroſsius. ibi.

5 *Interpretata l. vlt. C. de pericul. nomi. lib. 11.*

Manus Regia quod ſit duplex, quæ iuri & facto inſeruiat. ibi.

Manus vna eſt in qualibet Republica.

Magiſtratus Regij, manus regiæ officiũ expediunt. ibi.

6 *Manui* Regiæ *duo iura vniuerſalia tribuuntur.*

6 *Iuriſdictionis, ſcilicet, & protectionis. n. 6.*
Iuriſdictio in proprios ſubditos exercetur protectio etiam in non ſubditos. ibi
Protectio etiã eſt duplex, altera iudicialis, altera extraiudicialis. ibi.
7 *Reges hoc habẽt magnificũ miſeris ſuccurrere.*
Rex dum defendit, non offendit libertatem eccleſiaſticam. ibi.

PRÆLVDIA AD TOTIVS MATERIÆ INTELLIGENtiam neceſſaria.

PRÆLVDIVM PRIMVM.

Quid ſit manus Regia, *& in quibus verſetur.*

CVm de poteſtate Regia Principum Luſitaniæ, in cauſis eccleſiaſticis, inter ſubditos agere decreuiſſem huius tractatus nomen, ſeu inſcriptionem á manu Regia petendam, ſeu diriuandam eſſe duxi, nam ſicut manus, in naturali corpore, (vt inquit Pyerius de Hyeroglipſ. lib. 33) ipſius eſt propugnaculum, quæ illud totũ oberrat, defendit, comit, & ornat, ſic itidẽ Regis manus, vniuerſas populi partes (cuius ipſe eſt caput) legibus ornat, moribus veſtit, poteſtate comit, in vniuerſumque tuetur, ac defendit: vnde qui manum admouet, dicitur opem ferentis, & auxilium impartientis, partes ſuſcipere, iuxta illud Virgilij. Da dexteram miſero. In manibus ſiquidẽ collocata eſt operatio humanæ cõditionis, vt nihil magis homini conueniat, quam ea quæ mens bené conſcia recti; agenda deſtiuauerit, inertis manus ignauia non retardet.

2 Nam cum ſe populus gubernandum Principi credit, fidemſuã ipſe accommodat, & dextram Sacramento obſtringit, quod totus in populo, & Reip. defenſionem incumbet, eſt enim in dextris ſũma religio, ſiquid data fide futurum pollicemur, medi, & Arabes, olim fidem in dextris adeo religioſe colebant, vt innituri fœdera fidemué deſponſuri, miſſum vulneratis pollicibus ſanguinem inuicem

inuicem lamberent, quaſi propriã vitam Deo vouerent; Cornelius Tacitus huius cõſuetudinis memor, in vita Neronis, ita ſubdit. Mos eſt Regibus, quoties ſocietatem inneunt, implicare dextras, polliceſque inter ſe vincire, nodoque præſtringere, vbi mox ſanguis, in extremos artus diffuderit, leui ictu cruorem eliciunt, atque inuicem lambunt, id fædus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum, extat huius rei exẽplum, apud liuium Decad. 1. vbi loquens de Rege latino, ita ait, poſtquã audiuit multitudinem, Troyanos eſſe, Ducem Æneam, filium Anchiſæ, & Veneris, Cremata patria, & domo profugos, ſedem condendęque vrbis locum quærere, & nobilitatem admiratum gentis, virique, & animum vel bello, vel paci paratum, dextra data, fidem futuræ amicitiæ ſanxiſſe, Cicero pro Deiotaro firmior non tam in bellis, & in prælijs, quã in promiſsis, & fide dextra, & Terentius in Andria, quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum, vnde Valerius Maximus lib. 9. agens de C. n. Domicio ad Q. Fabij ſucceſſoris ſui dextram confugere hortatus eſt.

3. Dum igitur Reges manum ad defenſionem ſubditorum extendunt, ipſorum poteſtas, & dominiũ ſignificatur, & adeo apud antiquos dextra ſignum poteſtatis erat, vt cũ prandenti Veſpaſiano humana dextera triclinio illata eſſet, & ſubter mẽſam ſubiecta, præſagium fuiſſe augures reſpõderunt, rerum omnium poteſtatem, ad Veſpaſianum aliquando peruẽturã, refert Pyerius vbi ſup. Fulgoſ. in l. manumiſsiones n. 1. ff. de Iuſt. & iur. vbi Bal. num. 10. Alciat de verber. ſig. lib. 4. num. 10. Rebuf. eod. tit. l. 13. §. fin. & in Concordat. titul. de Regia manu. §. 1. verbo in manibus in princ.

4 De hac manu Regia agens Acurſius, in l. 2. ff. de orig. iur. vbi de ea fit mentio, ibi. omniaque manu á Regibus gubernabantur, vbi Bal. n. 3. exiſtimant, manum ibi, pro arbitrio accipi, quaſi velint, quod in naſcentis Vrbis Cunabulis, antequam leges eſſent in ſcripto, omnia moderarentur Regis arbitratu, ſed verius eſt quod manus Regia pro Regum poteſtate, accipiatur, ſicut aliás Dei potentia in ſuo brachio ſignificatur, fecit potentiam in brachio ſuo, & ibi tuum brachium cum potentia, & Pſalmo 118. anima mea in manibus meis, & Eccleſ. c. 15. ibi. in manu conſilij ſui. Plura cumulant Bart. in Extrauag. ad reprimendam verbo videbitur ad fin. Zazius in d. l. 1. ff. de origi. iur. verbo manu; Oldendor. in tractat. locorum comun. Stapſil. de liter iuſtitiæ cap. vtrum autem n. 14. qua Principes ſola veritate facti inſpecta, cauſas hominumque contenſiones, propria manu dirimebat, & hoc ita factum eſſe

perhibetur, quando populus Romanus adhuc erat numero breuis, poſtea vero, cum hominum multitudo excreuiſſet, euenit, vt péne impoſsibile eſſet, omnes cauſas, & indigenarum negotia, regis auribus intimari, ſicq; factum eſt, quod Romulus vti perfectiſsimam Remp. platonico more agere inſtituiſſet, illam in tres partes diuidendam cenſuerit, nempe in Monarchiam, cui ſe dedit in Regem, in Ariſtocratiam, quam Senatoribus addixit, in Democratiam ideſt popularem, dum populus in 30. Curias diuiſus eſt, poſt Dioniſium, & Polibium refer Oroſius, in d. l. 2. per textum ibi, Vacon. lib. 1. declaratione 9. numer. 3. Indeque obligationes ciuiles, actioneſque inuentæ ſunt, quibus quod ſuum eſſet, quiſque perſequeretur, Socin. in l. quibus diebus §. dominus ff. de Condit. & demonſtra, Zazius in l. 1. n. 11. ff. de Iuriſdict. omni Iudic, quos ſequitur Oroſius vbi ſup. n. 7. firmans manum Regiam adhuc durare in principibus Romanis, qui ſola veritate cognita, citra ſolemnia iuris, cognoſcunt, denotat namque illã ſupremam poteſtatem, qua Reges eorũ ve magiſtratus in quos ipſa iuriſdictio diriuatur, oppreſſis auxilium impartiuntur, Afflict. d. 24. Rebuf. de cauſ. benefi. poſſ. in præfatione artic. 5. gloſ. 1. numer. 10. & artic. 1. num. 24. Boer. d. 211. n. 9.

5 Illud nõ ommittam quod in l. vlt. C. de peri nomin. lib. 11. fit mentio de manu iuris ibi. manu iuris porrigi poſſunt, quæ verba innuere videntur, duplicem eſſe manum Regiam, alteram quæ iuri inſeruiat, alteram quæ facto, ſed puto quod in qualibet Republ. vna tantum eſt manus, non quidem vniuoca ſignificatione ſed annaloga comprehenſa, quia licet in Principe ſupprema poteſtas, & illius exercitium, per manum Regiam figuratum ſolum, dextræ conueniat, tamen hęc manus non abs re vocabitur iuris, cum Princeps ſolutus quidem legibus, ſecundum leges, & iura ſuæ poteſtatis Imperium debeat exercere, ita vt voluntas Principis, non pro ratione quidem, ſed ſecundum rationem, & iuris præcepta, ſuas functiones expediat, vnde fit quod cum ſit impoſsibile, omnia per manum Regis fieri, ſatis actum fuit, dum magiſtratus conſtituit, in quos veluti à primo fonte, deriuata iuriſdictio flueret, qui tamquã Regiæ poteſtatis inſtrumenta ſub vniuoco Imperantis vocabulo, diuerſa munia obirent, & in hunc ſenſum videtur accipere Rebuf. in d. l. vltim. quatenus manum iuris executionem appellat, quaſi ſit conueniens vt per inferiores magiſtratus, illius manus Regiæ poteſtas in caſibus á Principe Commiſsis, per modum

modum iuris executioni demandetur, Boer. d. 397. Rebuf. in l. mulieris §. abeſſe verbo manus. ff. de verbor. ſigni. Bart. in l. 1. & l. ſi alius ff. quod vi aut clam vbi gloſ. verbo ex magna Guilel. verbo ſi abſque liber tit. de Fidei commiſ. ſubſt. n. 39.

6 Hac igitur manu Regia illa duo iura vniuerſalia diſpēſantur, quibus Regia maieſtas præfulget, iuriſdictionis ſcilicet, & protectionis, primum quod in proprios ſubditos exercetur, modo contenſioſè, modo voluntariè. Secundum quod in omnes etiam non ſubditos dirigitur, quos tanquam Reipub. membra, Princeps protegit, defendit, ac á quacumque iniuria tuetur, quando eius auxilium imploratur, quæ quidem protectio etiam duplex eſt, altera iuriſdictionalis, quæ proprijs ſubditis conuenit, cap. ex parte de priuil. c. ad audientiam cum gloſ. & ibi Decius d'appel. gloſ. in c. eos 87. diſt. altera extraiudicialis, quæ defenſioni ſoli incumbit, & etiam non ſubditis conuenit, prout in omnibus violētijs inter Eccleſiaſticos commiſsis, quibus extraiudicialiter Reges occurrunt, notauit gloſ. verbo ſanctionem, & gloſ. verbo omnia in l. bene à Zenone C. de quadriennij præſcript. Aflict. d. 24. hinc proueniunt ſalui conductus, quibus ſubditis, vel exteris patet additus ſine noxia, Bart. in l. vtimur ff. de ſepul. violat. Meno. de arbitr. caſ. 336. num. 11. Cabed. 1. p. d. 90. num. 2. Burſat. lib. 2. conſ. 177. num. 27. Boer. d. 179. n. 8. ſiue chartæ tuitiuæ, cōſeruatoriæ, & appellantium de quibus in Ord. lib. 1. tit. 3. §. 6. & tit. Regiminis Pallatij. §. 116. & lib. 3. tit. 85. §. 1. & lib. 2. tit. 10. & eſt inſuper Ord. lib. 1. tit. 9. §. 12. vbi Reges ob denegatum ius naturale, oppreſsis opitulantur.

7 Hoc namque Reges habent magnificum, nulla quod rapiet dies, prodeſſe miſeris ſuppliceſq; ſidolare protegere, c. regum 23. q. 5. l. illicitas § ne potentiores ff. de offiic. præſid. Nauar. in cap. cum contingat remed. 1. caſ. 16. Cabed. 1. p. deciſ. 76. n. 6. facit Ordinatio lib. 2. tit. 1. §. 1. & tit. 3. & 4. inter ſuos namque ſe habet ad inſtar parentis d. tit. 4. & lib. 1. tit. 94. ad fin. nec opitulatur niſi vbi ratio naturalis illud ex poſcit Ordinat. libr. 2. titul. 10. ibi, *ſendo por direito de receber*, & eodem libr. titul. 14. ibi, *que tiuerem rezaõ*, quia Reges paci ſubditorum inuigilāt, Ordin. lib. 2. tit. 50. bonumque regimen, & populi conſeruationem ſolum intuentur Ordinat. lib. 4. tit. 100. §. 4. ad fin. & ſemper eius manus per quærellam implorari poteſt Ord. lib. 3. tit. 15. §. 10. & tit. 78. in prin. nec dū opitulatur oppreſsis contra Eccleſiaſticam libertatem agit, immo pro ipſa, quia præoculis habet noſter Princeps inuictiſsimus Eccleſiarum decorem,

rem,& honorem, Ord lib.2.tit.8. §. fin. & lib. 2. tit.11.in princ.& tit. 18.§.5.& lib.3. tit.18. hæcq; eſt ipſius maior obligatio.Lãcelotus de attenta.2.p. c.4.n. 36. Peres lib.3. tit. 3.l.6 fol. 718. Oſaſcus d.30. n. 13. Meno. remed. 3. retin. num. 356. Simanchas de Catholi. c. 45.nu.35. Carolus de Graſ.lib.2. regal. Franc. iure 7. Aſeuedus li. 1. nouæ recopil. tit. 6. l. 2. verſ. item, Nauar. in Manual. c. 27. Guterres de Iuram. 1.p.c.2. num. 26. & lib. 1. quæſtio. q. 2. Cabedus vbi ſup. Ceuallos de las fuerças c.1.gloſ.1.cum ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *QVæſit Summi Põtificis in temporalibus poteſtas.*
Falſa eſt opinio quæ omnẽ poteſtatem denegat Summo Pontifici in temporalibus. ibi.
Duæ in hoc ſunt opiniones. ibi.
Apud Summum Põtificem eſt vtraque poteſtas. ibi.
2 *Pontifex quomodo poteſtatem ſæcularem in habitu reducat ad actum.*
3 *Quibus autoritatibus corroboretur hæc ſententia.*
4 *Theologorum opinio Sũmo Pontifici denegat poteſtatem temporalem, niſi indirecte.*
Ponderatur cap. cauſam quæ qui filij ſunt legit. ibi.
Chriſtus Dominus temporalem poteſtatem habere noluit. ibi.
Poteſtas tẽporalis nõ erat neceſſaria ad redemptionẽ generis humani.
5 *Conciliatio harum opinionum quæſit.*
Pontifex vtitur indirecte temporali poteſtate quando finis ſupernaturalis id expoſcit. ibi.
6 *His vocibus directe, & indirecte non recte hæc poteſtas explicatur.*
Excelentia poteſtatis ſpiritualis eſt vt S. Pontifex ex ſua poteſtate ſpirituali vtatur medijs temporalibus. ibi.
7 *Poteſtas ſpiritualis quomodo cõſideretur intra terminos naturæ, & ſupra naturam.*

Poteſtas

8 *Poteſtas ſpiritualis quomodo differat à temporali in cauſa efficiente, in materiali, in formali, & in cauſa finali.*

9 *S. Pontifex habet poteſtatem tẽporalem propriè ſub cõditione ſi caſus euenerit in quo finis ſuper naturalis id expoſcat.*

10 *Poteſtas ſpiritualis diffinitur.*

Media tẽporalia opportuit ſubordinari poteſtati ſpirituali. ibi.

Inter cauſas tũ efficientes tum finales datur quædam ſubordinatio. ibi.

Deo vt primæ cauſæ ſubordinantur omnes cauſæ ſecundæ. ibi.

11 *Inferior poteſtas temporalis ſubijcitur ſuperiori, & ſpirituali.*

Corpus Reip. mixtum componitur ex illis duabus poteſtatibus. ibi.

Cur inter ſe opportuit, vt ſubordinarentur. ibi.

Spirituali poteſtati competit præeſſe polliticæ. ibi.

Subordinatio nõ datur niſi inter membra diuerſi generis. ibi.

In corpore Eccleſiæ poteſtas ſpiritualis, & temporalis non conſiderãtur, vt duo humeri. ibi.

12 *Data neceſſitate S. Pontifex ex ſua poteſtate ſpirituali aſſumit media temporalia.*

Cuilibet magiſtratui conceſſa iuriſdictione, cõcedũtur omnia quæ ad illius explicationẽ neceſſaria ſunt. ibi.

Qui vult & intẽdit finem, implicite vult, & intendit media. ibi.

13 *Poteſtas pollitica non poteſt vti medijs ſpiritualib⁹ ad ſui conſeruationem.*

Vna Reſpu. poteſt cogere aliam ad gubernationem mutandam. ibi.

14 *Media ſpiritualia ſunt ſuperioris ordinis quam tẽporalis finis.*

Leges quæ offendũt Eccleſiaſticam libertatẽ corrunt etiam ſi latæ ſint ad conſeruationem Reip. tẽporalis. ibi.

15 *Vtraque poteſtas ſe coadiuuare tenetur.*

Aliquando rigor legum remittenda eſt vt conſerua-

tioni conſulatur. ibi.
16 *Summo Pontifici an data ſit poſitas priuandi Regem ſuo regno, & quando.*
Plura de eo enumerantur exempla.
17 *Poteſtas priuandi Reges nõ legitur in Eccleſia fuiſſe à tempore Apoſtolorum.*
S. Pontifex reſpectu iuriſdictionis temporalis nõ eſt maior regibus. ibi.
Reges aliquando per vim incæperunt, & accedente populi cõſenſu legitimi Reges effecti ſunt. ibi.
18 *Princeps licet deuiet à fide adhuc à ſubditis illi debetur ſubiectio.*
Principi qui de facto regnat debetur ſubiectio. ibi.
19 *Poteſtas quæ hodie eſt in S. Pontifice erat tempore naſcentis Eccleſiæ licet eſſet oppreſſa.*
Tollerabat Eccleſia tyrãnos quia non poterat illos expellere. ibi.
Hodie in Eccleſia eſt ampliſsima poteſtas, & enumerantur plura exempla.
20 *S. Pontifici ſubijcitur poteſtas temporalis.*
Apoſtoli quomodo ſuberant Ætnicis principibus. ibi.
21 *Reges à Deo poteſtatem habent.*
Si tamen hæretici ſunt S. Pontifex liberat ſubditos à fidelitate. ibi.
In conceſsione populi ineſt conditio, niſi fiat infidelis. ibi.
Præcepta naturalia ſi deficiat eorum ratio à Summo Pontifice interpretari poßunt. ibi.
Summus Pontifex ob hæreſim à Conſilio deponitur. ibi.
22 *Leges temporales aut Cõtractus an S. Pontifex tollere poſsit.*
Si ſupernaturalis finis læditur poteſt abrrogare. ibi.
Leges ciuiles cum peccato tollerantur. ibi.
23 *Leges duobus modis cõſiderantur, diſponendo inter ſubditos cum ocaſione peccati.*
Conſideratur an præponderet bonum publicum periculo ſpirituali quod ſubditi ex ſua malitia arripiunt. ibi.
24 *Reuocãdæ nõ ſunt leges temporales Principe prius*
non

non monito.
Quando dubitatur an lex repugnet bono ſpirituali cuius aßertioni ſtandum ſit. ibi.

PRÆLVDIVM II.

Quæ ſit S. Pontificis poteſtas in temporalibus?

ARdua eſt quæſtio, quæ multorum torquet ingenia, circa poteſtatem S. Pontificis in temporalibus, de qua Doctores in cap. nouit de Iudic. & in cap. 1. 22. d. vbi gloſ. 4. & in cap. Cauſamquæ 7. qui filij ſint ligit. Bart. in l. 1. §. præſides ff. de requir. reis. Pallud. Turrecremat Sotto, & alij quos refert Molin. de iuſt. diſputat. 29. col. 4. verſ. inter has Couar. in reg. peccatum 2. p. §. 9. n. 7. Mencha. Illuſtri. c. 20. n. 2. Peres ad l. 1. tit. 1. lib. 3. Ordin. fo. 24. verſ. præterea, Belarmi. de poteſtat. Pontifi. lib. 5. Controuerſ. 3. & in Opuſculo contra Braclayum cap. 3. per tot 1. Et colligendo eaque ſparſe traduntur, ſpreta eorum opinione, qui nullam poteſtatem Summi Pontifici tribuendam cenſent, directe vel indirectequæ tamquã impia nec tolleranda, nec referenda, duæ reperiuntur in hac materia opiniones. Altera iuris peritorum, theologorum altera, prima habet, quod apud Pontificem eſt vtraque poteſtas ſpiritualis, & temporalis, ſeu pollitica, prima in actu, temporalis vero in habitu, & potentia, cuius exercitium ille Imperatori contulit, & reliquis Principibus vt liberius Deo vaccaret, notatur in cap. cum ad verum 96. d. & in cap. Cõuenior. 24. q. 8. conducit pro hac parte cap. 1. 22. d. ibi. qui beato Petro æternæ vitæ clauigero, terreni ſimul, & cæleſtis Imperij iura commiſit. facit cap. ita Dominus. 19. d. cap. alius 15. q. 6. c. in nouo 21. d. cap. venerabilem 34. de electione. cap. licet de foro Compet. cap. grandi de ſupplend. negli. lib. 6. cap. ad apoſtolicæ de re iudic. lib. 6. Clem. 1. in princ. de iure iur. Clem. paſtoralis verſ. nos tamen de re iudic. in quibus legitur Sũmum Pontificem ſæpe temporalem poteſtatem exercuiſſe, & probatur in Extrauag. vnã ſanctam de maior. & obedient. & math. vlt. data eſt mihi omnis poteſtas, in Cœlo, & in terra, prout expendit Nauar. in d. c. nouit notab. 3. n. 8.

n 8. quæ Petro, & ſucceſſoribus Chriſti Viccarijs relicta eſt, vt probatur in cap. ita Dominus 19 diſt. ibi. quod ipſe erat Dominus noluit nominari. Vltra alios tenuit Bart. in l. Imperator C. de legib. n. 4. ibi ius priuandi ſolus Papa habet Anchar. in c. cannonum de conſtitutio. n. 6. Syluester verbo Papa n. 10. Aſtenſis in ſumma lib. 2. tit. 64. art. 4. fo. 101.

2 Ex quo fit, vt habitum illum aliquando reducat ad actum, vt per gloſ. 1. & Doctores in cap. nouit, & in d. Extrauag. vnam ſanctam de maior. & obedi. vbi dicit gladium eſſe ſub gladio, & poteſtatem temporalem ſubijci, ſpirituali, vt ſi deuiet ab ſpirituali dirigatur, nec hæc extrauagans eſt abrrogata per extrauag. meruit de priuil. vt pungit Belarmi. contra Braclayum cap. 3. num. 2. ad fin.

3 Hæc autem tam ampla Summis Pontificis poteſtas, comprobatur ex Gregor. 7. lib. 8. regiſtri ſui epiſtola 2. ad Epiſcopum Metenſem, & ex D. Thoma 2. 2. q. 1. artic. 10. & 2. 2. q. 60. art. 6. ad 3. & ſecundo ſententiarũ diſtinct. 44. in fine vbi dicit in Papa eſſe apicẽ vtriuſque poteſtatis, & de Regimine Principis cap. 10. Bonauẽtur. de Eccleſiaſt. Hyerarchia p. 2. c. 1. Egidius Roman. in tractat. de poteſtat. Eccleſ. p. 1. cap. 30. ibi. nam ſi ſolum ſpiritualiter Reges ſubeſſent Eccleſię, non eſſet gladius ſub gladio, Capiſtranus de poteſtate Papæ 2. p. 2. partis principal. argum. 18. Cayetan. in apologia de comparata author. Papæ, & conſil. n. 13. p. 2. ad octauum, Tuſcus 6. tomo practicar. verbo Papa multis ornat Marta de Iuriſd. 1. p. c. 25. per tot.

4 Theologorum autem opinio aliter ſentit, Summo Pontifici tribuens poteſtatem ſpiritualem, non autem temporalem, qua talis eſt, ſ. directe, & principaliter, licet indirecte aliquãdo temporalem exerceat, quando animarum bono, & ſaluti expediat, Belarmi. vbi ſup. Medina 3. p. q. 54. ad art. 4. D. Thom. Victoria relectione 1. de poteſta. Eccleſ. q. pen. n. 15. Abulenſis ad c. 21. Math. q. 3. quibus accedit Nauar. in d. c. nouit notab. 3. Inter quorum fundamenta ponderari poteſt, cap. cauſam quæ qui filij ſint ligit, ibi ne videamur iuri Regis Anglorum detrahere, qui ipſarum iuditium ad ſe aſſerit pertinere, cap. quoniã diſt. 10. ibi officia vtriuſque poteſtatis diſcreuit, c. cum ad verum 96. d. ibi. vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum vſurpauit, cap. ſolitæ de maior. & obed. c. ſi duobs §. denique d'appel. quod ponderat Molin. diſp. 29. fo. 215. ad fin. & probatur in d. c. nouit de Iudic. pro qua opinione facit quia Christus Dominus poteſtatem tẽporalem habere noluit quoad exercitum, nec Rex temporalis fuit Molin. vbi ſup.

ſup. c. 28. verſ. Contrariam, & multis comprobat Medina, Victoria Abulenſis, & alij Doctores ſuper illo Mathei. 18. regnum meum non eſt de hoc mundo, & Ioann. 6. vbi cum voluiſſent ipſum Regem facere, fugit iterum in montem, Chriſti enim regnũ ſpirituale fuit, Lucæ 12. ibi, quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem inter vos, vbi videtur abnegaſſe poteſtatis tẽporalis vſum. Deinde facit, quia illa poteſtas tẽporalis, non erat neceſſaria ad redemptionem humani generis. Vnde licet Chriſtus poteſtatem habuerit excellentiæ ſuper omnia temporalia, non tamen illa vti voluit vt contra Belarmi. dixit Henriques c. 4. & 5. Molin. d. 19. p. 29.

Ex quo fit quod dici nequeat temporalem poteſtatem in Petrũ á Chriſto diriuatam, ac proinde in ſucceſſores ipſius, cum Chriſtus Dominus illa vſus nõ fuerit, Nauar. d. notab. 3. n. 130. nec dici poſsit quod Petrus Chriſtum referat in poteſtate excellentiæ.

5 Vtraque opinio ſolet conciliari, vt licet S. Pontifex principaliter, & directe temporali poteſtate non vtatur, indirecte tamẽ, eadem vti poſsit quando ſupernaturalis finis poteſtatis ſpiritualis, id expoſcat, nam licet poteſtatem iuriſdictionis in temporalibus, non habeat, vt Dominus ipſius, cum poteſtas Papalis, & Regalis ſeu pollitica, diuerſæ ſint, tamen ſi id exigat finis ſupernaturalis, poteſt Summus Pontifex exercere poteſtatem ſæcularem, deponere Reges, & inter eos ius dicere, non ſolũ cenſuris, ſed etiam pœnis externis, atque in hũc ſenſum dicitur, Summum Pontificem habere vtrumqne gladium, dum indirecte vtitur ad ſuum finem tẽporali iuriſdictione, atque hac via vtraque opinio conciliatur, & cõponitur, vt per Nauarũ. d. c. nouit notab. 3. Turrecremata 2. lib. ſummæ c. 113. & 114. Henrri. quodlibet 6. q. 23. Albertus Pigius lib. 5. Hyerchiæ Eccleſ. Sanderus lib. 2. cap. 2. Victor. in relectio. de poteſtat. Eccleſ. q. pen. & relection. de Inſulanis 1. p. n. 26. Molin. de iuſti. diſp. 29. Belarmi. cõtra Bracla. cap. 2. Sanches de matrim. lib. 7. diſpu. 3. num. 3. aliter componit Soares aduerſus Angliæ errores lib. 3. c. 22. n. 2. qui mediam ſequitur viam, quatenus dicit quod ſecundum poteſtatem ſpiritualem indirectam, habet Summus Pontifex vim directiuam in temporalibus.

6 Verum his vocibus directe, & indirecte, non recte puto hanc rem explicari, & multo minus, ſi poteſtatem ſpiritualem etiam indirectam dicimus, vt Soares ſentit nam ſi illa verba accipimus in illum ſenſum, v tquando dicimus in S. Pontifice eſſe poteſtatem ſpiritualem directe, intelligamus directe ideſt iuſte, & ligitimè, in directe autem ideſt non ligitime ille ſenſus tollerandus non eſt, cũ

in S.

in S. Pontifice nihil non rectum, & directum riteque factum conſiderari poſsit, ſi vero intelligamus verbum directe, in illũ ſenſum vt dicamus quod ſpiritualis poteſtas quæ in Summo Pontifice eſt, directè in eo eſt quia reſpicit vt obiectum ſuum primarium ſpiritualia negotia, ſed indirectè ideſt reductiuè per ordinẽ ad ſpiritualia, reſpicere temporalia, vt obiectum ſecundarium, ad quod caſualiter conuertitur, quãdo neceſsitas vrget, vt inquit Innocent. in cap. per venerabilem qui filij ſint ligit. Adhuc hoc caſu ſolum admittimus Sũmo Pontifici competere iuriſdictionem temporalem indirectam, quod mihi nũquã placere potuit quia excellentia poteſtatis ſpiritualis expoſcit quod quando poteſtate temporali vtitur directè vtatur, quæ eo caſu ſpiritualis non vero temporalis eſt, quare ea mihi videtur melior ſententia quod poteſtas ſpiritualis qua talis eſt veniente caſu quo oporteat vt medijs temporalibus ad finem ſupernaturalem vtatur, tunc non indirecte temporali poteſtate, ſed ſua poteſtate ſpirituali directa vſa ſit, nam cum ipſi pollitica ſubordinetur quando media temporalia aſſumit ad ſuum finem non indirectè temporalem, ſed directè ſpiritualem poteſtatem exercet, ſumptis medijs temporalibus. Sẽtit Soar. aduerſus Angliæ errores d.c.32. à princ. quod quidem magis ſuadetur quia poteſtas ſpiritualis, & temporalis ſeparatæ, & diſtinctæ ſunt ita vt vna ab altera quatenus talis nõ dependeat Molin. diſp. 29. concluſ. 1. Marta d. c. 17.

7 Diſtinguntur nanque inter ſe quia poteſtas ſpiritualis, duobus modis conſideratur imperfectè, & intra terminos naturæ, vel perfectè, & ſupra naturam primo modo conſideratur in lege naturæ quatenus homines attento naturali lumine Deum colendum agnoſcunt, ad quod miniſterium obeundum ſacerdotem conſtituunt, quæ quidem cura diuinorum cum ſine aliqua iuriſdictione nequeat perfectè geri, in eadẽ lege naturæ ſacerdotes iuriſdictionem accipiunt, quæ poteſtas ſpiritualis eſt licet imperfecta obſeruat Victoria relect. 1. de poteſtat. Eccleſ. q. 3. n. 3. & relect. 2. n. 3. Secundo vero modo conſideratur ſpiritualis poteſtas perfectè & ſupra naturam prout fuit illa quam Chriſtus Dominus habuit & ſuis tradidit Vicarijs Math. cap. 16. & 18. Ioan. 17. Lucæ 22. Paulus ad Hæbreos 7. Simancas c. 44. n. 4. & hæc poteſtas dicitur ampliſſima, & effectus producit vere ſpirituales, prout eſt iuſtificatio, & gratia quæ confertur in ſacramentis.

8 Ex quibus liquet quod hæc poteſtas ſic conſiderata, à temporali omnino differt, primo in cauſa efficiente, quia poteſtatis temporalis

... his cauſa efficiens eſt Deus ... lege naturæ, ſpiritualis vero cauſa efficiens eſt Chriſtus in lege gratiæ. Secundo in cauſa materiali differunt, quia materia iuriſdictionis ſpiritualis ſunt res ſpirituales, temporalis vero ſunt res temporales. Tertio differunt quoad cauſam formalem, quia pollitica poteſtas eſt naturalis, ſpiritualis vero ſupernaturalis. Quarto differunt quoad cauſam finalem, quia ſpiritualis ſpiritualia reſpicit & æternam beatitudinem, temporalis vero temporalia immediatè reſpicit, & intuetur.

9 Vnde fit quod Summus Pontifex apud quem eſt ampliſsima ſpiritualis poteſtas, habet poteſtatem temporalem non dependenter, ſed propriè ſub ea tamen conditione ſi caſus eueniat in quo finis ſupernaturalis id expoſcat, & indigeat medijs temporalibus, quia tunc ex vi poteſtatis ſpiritualis illis vtitur, quod ſi ita non eſſet conſiderari poſſet in poteſtate ſpirituali quædam imperfectio, quia ſibi non ſuficeret niſi vtendo temporali, ſaltem indirecte, & per conſequens fatendum eſſet, quod cum Apoſtoli iuriſdictione temporali indirectè vſi non fuerint, apud illos fuit poteſtas ſpiritualis imperfecta, cum illis deficerent media neceſſaria ad ſuum finem, igitur videtur dicendum quod vtraque poteſtas eſt diſtincta, & intra ſuos limites perfecta, licet aliquando ſpiritualis temporalibus medijs vtatur, ad ſuum finem, aſſequendum, quod non eſt vti indirecte temporali, poteſtate, ſed directa ſpirituali.

10 Quare in confirmationem ſuprapoſitæ reſolutionis notandum eſt quod poteſtas ſpiritualis diffinitur vt ſit, ſupernaturalis facultas á Chriſto Eccleſiæ immediate conceſſa, ſpiritualia ſupernaturalia immediate reſpiciens, & oſtenditur quia dirigitur in finem ſupernaturalem, & media eidem conuenientia, vt bene viuamus in ſpiritualibus, deducitur ex cap. quoniam 10. diſt. cap. duo ſunt 96. d. cap. ſolitæ de maiorit. & obedient. Molin. diſputat. 8. cap. 21. Nauar. d. notab. 3. numer. 88. Pollitica vero, in finem naturalem, & media illi accommodata, vt in naturalibus recte viuamus, vt per iura ſupr. citata, cum ergo duplex hæc vita in homine ſit, alia ſpiritualis alia vero corporalis, oportuit vt media corporalis vitæ, ſpirituali ſub ordinentur, & qnodammodo illi inſeruiant, nam inter cauſas, tum eficientes, tum finales, ordinem dari certum eſt, vt inferiores cauſæ ſuperioribus ſubordinentur ſicut alias Deus abſolute eſt prima cauſa efficiens, omnium rerum, & finis vltimus, ac eodem

modo ei ſubôrdinantur omnes cauſæ ſecundæ ſeu vniuerſales, quales ſunt Cœli, ſiue particulares, quales ſunt res ipſæ inferiores, conſtat ex Philoſoph. Æthicor. cap. 1. vbi ait ita ſubordinari facultares, vt ſubordinantur fines, atque ita ad ipſum Deum pariter ordine quodam referuntur, & ordinantur omnes cæteri fines.

11 Vnde fit quod cum inter fideles Principes, iſtæ poteſtates ſint coniunctæ, vnumque corpus efficiant, inferior poteſtas, ſuperiori ſubiecta eſſe debet, & ſubordinata, quia finis temporalis ſubordinatur fini poteſtatis ſpiritualis, Belarmin de poteſt. Pontifi. cap. 6. & 7. & probatur ex his quod Thom. libr. 3. de regim. princ. cap. 12. & 2. 2. q. 40. art. 2. ad tertium de qua ſubordinatione agit 1. 2. quæſt. 1. artic. 4. & libr. 3. contra gentes cap. 17. & 18. Cuius rei illa eſt ratio; quia Corpus Reipublic. ſpiritualis mixtum, ex illis duabus poteſtatibus componitur, Reges enim ſæculares, & Epiſcopi, non faciunt duas Reſpublicas, ſed vnam, tantum, ideſt vnam Eccleſiam, cuius caput eſt Chriſtus, & eius Viccarius in terris, membra vero huius corporis ſunt poteſtas ſpiritualis, & temporalis, quæ cum vnitæ ſint, & connenæ, debent neceſſario ſubordinari inter ſe, ad imaginem naturalis corporis, ne duæ poteſtates diuerſi generis in eodem corpore æquales ſint, quia monſtruoſa reſultabit effigies cum ergo debeat altera vel ſubeſſe, vel præeſſe, ſpirituali poteſtati tamque nobiliori, competit præeſſe pollicicæ, Soares aduerſus Angliæ errores libr. 3. cap. 22. numer. 7. nec obſtabit, ſi dicamus, in corpore naturali eſſe membra principaliora, in quo vnum ab altero non dependet, vt humerus, ab humero, reſpondetur enim quod ſubordinatio non datur niſi inter membra diuerſi generis, vt eſt digitus, reſpectu manus, & brachiũ reſpectu humeri, ex quõ apparet non recte ſentire, eos qui dicunt has poteſtates debere conſiderari in hoc corpore tamquã duos humeros, ſuper quibus caput quod eſt Chriſtus reſidet, quia ex hoc conſiderarentur tanque æquales, cum ſpiritualis ſit eminentior, & habeat ſe tanquam ſpiritus, in hoc corpore, temporalis vero vt caro quæ ab ſpiritu regitur, Belarmi. contra Bracla. c. 14. & 17.

12 Vnde fit, quod ſi ratio ſupernaturalis finis expoſcat, vt S. Pontifex ſe immiſceat temporalibus, de illiſque diſponat, illud recte ipſe efficere poteſt, non quod indirecte, vel minus principaliter poteſtatem exercet temporalem, ſed ex eo quia in commiſsione á Chriſto facta, poteſtatis ſpiritualis, continetur, vt ipſe data neceſsitate, quæcũq; media arripiat,

quæ

quæ conueniant ad ſuum finem aſſequendum,ſicque ea poteſtas, eo caſu non temporalis,ſed ſpiritualis eſt Soar.de Cenſur. diſput. 20.ſect.1.nu.10.Couar.d.§.9. n 7. Sicut alias cuilibet magiſtratui, Conceſſa iuriſdictione, omnia cẽ ſentur conceſſa, quæ ad illius explicationem neceſſaria ſint,vel ſine quibus æque cõmode non explicabitur,nam in qualibet commiſsione ſecundum rectam ratio nem,iuris interpretatione,& men te committentis, veniunt omnia neceſſaria, qui enim vult aut intendit finem,virtualiter,& implicite, vult & intendit media, quæ ad illum finem ordinantur,l.2.ff. de iuriſd.omni iudic.ca. prudentiam §.ſexta in fine,vbi gloſ.vult, & cap ſuſpitionis d.offic.de legat. Iaſ.in d.l.2.n.5.Felin.in cap. cauſam quæ de re iudic.n.5. Meno.1. remed.recup,á n.362.& remed.6. n.43.& de arbitrar quæſt.78. a n. 38.& caſu 112.a n.18. Nauar.de pænit.in princ. á.n.28.dec.3. Euerar. loco 125. verſ. limitatur, nam mẽs concedentis non ſolum refertur ad ea quæ abſolutè, & omnino neceſſaria ſunt,verum etiam ad illa cum quibus negotium, & breuius, & facilius cum minori diſpendio expedietur, colligitur ex l.pen.ff.de vſu fruct.l.4. in fine ff. de inſtitor. vbi etiã ea quæ pertinent ad vtiliorem expeditionem, negotij conceſſa videntur, licet non ſint abſolute neceſſaria, tex. optimus in l. ſi vſuſfructus, 16. §. ſed ſi inter verſ. nerua ff. de vſufruct. & etiam ſi ſint maiora conceſsis, & digniora ipſo negotio principali, Surdus conſ. 270. numer. 8. & conſ. 73. numer. 17. & 127. numer.63. Barboſa. 1. part. l. 1. ff. ſol. matrimonio numer. 5. ſicut è conuerſo ex ſua ratione reſtringitur, idem Surdus conſ. 78.num.17. & conſ.127. num. 63.

13 Quibus principijs videtur dici poſſe quod & pollitica poteſtas quæ perfecta eſſe debet, & ſibi ſufficiens,in ordine ad ſuum finẽ, poterit etiã vti medijs ſpiritualibus,ad ſui conſeruationẽ quando caſus neceſsitatis occurrat ſicut alias videmus quod poteſt vna Reſpub.imperare alteri,non ſibi ſubiectæ, & eam cogere ad adminiſtrationem mutandam,immo, & deponere eius Principem, & alium ſubſtituere, quando non poteſt aliter iniurias illatas vitare,Belarmin.contra Braclaium c. 18. ad fin.

14 Verum hoc caſu lõge diuerſa eſt ratio quia ſpiritualia nõ ſubordinantur tẽporalibus,cum ſint ſuperioris ordinis, & ideo illis vti non poteſt Princeps ſæcularis, ad ſui conſeruationem, & ex eo corruunt omnes leges, & conſtitutiones,quæ offendunt Eccleſiæ libertatem, etiam ſi per textu propriæ conſeruationis conditæ proponantur,c.Eccleſia S. Mariæ de Conſtitutio cap. fin. de reb. Eccleſ. cap. clericis de immunit.

Eccleſiar.lib. 6. c. decernimus de Iudic, cap. clerici eod. tit. quod omnem cõſuetudinem prohibet, eodem enim iure conſtitutiones, & conſuetudines metiuntur, adeo vt nec leges Imperatorum validæ ſint, circa res Eccleſiarum niſi cõprobatæ à iure Cannonico reperiantur, Panor. in d. cap. Eccleſia Sancta Maria, vbi Deci. ſub num. 27. ad fin. Felin. 3. notab. Cardin. in repet. cap. perpendimus de ſent. excommun. verſ. quæro circa hoc. Martha de Iuriſdict. caſ. 1. num. 14. & 39. & caſ. 31. num. 18. vbi plura citat iura, & Doctores apud quem videri poſſunt.

15 Verũtamen eſt quod vtraq; poteſtas ſe coadiuuare ſemper ſtudet, & aliquando permittit ſpiritualis, vt pollitica ſuos egrediatur limites, propter ſuam conſeruationem, prout videmus, rigorẽ carnonum remitti, in clerico ſeditioſo, quando res moram non patitur, in c. perpendimus de ſent. excom. vel quando Principes de violentijs commiſſis etiam inter Eccleſiaſticos cognoſcunt, quia his caſibus cum ſuam naturalem defenſionẽ ſolum intendãt, ne potentiores alios opprimant, hi actus â ſuo fine denominãtur, & defenſioni cohærent, quæ regibus in ſuo regno iure tributa eſt, cap. regum. 23. q. 5 cũ vulgar. Ioan Andr. in c. fin. de re iudicata Guido Deciſ. 1. & 71. & 85. Franciſ. Mar. Deciſ. 1060. part. 1. & Deciſ. 119. part. 12. Meno. de recuper. remed. 14. n. 211. Valaſ. conſ. 93. à princ. Cacheranus Deciſ. 116. Theſaur. d. 82. Afflict. Deciſ. 2. c. 24. Craueta conſ. 258. Rolandus conſ. 23. vol. 2.

16 Ex quibus magis ad propoſitũ caſum accedẽtes, dubitari poteſt, an S. Põtifici ſit data facultas priuandi Regem, ſuo Regno, vel illius leges abrogandi, quãdo detur iuſta cauſa, vel quia eius adminiſtratio, vel legum obſeruantia, in detrimẽtum ſalutis æternæ ſubditorum vergit, & citra dubiũ eſt, poſſe, Molin. d. c. 29. de iuſtitia verſ. ex dictis Belarmin. contra Braclayum cap. 12. Michael de regim. mund. vol. 10. tracta. fol. mihi 219. n. 81. Soares aduerſus Angliæ error lib. 3. cap. 23. & probatur ex illo Hyeremi. 1. ecce conſtituit te ſuper gẽtes, & ſuper regna, vt euelas diſperdas, & diſſipes, ædifices, & plantes, Mencha. illuſtrium cap. 8. num. 20. quod tamen duobus præcedentibus fieri permittitur, primum quod præcedat monitio, ſecundum quod regnum detur illi, cui de iure competebat ſucceſsio, ſic enim in ſacris litteris legitur factum 4. Regum 11. vbi Ioiada poſt interitum Atalliæ Reginæ, regnum contulit Regis de mortui filio, & 2. Paralipo. 16 Ozia ob lapram, à regno ſeparato, eius filio tradita eſt regni adminiſtratio, ad cuius imaginem Summos Pontifices quando illud con-

omnia media accõmodata, inter quæ conumeratur vt poſsit creſcente contumacia Regis ob fidei Catholicæ defenſionem, ipſum regno expellere, ad illud vero quod Apoſtoli,& Petrus ſubiecti erãt Ætnicis,principibus, ſatis fit, quod Apoſtoli qui Principes erãt, non poterant ſubeſſe alij Principi, Pſalmo 44. Principes ſuper omnem terram,& cum hic Principatus eſſet ſpiritualis,longe nobilior erat,temporali,cõſtat enim à Chriſto Domino liberatos fuiſſe, ab omni ſubiectione, prout ipſe oſtendit Math. 17. dum di drachma ſoluit, pro ſe & Petro, ob ſcandalum vitandum, vt explicat Roſelis de poteſtat. Papæ, & Imp.in c.quod incipit ne prolixus mihi 10.vol.tractatuũ,&habetur 28.q.1.cap.iam nunc. verſ. cũ ipſe, & ſe nec Petrum eſſe ſubiectum tributo oſtendit,in illis verbis Reges terræ à quibus accipiũt tributum,vel cenſum, á filijs ſuis an ab alienis,& Petro reſpondẽte ab alienis, dixit ergo liberi ſunt filij, Belarmi. aduerſus Bracla. c. 3. f.50.verſ.

Ad tertium reſpondetur quod licet verum ſit quod Reges habẽt poteſtatem à Deo, ibi.per me Reges regnant, data eſt à Domino poteſtas vobis,cor Regis in manu Dei, time Dominum fili mi, & Regem,nõ eſt poteſtas niſi áDeo, Reges gentiũ dominãtur eorum, dabo illis Regem,tamen quando ob bonum fidei vel animarum periculum,Reges moniti, non reſipiſcunt,vel infideles exiſtunt,Pontifex ſubditos fidelitate promiſſa, & iuramenti vinculo liberat, ac per conſequens ipſi ſubditi non obediendo naturale, præceptum non offendunt, iuramenti enim, & fidelitatis promiſſæ vinculum Summus Pontifex relaxat,c.2. de re iud. lib. 6. quia ſemper cenſetur reſeruatum ius ſuperioris, ne actio promiſſa exequatur Soares aduerſus Angliæ errores lib. 5. c. 2.n.7. Ratione namque ſuæ infidelitatis (ſi infidelis fiat) poteſtatem in ſubditos ammitit, inerat enim in conceſsione populi, illa tacita conditio, Thom. 2. 2.q. 10. art. 10. nec obſtat quod priuari nequit, ſua poteſtate niſi ab eo per quem imperat, nam ſatis fit quod licet præcepta naturalia tolli nequeant á Pontifice, quia tamen aliquando deficiunt, à ſua rectitudine, & iuſtitia ex rerum, & cauſarũ mutationibus poteſt ipſe Summus Pontifex tamquã Dei Viccarius interprætari, an eo caſu lex naturalis obliget, atque ideo Principes, qui ad infidelitatem vergunt, rectè priuat ſeu priuatos declarat Regia poteſtate vt ſuus finis aſſequatur, ſicut aliàs ipſemet Summus Pontifex ob hæreſim á Cõcilio deponitur, ſeu potius depoſitus declaratur c. ſi Papa d.40.Belarmi.de poteſtat. Papæ cap. 29. libr. 2. & intelligi debet vt non procedat extra cauſam hæreſis vt ipſe explicat

Belarmin. cap. 22. in fine.

22 Circa autem leges temporales,& contractus, an illos tollere poſsit,& ſæcularium conſuetudines non parum eſt dubij, & reſoluendum eſt poſſe, eo ſolum caſu quando ſupernaturalem finem lædant; Molin. d. diſp. 29. concluſ.1. ad fin. Belarm.de Pontifi. lib.5.cap.6.verſ.quantum ad leges,& deducitur ex Text.in cap. 2. d. arbitris in 6. ibi. nolumus immutari, & ex cap. ſi duobus d'appel. gloſ.1.verſ.in his Couar. de ſponſal.2.p. c.7.§.7.n.14. Mantua dialog. 64. Rebuf. ad leges Gal. in proæmio gloſ. 1. in fine Sotto de iuſtitia lib.4.q.5. art. 4. obſtat tamen quod leges ciuiles ſunt, quæ peccatum videntur fouere, & tamen non abrrogantur, prout ſunt omnes quæ læſionem intra dimidiam tollerant, l. 2. C. de reſcind. item quæ authoritaté rei iudicatæ ſententijs iniuſtis tribuunt, c. cum inter de re iudic. leges quæ tempus ad agendum praſiniunt, cum ſcientia rei alienæ, vt in ſeruitio famulorum Regia Ord.lib.4.tit.32.Duenas reg. 306. Gama d. 334. Valaſ. 2. tom. conſ.125. quæ tamen leges omnes iuſtæ ſunt Couar.lib.1. variar. 19. num 5.

23 Quare diſtinguendum eſt quod tales leges dupliciter debét conſiderari, primo quando diſponunt inter ſuos ſubditos, eligendo aliquod medium commodius quo bono publico, conſulatur, licet ex ipſa lege poſsint ſubditi aliquam peccandi occaſioné arripere,vel ſecundo quando diſponunt de temporalibus intra limites ſuæ poteſtatis nullumque ex illis ſpiritualibus generatur præiuditium primo caſu diſtinguendum eſt quod ſi bonũ quod lex intendit eſt maius quam ſpirituale, periculum, quando ipſa occaſionem peccãdi non præſtat, licet ſubditi per ſe illam arripere poſsint,cum non detur aliud medium quo bono publico conſulatur, leges valent, nec Summus Pontifex illas abrogare poteſt, quia licet legiſlatori ſæculari occaſionem arreptam á ſubditis ex ſua malitia contemnere, quod ſi maius ſit ſpirituale periculum, tunc lex iniuſta erit, & per Summum Pontificem, recte abrogabitur ſicq; procedit cap.vigilanti, & cap. vlt. de præſcriptio, c. ſæpe de reſt. ſpoliat. vbi Doctores. Secundo autem caſu quando leges ita latæ ſunt, licet Summus Pontifex illas,aſſerat parum cũuenire bono publico,non ex eo illas abrogare poteſt, cum ſpirituale bonum non offendant, ſic procedit Text. in cap. cauſam 2, qui filij ſint ligit. c. nouit de Iudic. cap. ſi duobus §. denique d'appel. Molin.d diſp.29. verſ. ſecundo infero in fine.

24 Quod ſi Summus Pontifex aliquam legem temporalem reuocandam cenſuerit, ſemper debet prius Principem admonere, vt

contingit regnum proximiori cō ferre ſolent, vt in c.grādi d.ſuppl. negl.prælator.lib.6.idem fecit Inno.4. cum Federicum Imperatorem depoſuit, qui electionem liberam electoribus reliquit, & Gregor. 7. expulſo Henrico Rodulphum electum confirmauit, ſic Zacharias Pipinum, in regem euexit, qui á proceribus regni poſcebatur, Mencha. vbi ſup. numer. 2. Belarmin. contra Braclay. d. c.12. Soares d. cap. 23. n.4. Nauar.in cap. nouit de Iud. nu. 3. notab. 5. & faciunt cap. ad Apoſtolicæ de re iud. lib.6.& cap. alius 15. q.6. Turrecremat.de poteſtat. Eccleſ. lib.2. cap.116. Maior. in 4. d.24.q. 3. Soto de iuſtit. lib. 4. q. 4. art. 1. Driedo de liber. Chriſtian. libr. 1. cap. 15. Cuius rei illa eſt ratio quam ſup. aſsignauimus quod ſi ſupernaturalis finis aliter obtineri non poteſt, quam per illa media, poteſt illa Pontifex eligere, ex ſua directa, & propria iuriſdictione ſpirituali, vt ſentit Couar.d.§ 9.n.7. verſ.primum ad fin. ibi at tunc Papa poteſtate ſpirituali vtitur, &c.

17 Obſtat tamen fortiter quod non legitur talem poteſtatem in Eccleſia fuiſſe à tempore Apoſtolorum, nec Chriſtum Dominum aliquem Regem de ſolio deturbaſſe, immo ipſe tributum ſoluit & Apoſtoli ſub Æthnicis principibus erant, vt colligitur ex Belarmin. d. Summo Pontifice cap. 1. lib. quinto per tot.

Secundo quia S. Pontifex reſpectu iuris dictionis temporalis, non eſt maior regibus, cum illi à Deo per humanam electionem poteſtaté accipiant, ex quo videtur quod ab alio deponi nō poſſunt, vt ergo S. Pontifex tollat regnum non videtur habere Imperiū in parem, vnde etſi deuiet á fide, rectius eſt vt reducatur, & modis omnibus inducatur, & tandem vt potius tolleretur, argu. Text.in cap.cū in tua de ſponſ.ibi. monere poteris vt ne priuetur ſuo regno ſibi á populo conceſſo, mediāte naturæ lumine, nam eadem videtur eſſe ratio vt expellatur, ille qui regnum vi, & armis occupauit, vel per Tyrannidem, & tamen conſtat aliquando Reges per vim regna occupaſſe, & ſine vaſſalórum authoritate, & poſtea qui per aliquot annos imperaſſent, accedente populi conſenſu ligitimi fiebant Reges, Auguſtus qui optimus Imperator fuit, Rempub. iniuſte innitio oppreſſit, Gordianum Philippus interemit, & poſtea ligitimus Imperator habitus fuit, ommiito Gottos, & alios ſimiles inuaſores, qui aliena regna diu occuparunt, pariter ergo tollerandi ſunt hodie nec expelli poſſunt, licet aliquid committāt depoſitione dignum.

18 Tertio quia licet Princeps deuiet à fide adhuc á ſubditis illi debetur ſubiectio in tempo-

 ralibus,

ralibus, quam & iuramento promiſerunt, ſicut alias Principi de facto regnanti ſubiectio exhibetur, probatur 4. Regum c. 18. vbi vocatur rebellio, illa quæ fit à Rege non ligitimo, & qui de facto regnabat, & eod. lib. 4. cap. 9. Iehu. iuſſu Dei Rex creatus, viuente adhuc Ioram, dicitur coniuraſſe contra Regem ſuum, Dauid Abſolonem Regem tyrannum appellabat lib. 2. Regum c. 15. & lib. 3. cap. 16. Zambri, qui regnum occupabat, inquit Scriptura quod regnabat, illa ergo ſubiectio Regi debita de iure naturali, & de iure diuino iuramenti vinculo, nunquã tolli poteſt, à ſubditis per Põtificem qui ſupra ius naturale nõ eſt.

19 Quibus tamen non obſtantibus, veritas eſt in contrarium, quæ ex reſponſione ad obiecta melius apparebit, & quoad primum reſpondetur, quod tempore naſcentis Eccleſiæ, eadem erat poteſtas ac hodie eſt in Pontifice, ſed propter temporum in fælicitatem, potius ad martirium ſubeundum quam ad coercendos reges Epiſcopi parati erant, atque ideo Conſtantium, & Valentem Arrianos, Anaſtaſium, Eutichianum, & alios ferebant, prudentis enim animi eſt, cedere tempori, quouſque ſuccedant meliora lapſis, nihil enim eſſet pro futurum Gothos in Hiſpania, Vandalos in Africa, excomunicare, ac de ſolio deturbare, ac proinde Eccleſia hęreticos, ac Chriſtiani nominis hoſtes, conniuentibus oculis tollerabat, nõ quod recte imperaſſent fidelibus, ſed quod defficiebant vires, vt illos coercere poſſet, & alia remedia non intelligebat, pro futura, quæ omnia hodie non deficiunt, cum Chriſtiana religio per vniuerſum fere orbem diſperſa ſit, & quod hęc poteſtas ſit in Eccleſia vltra rationes, ſupra relatas patet ex cap. ſi alius 15. q. 6. ex cap. grandi de ſupplend. negli. lib. 6. Ambroſius Theodoſiũ excommunicauit, ex quo prodijt illa excollentiſsima deciſco de qua in l. vindicari C. de pœnis, Gregorius 2. Leoni Imperatori, á ſe excomunicato prohibuit vectigalia, colligitur ex Platina in vita Gregorij 2, Innocentius 1. ob eiectionẽ Chriſoſtomi excomunicauit Archadium, refert Nicephorus lib. 13. cap. 34. plura citat Menchaca illuſtr. d. c. 8. num. 20. Aymon lib. 4. cap. 61. degeſtis Frãcorum Otto Frigẽſis lib. 5. hiſtor. c. 22. Patet ergo Principes ſæculares ſubiectos fuiſſe ſemper ſpirituali poteſtati, & iure potuiſſe excommunicari, & alijs pœnis affici, vſque ad regni ipſius priuationem.

20 Ad ſecundum fundamentũ reſpondetur, quod Pontifici ſubijcitur poteſtas temporalis, & pollitica, & illi ſubordinatur, & ratione ſui finis ſpiritualis ipſe poteſt omnia facere quibus aſſequi poſsit, quia in ea continentur

omnia

vt reuocet, quod ſi neglexerit obtemperare propria ſpirituali poteſtate reuocabit qua detemporalibus medijs diſponit ad ſuum finem.

Quod ſi dubitemus an lex ſupernaturali bono, vel fini, vel téporali ſeu pollitico, tantum repugnet, primo caſu ſtandum eſt aſſertioni Summis Pontificis, quia in hoc habet ſuam intentionem fundatam. In ſecundo autem caſu Principis ſæcularis aſſertio præualet, quia pariter habet ſuam intentionem fundatam, quia ipſe eſt competens ſuæ iuriſdictionis vindex, ac defenſor atque in hũc ſenſum debet accipi Ord. libr. 3. titul. 64. vbi lex Regia decernit quod in materia quæ peccatum inuoluit, ſtandum eſt iuris Pontificij decretis Bonacoſſa 2.p.fol. 44.verbo iuri Canonico Caſſan. de Burgund. fo.115.nu.4. Valaſc. q.25.n.25.in fine Cabed.d.25. 2. p. Azeued. ad tit. 1. lib.2. fo. 122. num.4.quid autem ſit dicendum in conſuetudine ſequenti Præludio diſputabimus.

SVMMARIVM.

1 *Sanctiora ſunt quæ moribus, & conſuetudine recepta ſunt quam quæ legibus.*

Tribus modis cognoſcunt Reges de cauſis clericorum prætextu conſuetudinis.

2 *Laicus qua talis eſt non acquirit conſuetudine iuriſdictionem in rebus Eccleſiaſticis.*

Conſuetudo non facit capaces ſed ſupponit. ibi.

Etiam ſi ſit immemorialis cõſuetudo titulus præſumi nequit. ibi.

Excipiuntur cauſæ violentiæ. ibi.

3 *Circa cauſas criminales clericorum quæ poſſit conſuetudo admitti vt ſæcularis cognoſcat.*

Conſuetudo in his derogare poteſt iuri humano. ibi.

Interpretata l. 2. C. quæ ſit longa conſu. ibi.

Conſuetudo licet debeat eſſe rationabilis tamẽ quoad alios iuris effectus valet licet irrationabilis. ibi.

Publica vtilitas ſubit vicem rationis. ibi.

4 *Summus Pontifex licet remittere in totũ nõ poſſit cleri-*

clericorum priuilegium tamen in aliquibus poteſt.

5 *Verius eſt in criminalibus clericorum non poſſe dari conſuetudinem vt ſæcularis cegnoſcat.*

Explicatur cap. clerici de iudicijs. ibi.

6 *An eccleſiaſtica libertas offendatur ex conſuetudine qua clerici in ſæculari aliquo caſu pulſantur.*

7 *Eccleſiæ libertas tribus modis offenditur, & circa quæ verſatur.*

Quando humana ſocietas ſolum læditur non offenditur Eccleſiaſtica libertas. ibi.

8 *Quando clerici in omnibus criminibus, vel in aliquibus trahũtur ad forum ſæcularem læditur libertas.*

Clerici in ſuo priuilegio etiam inuiti detinentur. ibi.

6 *Conſuetudo vbi reprobatur vt irrationabilis non ſolum præſens ſed futura continetur.*

Conſuetudo per ſe non tollit legem ſi legis aſsiſtentia deficiat. ibi.

Suppoſitiua præſumptio ſequentes actus inficit. ibi.

10 *Immemoriali conſuetudini non opponitur de irrationabilitate.*

Prælati quando pulſantur in ſæculari pro damno dato cauſa eſt ciuilis. ibi.

11 *Ea quæ poſſunt priuilegio concedi an poſsint acquiri conſuetudine, & quaudo.*

12 *In cauſis ciuilibus clericorum diſpar eſt ratio, & aliquibus caſibus valebit conſuetudo vt in ſæculari clericus pulſetur.*

PRÆ-

PRÆLVDIVM. III.

An Summus Pontifex poſsit abrrogare laicorum Principum conſuetudines, etiā immemoriales, & quando illis offenditur finis ſupernaturalis.

1 SÆpe in noſtris legibus Regijs inueteratæ cōſuetudinis, vſuſque longæui, mentio facta reperitur, quia ſanctiora videntur, quæ moribus afferuntur, quam quæ imperantur legibus, quia hæ dantur inuitis, ab eo qui plus poteſt, illa cōſenſu omnium incipiunt, vnde recte Plato inquit per vim ſunt leges, & plebiſcita, coacta, conſuetudo vero, vltro ſuaui paulatim in mores hominum influit, & bono publico cōſtituta cenſetur, & vt melius quæ de hac materia dicturi ſumus percipiantur noto ſequētia, quod tribus modis poſſunt Principes ſæculares, ex vi conſuetudinis antiquæ de cauſis fori Eccleſiaſtici cognoſcere, vel primo dum ſibi arrogant ius cognoſcendi, & iudicandi de cauſis mere Eccleſiaſticis, vel de cauſis clericorum criminalibus contra fori priuilegiū, vel tandem de ciuilibus, quæ ſuper eorum bonis aut Eccleſiarū agitantur, inter hos nanque cognoſcendi modos maxima datur differentia.

2 Primo, namque caſu nullo modo laicus qua talis eſt poteſt iuriſdictionē ſibi arrogare quia eſt illius incapax, cōſuetudo enim capaces non reddit ſed ſupponit, & materia repugnat vſui, cap. vt inquiſitionis §. prohibemus de hæret. lib.6. c. ſuper eo de appel. cap.2.4.q.1.cap. cum ſit generale vbi gloſ. vlt. vbi Areti. num. 30. Marian.26. de foro comp. gloſ. & Doctores in auth. clericus C. de Epiſcop. & Cleric. Nauar. in cap. nouit notab.6.n.42. Clarus pract. §. vlt. q. 37. á princ. Immo hoc caſu etiam ſi immemorialis curſus intercedat titulus nunquam præſumetur, Garcia de nobilit. gl, 12.nu. 80. nec ſufficiet Papam illam non ignoraſſe, Seſe de inhibitio c,8. §.3.nu.128. Abb. in cap. quanto de conſuetud. Couar. in 4. 2.p cap.6. §.9 his excipiuntur cauſæ violentiæ licet ſuper ſpiritualibus quibus Reges ex permiſſione Cannonum cognoſcunt, Meno. de retined. remed.3. num. 355. & de recup. remed.15. num. 214. Oliban. de Iur. fiſci. c.14. nu. 11. & in hoc regno ex vi Concordatorum vt ſuis locis oſtendemus.

In

3 In ſecundo caſu circa cauſas criminales clericorum non ſpirituales quæ non mere eccleſiaſticę ſunt, ſed Eccleſiaſticæ non mere, & iudicio Eccleſiæ reſeruatæ, ex prohibitione Cannonum, & legū, auth.vt clerici C. de Epiſcop. cleri.cap.2. de foro Comp. Innocent in c. 2. de maiorat. & obedient. Couar. pract. c.31. num.2. verſ. Contraria Valaſ. conſ. 100. num. 8. plures vt per Henriques 1.p.ſumæ de indulgent lib.7.cap. 24.num.1. & 2. p. lib.10. de Sacr. ordin.cap.15.n. 41. Bellarmi. 1.p. controuerſ. 5. lib.1. de clericis c. 28. concluſ. 5. Molin. diſput. 31. verſ. 3. concluſio. In his inquam cauſis non leue eſt dubium, an Principum ſæcularium conſuetudo aliquid operetur, vt de illis aliquo modo cognoſcere valeant, & videtur poſse, quia cum illa reſeruatio de iure humano ſit, non eſt dubium conſuetudinem ligitime præſcriptam legi humanæ derogare poſſe, §. ſine ſcripto inſtit. de iure natural. ibi. ſolo vſu ad probatum, populique moribus veluti tacito quodam ciuium cōſenſu, introductum, l. diuturna ff. de legib. l. de quibus 32. eod. ibi. id cuſtodiri oportet, quod moribus, & conſuetudine inductum eſt, explicat Faber. in d. tit. de iur. natural. nec obſtat l. 2. C. quæ ſint longa cōſuet. cui conſonat cap. cum conſuetudinis 11. d. quæ iura non patiuntur, legem conſuetudine abrrogari poſſe, ibi. vt aut rationem vincat aut legē, varijs modis explicat Cuia.3.tom. fo.1208. lit.C. & fo. 1207. lit. A. & 1.tom.fo.2312. lit.D. & 536. lit. C. aliter explicat gloſ. 3. in cap. vlt. de Conſuetud. gloſ. 1. in d. §. ex ſcripto, Rebuf. ad leges gal. 3. tom.tit. de Conſuetud. in præfat. num.60. Conan. coment. libr. 1. cap. 10 á num. 6. Corras de iure ciuil in metod 3.p. c.15. Thom. 2. 2. q.97.art.3. ad ſecundum, & dici poteſt quod in ea lege vrbum ratio, accipitur pro ea ratione, quæ certa ſemper, & immutabilis eſt; qualis dicitur eſſe ratio naturalis, & diuina, §. ſed naturalia inſtit. de iur. natural. quaſi conſuetudo iuri naturali, non præiudicet, cuius præcepta ſunt immutabilia, aduertit Conanus vbi ſup. nu. 9. dum autem dicit non derogare legi, debet intelligi de Conſuetudine illigitima, & irrationabili, nec præſcripta, explicat Cuiat.3. tom.ſub tit. quæ ſit longa fo.1209. lit.A. vbi addit. quod adeo eſt potens cōſuetudo, quod ab ipſa vim leges accipiant, cum alias nō obligent niſi conſuetudine ſint receptæ, & probatæ c. vlt. de Conſuetud. lib. 6. diximus deciſ. 91. nu. 23. nec obſtabit, quod in d. l. videtur agi de Conſuetudine, cuius non eſt vilis authoritas, atque ita agebat de rationabili quia irrationabilis nulla eſt authoritas, nam ſatisfit quod licet conſuetudo, vt vim legis habeat, & legi deroget, rationabilis eſſe debeat, nihilo-

nihilominus tamen quoad alios iuris effectus,qui leges authoritatem neceſſario non requirunt,ſed dependent, ex ignorantia, errore vel bona fide,pacto vel ſimili mēte partium , vt conſuetudo robur habeat,non requiritur neceſſario quod ſit rationabilis,vt late cōgerit add.ad Abb.in d.c.cum cōſuetudinis,Meno. de arbitrar.quæſt. 71. ſicque procedunt l.ſemper in ſtipulationibus 35. ff. de reg. iur. l. quod ſi nolit 31. verſ. quia aſsidua ff. de edilit.edict.gloſ.1. in fine in cap. cum venerabilis 3. de Conſuetudin. recepta ex Couar. in c.quamuis §. vlt.n.13.Tiraq.de pœnis c.42. á princ.Iuuat.text. in l. quod non ratione 38. ff. de legib. ſic ſane in hunc ſenſum , & quoad eos effectus intelligendi ſunt Bal , & alij relati per Tiraq. in præfat.retract n. 76. Gomez in cap. 1. de Conſti. n. 131. aſſerentes rationem in Conſuetudine neceſſariam non eſſe , vel dici poteſt, cum Fabro in titul. de iuſt.& iur. confutat 2.quod conſuetudo vincit legem , ob publicam vtilitatem,quæ ſubit vicem rationis vnde data publica vtilitate legi derogat , & ſuccedit illud Platonis non ſeruit antiquitati prudens, nec authoritati ſi ratio diſſentiat.

4 Deinde facit quia licet S. Pontifex , non poſsit tollere abſolute clericorum exemptionem, in criminalibus , tamen poteſt in aliquibus caſibus,ex Cardin.in cap. perpendimus de ſent. excommuni. recepto vt per Couar. pract.cap. 31.n.5.Claro in pract. § vlt. q. 36. n. 3. Roba. lib.2. cap. 18. num.18. Petrus Gregor. in ſintagma iuris 3. p. libr. 47. cap. 21. num. 25. & lib. 49. cap. 1. num. 12.

Ac proinde cū illud priuilegio concedi poſsit,videtur & poſſe cōſuetudine,introduci,& acquiri,cū ſola lex humana offendatur,ſicut alias cum nō valeat cōſuetudo,vt omnes deſtributiones dētur nō reſidentibus,tamen valet, ſpecialis, quoad aliquā Eccleſiam ex iuſta cauſa, pro legentibus ſeu ſtudentibus Couar.lib.3.var.c.13.n.5.

5 Verum prædictis non obſtantibus verius eſt in cauſis criminalibus nullam conſuetudinē ſufficere vt aliquis clericus in omnibus,vel aliquibus cauſis in iuditio ſæculari pulſari valeat, quia vltra prohibitionem iuris humani,obſtat in decētia,& totius ordinis clericalis iniuria,quę æqualiter reperitur quando generaliter clerici vnius Regni ad forū ſæcularē trahūtur,ac quādo quilibet particularis,nec aliud probat cap. clerici de iudic.quia & ſi videatur ex eius deciſione,induci poſſe, quod tātū dānat generalē Cōſuetudinē,qua clerici ad iuditiū ſæculare trahūtur,in omnibus,vel ſaltē in pluribus cauſis,nihilominus hæc explicatio, ſi apperte verbis nō repugnat,mēti tamē repugnat apertius, quia ſi aduertimus,ad verba integrę,prout legūtur in decretalibus

manualibus, quæ apud Plantinum ſine gloſsis excuſſa ſunt, & habētur in 1. Collectione, ſub tit. de Iudic.cap.8.vbi Antonius Auguſt. ſic habent clerici vero maximè in criminalibus,in nullo caſu poſſunt, ab alio quam ab Eccleſiaſtico condemnari, & ſi conſuetudo Regia habeat vt clerici fures á ſæcularibus iudicibus iudicentur, cum Imperator, &c. in eo Text. agebatur de regia conſuetudine, quæ nõ ligabat omnes clericos, nec omnes criminoſos, ſed ſolos fures, & tamen ibi reprobatur talis conſuetudo, quia contra ſacros Cannones,facit deinde quia in fine Text. non attendit S Pontifex ad Conſuetudinem generalé, vel quæ omnino exéptionem tollit, quoad omnia, vel pleraq; crimina,ſed eã quę ſacros Cannones offendit, qui ſic lædũtur in priuilegio fori, quoad plures cauſas, quam quoad ſingulas, cum ratio prohibitionis omnibus communis ſit, & ſingularum cauſarum ratio,& prohibitio non diſtinguatur á communi, ſicque ceſſant aliæ difficultates quia in illis datur diuerſa ratio nec illis obſtat tam directa prohibitio vt in præſenti.

6 Adhuc quæret aliquis quæ ſit huius prohibitionis ratio, cuius tanta eſt authoritas,vt non patiatur conſuetudinem in contrariũ, cum tamen præceptum ſit legis humanæ,& primo ſolet dici,ex eo eſſe quia tales conſuetudines Eccleſiæ offendunt libertatem, quæ expoſcit vt clerici in ſuo foro conueniantur,& apud ſuum iudicem c.cum ſit generale de foro Comp. c.2.de foro Comp.cum ſimilibus, & ſuccedit reg.c.1.& vlt.de Immunitate Eccleſ.lib.6. Bart. in l.1. §. quæ onerandæ ff.quarum rerum, Decius in cap.Eccleſia S.Maria n. 4.Doctores in auth. Caſſa C. ſacroſant.Eccleſ.quam rationem in repetitione cap. clerici de Iudic. impugnat præceptor meus Ludouicus Correa olim in Conimbricenſi Academia primarius Iuris Cannonici profeſſor,mihi n.4.cuius ego doctrinam ſoleo venerari ob excelſi illius viri iuditiũ, acre ingenium,& improbũ laboré,quibus omnes ſui tẽporis Iuriſcõſultos longe antecelluit,cuius ſcripta nos colimus, Hiſpani ſuſpiciunt, & mirãtur Itali;in hoc tamen alio me mẽs rapit,& à præceptore diſcedo inquit enim vir ille prudentiſsimus,quod ex hac,&ſimilibus Conſuetudinibus, qua clerici in criminalibus ad iuditiũ Eccleſiæ trahuntur, libertas Eccleſiaſtica non offenditur, ex eo quia iuxta veriorem ſententiam Innocentij in c.nouerint de ſent.excomu.recepta ex abbate ibi n.2.Felin 69. Deci.2.in d.c.Eccleſia,& in d.auth.Caſſa.n.18.Cayetan.in ſumma verbo Excõmunicatio c.31. & 37. Nauar.in Manu.c.27.n.116.& 130. propriè loquendo,tũ demũ tollitur,Eccleſiaſtica libertas, quando Eccleſijs, vel perſonis Eccleſiaſticis,

ſticis, aufertur, priuilegium, vel immunitas, á Deo Pontificibus, aut Imperatoribus cóceſſa, Eccleſiæ vniuerſali, vel omnibus Eccleſiaſticis, qua tales ſunt, & á populo, & laicis diſtinguntur, prout ſuadet ipſa vis, & ratio nominis, quæ denotat libertatem peculiarem Eccleſiarum, & clericorũ, colligitur ex d. auth. Caſſa ibi. contra libertatem Eccleſiæ ipſarumq; perſonas inductas, & ex c. vlt. de rebus Eccleſ. ibi. immunitatem Eccleſiaſticæ libertatis cap. 1. de Immunit. lib. 6. ibi. honoris, & priuilegij, Trid. ſeſſ. 25. c. 25. ibi. Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem.

7 Sed profectò magis amica veritas, parcant præceptoris manes, ex eo nanq; hæc conſuetudo inualida iudicatur, quia cótra Eccleſiæ libertatem, eſt ſcimus nanq; Eccleſiæ libertaté tribus modis offédi, primo quando laicorum ſtatuta generalia Eccleſiæ priuilegia in communi lædunt, vel contra ipſa diſponunt, pro vt ſunt priuilegium fori, d. cap. 2. cap. ſi diligenti, vel Cannonis, cap. nuper de ſent. exco. vel contra libertatem qua in tributis gaudet, cap 1. de Cenſib. libr. 6. aut circa templorum immunitatem ne ab eis delinquentes extrahantur c. aduerſus de immun. Eccl. proſequitur Innocent. in d. c. nouerit. Secundo dum ſtatuta laicorum aliquid diſponunt quo laici redũtur audaciores ad offendendum clericos, veluti ſi minori pœna afficiũt illos, qui clericos offendunt, quã qui laicos, ex doctrina Bart. in d. §. quæ onerandæ vbi Angel. Tertio quando clericis tolluntur eaq; de Iure comuni, illis ac reliquis ciuibus competunt c. fin. de Immunit. Eccleſ. lib. 6. c. cũ terra de Electione veluti ſi non audiãtur in iuditio, ac reliqui ſæculares, ptout conſiderat Bal. in ſua repetitione l. Cunctos populos quem citat Ioan. Baptiſta in repet. l. omnes populi §. agredior num. 57. ff. de iuſt, & iur. Felin. in d. cap. Eccleſia 2. q. princ. vbi Deci. col. 1. idem Bald. in l. ſiquis curiales verſ. deinde C. de Epiſcop. & clericis num. fin. ibi. quia licet non poſsit auferri clerico ius cõmune bene tamen poteſt auferri protectio ſtatuti &c.

Verum circa hoc vltimũ puto aliter dicendum fore quia licet hi Doctores exiſtiment violari libertaté Eccleſiaſticã, vbi Eccleſijs, & & clericis tolluntur ea quæ illis iure communi competunt, ſicut, & laicis, longe tamen probabilius eſt, propriè hanc libertatem non conſiſtere in his quæ nullo ſpiali priuilegio Eccleſiæ, vel clericis competunt, ſed cõmunia ſunt cũ alijs ciuibus, & æqualiter omnibus competunt, quia in his caſibus licet clerici lædantur non læditur Eccleſiaſtica libertas, ſed humana ſocietas politica ciuilis, vel libertas iuris gentium, reſoluunt Doctores in c. cum cauſam

de re iudic. Butricar. in d. auth. caſſa plures relati á Tiraq. de Iur. mari gloſ. 8. num. 172. & de Re. tractat. titul. 1. §. 1. gloſ. 13. num. 3. Couar. in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 4. num. vlt. verſ. 3. Signorolus conſ. 22. Syculus in rub. de rebus Eccleſ. numer. 166. ratio huius rei eſt, quia dum lex ciuilis inter ſuos diſponit, poteſt in conſequentiam, & per indirectum Eccleſias reſpicere, & afficere non ſubditos, ſecundum cõmunem, vt per Bart. in l. filius fam. §. diui n. 11. ff. de leg. 2. notant Doctor. in cap. poſt miſerabilem de vſur.

8 Ex quibus neceſſario infertur quod quando clericus, vel clerici vnius regni, ad forum ſæcularem trahuntur, in criminalibus abſolute, vel in aliquibus tantum caſibus non ſolum humana ſocietas, læditur, vel iuris gentium, & ciuilis ſed priuilegiũ generale Eccleſijs conceſſum, quod in ſuis particularibus cõſeruatur, nec ab illis eſſentia diſtinguitur, quia bonum cõmune priuatum continent, quod licet vtiliter reperiatur, in mẽbris comunitatis, tamen realiter, in cõmuni cõſeruatur corpore, cum illud priuilegiũ ordinis ſit, non particularium, c. ſi diligenti de foro Comp. cui renuntiare partes non valent, immo in ſuo priuilegio clerici inuiti detinentur, ne cõmune ius lædant, talis ergo conſuetudo, vt in crimi nibus ſæcularis cognoſcat, contra eccleſiaſticam libertatem eſt, quia continet vſurpationem iuriſdictionis, in ea parte, & ſuccedit c. pen. de Immunit. Eccleſ. lib. 6. c. fin. de rebus Eccleſ. cap grauem de ſent. excomuni, c. fin. de Except. lib. 6. vbi notat Domin. Lappus allegat. 92. pragmatica ſanctio in proæmio verbo libertatis, facit c. nouit de Iud. cap. decernimus eod. & tandẽ Bulla Cœnæ Domini, quæ omnẽ vſurpationem directam, & indirectam prohibet, cauſ. 15 & 16. & apud nos res eſt ſine dubio, ex artic. 38. ex 40. Romæ oblatis, vbi rex promiſit, nõ auocare nec cognoſcere de cauſis Eccleſiaſticis, immo quod obſeruabit ius commune, ſecundum quod, iura vtriuſq; Imperij ſæcularis, & Eccleſiaſtici, diuiſa ſunt, & perſonæ in quibus exercetur, ita vt nullo modo liceat poſt hanc diſtinctionem, & ſeparationem, de aliena ſubdito cognoſcere, ſine manifeſta iuriſdictionis alienæ vſurpatione, ex quo omnis conſuetudo fit irrationabilis, & iniqua c. vlt. de Conſuetudin. c. mala 8. d. Meno. de arbitrar. caſu 82. Oieda de Incompatibilitate 2. p. cap. 11. n. 7. Duen. reg. 143. Peres ad l. 2. titul. 3. lib. 1. ordinam. Quibus fundamentis in noſtris legibus Regijs aliquis locus non reperitur, in quo ſæcularis Princeps ſibi facultatem arroget, cognoſcendi, de clericorum cauſis criminalibus, quia ſemper eos ſuis iudicibus Eccleſiaſticis remittit, adeo vt

etiam

etiam criminoſos á parte ante clericos effectos, non patiatur in iudicio ſæculari pulſari, de quo eſt Ordinat. lib. 2. tit. 1. §. 21. quam ſic explicat Valaſc. conſ. 48. nu. 7. Ceuallos 4. p. q. 897. numer. 1025. & eod.tit. 1 §.4. in cauſis ciuilibus ex crimine, iudicem Eccleſiaſticum iudicat competentem, quando autem in lib. 2. tit. 1. §. fin. clericorum capturam permittit, & naturalitatis priuationem, tit. 13. & alijs locis indultis nititur apoſtolicis, & vtriuſque ſtatus Concordijs vt eo loco Deo dante oſtendam.

Conſequitur ex ſupra dictis quod cum hæc conſuetudo vt irrationabilis reprobata ſit, non ſolum præcedens ſed etiam futura continetur, ſic limitata gl. ſentẽtia in Clem. pen. de electione, ſicque procedit c. 1. & 2. de Conſuetud. in 6. c. 1. de cler. non reſidẽtib. eod. ibi penitus improbantes, c. ad audientiam ibi. minus rationabilis, c. cum venerabilis, & cap. pen. de Conſuetud. Clem. 2. §. vt autem ibi. quam reprobamus de religioſ. domib. quando enim lex conſuetudinem reprobat, vt irrationabilem, ſuppoſitiue diſponit, & in futurum cauet, & occurrit, & ex mente diſponentis colligitur, non ſolum præteritis ſed futuris conſuetudinibus derogaſſe, adeo vt nec ex noua cauſa introduci poſsint, & quæ videatur legiſlatori ignorata, quidquid ſentiat Abb. in d. c. pen. num. pen. Couar. variar. cap. 13. n. 4. Duen. reg. 144. limit. 1. Hoieda 1. p. c. 17. num. 10. non aſsiſtit enim hoc caſu lex futuræ conſuetudini, & illa per ſe non ſufficit ad tollendam legem in contrarium, quia ſuppoſita iniquitatis præſumptio ſequentes actus inficit, niſi adeo vrgens noua cauſa ſit, quæ omnes hos deffectus ſuppleat, argum. l. ſi hominem ff. mand. Iaſ. in repetit. l. omnes populi ff. de iuſt. & iure nu. 11. Tiraq. de pœnis in præfat. á nu. 25. Menchac. ſucceſsio creatione §. 2. n. 13. Conanus lib. 7. c. 14. n. 12.

10 An autem his caſibus cenſeatur reprobata immemorialis cõſuetudo, valde controuerſum eſt, & videtur non comprehendi, conſuetudo, quæ excedat hominum memoriam, quæ ſemper excepta cenſetur, cũ habeat vim cõſtituti, & ſpitialiter conceſsi, l. 3. §. ductus ff. de aqua quotid. c. 1. verſ. niſi de præſcrip. lib. 6. & apud nos videtur confirmari ex Ordinat. lib. 2. titul. 1. in princ. vbi Epiſcopi propter damnum datũ in regno, & ſpolia comiſſa, in ſæculari conueniri poſſunt, ex immemoriali conſuetudine, vt lex ipſa Regia ponderat in fine (quæ eſt cauſa damni ciuiliter motta ad refectionem tantũ patrimonij, & eſt cauſa mere ciuilis Ord. lib. 3. tit. 18. §. 14.) maxime quia hoc caſu ſufficiet titulus habitus á S. Pontifice, vel priuilegiũ, Cardin. in d. c. perpendimus de ſentent. excomuni. oppoſ.

oppoſ. 6. Aufrer. de poteſt. ſæcular. reg.1.n.1.& 18.Couar.var.d.c. 31.n.4.Roman.& add.ſingul.419. Roland.conſ.4.n14.lib 1. facit c. 2.de foro comp.ibi.ſine permiſſu Pontificis, Nauar.d.c.27.n.70.Enriq.2.p.lib.14. de Irregul c.12.n. 6.poſt litteram P. poteſt ergo pariter, illud idem tempore, & conſuetudine acquiri.

11 Veritas tamen eſt in contrariũ, & ad ſuprapoſita reſpõdetur, quod ea quæ poſſunt conſuetudine acquiri, poſſunt, & priuilegio, ſed non è conuerſo, quia pluribus caſibus priuilegium ſufficiet, in quo erit inefficax conſuetudo immemorialis, quando tanquã irrationabilis reprobata ſit, proſequitur Coſmas in pragmat. titul. de cauſis §. ſtatuit verbo priuilegio Aymon. & alij quos citat Oieda vbi ſup n.31.Gabriel.de præſcrip. concl.1.n. 27. Couar.1.reſol.c. 10. n.14.diximus deciſ.52.á n.10.Hæc tamen ſic reprobata conſuetudo, licet per ſe,& ex vi propria nõ valeat, ius tribuere præſcribenti circa aliquem iuriſdictiones Eccleſiaſticæ actum, tamen adhuc alegato priuilegio habito à ligitimo ſuperiore, ad probationem ipſius, erit ſufficiens, explicat Alex conſ. 74.n.20.lib.4.Ripa n.41. & 102. in l. quo minus ff. de flum. Auendan. de Exequend. lib.1.c.12.n.6. Felin. n.13. in c.cum ex officij, & in c.accedentes n.6.& in cap.cauſam quæ num.3. & 7 de præſcriptio. ad Ordinat.vero lib. 2.titul.1. reſpondemus quod procedit ex Concordia pro vt ſuo loco dicemus.

12 In cauſis autem ciuilibus, quid ſequendum ex ſuperioribus reſolutionibus facile elicitur, nam licet eadem ſit Cannonum reſeruatio, quoad criminales, & ciuiles cauſas clericorum, vt apud ſuum iudicem pulſandi ſint, tamen quia in criminali accuſatione, maius vertebatur ordinis dedecus, quod clerici contra propriam honeſtatem cogerẽtur tribunalia ſæcularium frequentare, & tandem á iudice ſæculari eſſent pœna criminis coercendi, quæ omnia deficiunt in ciuilibus ideo apud nos Prælati in aliquibus caſibus cum Regibus facilius conuenerunt, vt clericorum ciuiles cauſæ aliquæ ad iuditium ſæculare pertinere poſſent, ſuper quibus variæ concordiæ factæ extitere de quibus ſuis locis agemus, & de Cõfirmationibus ſedis Appoſtolicæ quibus confirmatæ fuerunt vt Antiſtitum noſtri temporis ceſſent quærimoniæ, & plura quæ noſtris legibus obijciuntur.

DE

DE VIOLENTIIS NOTORIIS IN QVIBVS REGES LVSItaniæ inuictiſsimi ſubditis oppreſsis occurrunt quando á iudicibus Eccleſiaſticis prægrauari contingit pro intellectu Ordinat. lib. 1. tit. 9. §. 12.

CAP. I.

NON me inanis affectandæ gloriæ dulcedo, aut immortalitatis conſequendæ ſtudium, dubitãtem impulit, vt hoc opus (periculoſæ plenum aleæ) ſuſcipe rem, inter tot negotiorum atque occupationum fluctus, catenatoſque labores, quibus noſter Senatus exæſtuat, ſed veritatis indagãdæ propenſa vis animi, vt patriæ prodeſſem cui omnes hypothecati naſcimur, in cuius vtilitatem mearũ lucubrationum editionem facere decreui, quas ex Horatij conſilio pluſquam in nonũ annum preſsi, & tandem paulatim per quãdam alluuionem excreſcentes abſolui, plura addidi, alia detraxi, multa exactius expoliui, & alia quæ primus ille ſpiritus, & arcana vis animi, & veluti repullulantis ingenij fœtus effudit adimere, & reſecare non erubui, illud itaque mihi tãtum erit ſtudij, legum Regiarum abſtruſos ſenſus apperire, ex qua iuris parte profluxerint, vnde ortæ, in quo quando de rebus Eccleſiaſticis diſponunt, conſonent, iuris Pontificij traditionibus, vt ſic Antiſtitum quærimoniæ cõquieſcant, vt qui aduerſæ partis argumenta legerit, non exiſtimet, contra iuris præcepta, & receptas traditiones legislatores Luſitanos reſpondiſſe, etenim licet ordo Eccleſiaſticus, in pleriſque eas iuri aduerſari contendat, ſemper tamen pie exiſtimandum eſt, catholicos Principes, (lõgiſsima ſeu potius immemoriali poſſeſsionem ſufultos, vel concordia, & fœdere totius Eccleſiaſtici ordinis, accedente Summi Pontificis aprobatione, & authoritate, in remunerationem præſtita, propter regnũ nouiter ad fidem conuerſum, & reſtitutum, regum expenſis, & ſanguine,) ita in bonum commune ſtatuiſſe id enim & regni ſtatus. & Regum Chriſtianiſsimorũ conditio, eorumque ſublimis, & excelſa maieſtas expoſcere videbatur.

Primo ſe offerebat agere de

Ord. lib. 1. tit. 7. §. 32. & hoc tit. 9. §. 11. ſed de eius intellectu agemus ad Ord. lib. 4. tit. 1. §. 22. & titul. 14. illo lib. vbi videri poteſt. Sequitur ergo vt agamus d. Ord. d. lib. 1. tit. 9. §. 12. cuius ordinationis verba ſunt.

Porem naõ tomaraõ conhecimento de aggrauo que as partes tirarem de Iuizes Eccleſiaſticos nos caſos em que o conhecimento lhes pertence, ſaluo quando ſe aggrauarem de notoria oppreſſaõ ou força que ſe lhes faça, ou de não ſe lhes guardar o direito natural, porque neſtes caſos nòs como Rey, & ſenhor temos obrigaçaõ de acodir a noſſos vaſſalos. E depois que os Iuizes de noſſos feitos julgarem que o conhecimento pertence a noſſas juſtiças, & não as Eccleſiaſticas mandaraõ as noſſas juſtiças que não euitem as taes peſſoas, nẽ lhes leuem penas de excomũgados por ſempre aſsi ſe coſtumar, & naõ auer outro meyo pera ſe naõ tomar noſſa iuriſdiçaõ.

Ideſt non cognoſcent tamen de grauamine interpoſito à iudicibus Eccleſiaſticis, quando ad eos iuriſdictio ſpectat, niſi quando ab illis ſupplicatum ſit, ob notoriam oppreſsionem, & violentiam, ſupplicanti illatam, vel ob non ſeruatum ius naturale, his enim caſibus, nobis tanquã Regi noſtrorum ſubditorum defenſio incumbit, & poſtquã Iudex noſtræ Coronæ iudicauerit, cognitionem cauſæ eſſe temporalem, & fori ſecularis, non Eccleſiaſtici, præcipiet noſtris iudicibus, quod tales ſupplicantes tanque excomunicatos non euitent, nec ab illis pœnas excomunicatis impoſitas extorqueant, hoc enim ab initio ſic vſu receptum eſt, quia aliud non reperitur medium ne noſtra vſurpetur iuriſdictio accomodatius.

Ægrè ferunt Prælati huius ordinationis deciſionem cuius fundamenta, ſi noſcerent, omnis ceſſaret ſcrupulus, quæ vt apperiam noto quod cum olim inter Prælatos regni & ipſum Regem, dubia non leuia mouerentur ſuper iuriſdictionalibus innita concordia conquieuere, delata cauſa ad Summum Pontificem, tempore Regis Dioniſij, & inter articulos Sũmo Pontifici oblatos ad pacẽ conciliandam, ſecũdus ſic habet. Quod idem Rex nec ſui facient bamniri, nec eorum bona occupari, nec alias iniuriari Epiſcopos, vel Eccleſiarum rectores, in parrochianos ſuos decimas, & alia iura ſibi debita non ſoluẽtes, excommunicationis ferentes ſententias, vel loca ſupponentes eccleſiaſtico interdicto, iuſtitia exigente, reſpondent procuratores Regis quod nec hactenus fecit, & non faciet in futurum &c. Et notanda ſunt illa verba, & alia iura ſibi debita non ſoluentes, quia ſolum Reges profitentur ſe non impedituros Iudices Eccleſiaſticos ne in ſuo regno excomunicationes vel interdicta decernant, niſi quando ad iura ſibi debita exigenda ordinentur, ſecus tamen erit quando ad non debita, & ita indebite proferantur. Idem colligitur ex quarto artic. tertiæ concordiæ

cordiæ habitæ cum eodem Rege Dioniſio vbi Rex ipſe ſemper ſibi reſeruauit poteſtatem cognoſcendi de oppreſsione cenſuris incuſſa quando offenderetur ius naturale, vel aliqua manifeſta oppreſsio ex obſeruatione illius ſequeretur verba talia ſunt.

Quod ſi aliquis laicus excomunicatus eſt, & contra ipſum opponitur, quod audiri non debet in iuditio, quia excomunicatus exiſtit, nihilominus iubet quod audiatur contra iuris præcepta, & contra articulum ſecundum concordiæ, reſpondet Rex quod in d. art. allegato de hoc non agitur, & quod articuli qui de hoc loquuntur ad vnguem obſeruentur, ſuis tamen prudentibus ita viſum eſt, quod ſi Prælatus aliquem ſecundũ Cannones excomunicauerit, in caſu in quo ad eum ſpectat cognitio, & ſecundum iuris ordinem procedit, & excomunicatus iam denuntiatus eſt, quod debet, à iudicio repelli, quouſque abſolutus appareat, niſi probetur quod appellauit, & ſuam proſequitur appellationem.

Manifeſtè conſtat Reges nunquam ius ſubueniendi ſubditorũ oppreſsionibus remiſiſſe, immo illud tenaciter ſemper obſeruaſſe, quando notoria daretur oppreſsio ſubditorum, vt ipſemet Dioniſius in 4. Concordia art. 6. declarat referendo ſe ad illum ſecũdum articulũ Romæ habitũ, ibi. *Item outorgo que ſobre feitos de dizemos naõ manterei os reueis, aſsi como he conteudo em o art. em que nos auiemos em Corte de Roma, ideſt promitto quod in materia decimarum non defendam contumaces, ſicut alias continetur in art. Romæ ſuper hoc facto*, quibus verbis rebeles ſeu contumaces promittit non protegere, quando ad decimas ſolitas compellantur, quia ſi ad inſolitas, vel non ſeruato iuris ordine, actum ſit, non denegabitur Regi poteſtas cognoſcendi. Vt in d. art. 2. declaratur, & aperte hunc ſenſum apperit idẽ Rex in 1. art. d. tertiæ concordiæ qui ſic habet.

O primeiro de que ſe o Biſpo queixa he eſte, diz que mãda el Rey que ſe algum clerigo excomunga em defenſaõ de ſeu direito, mãdalhe filhar o que ha, contra o ſeu artigo ſegundo, & mandaõ degradar, & ſobre iſto ha ſua carta. Reſponde el Rey que aon dea

de a Igreja ha juriſdiçaõ, & excomunga por ſeus direitos, guardaõ el Rey, & manda guardar, o ſegundo artigo que ſobre iſto foy na Corte de Roma, ideſt quod ſi aliquis clericus excomunicationis ſententiam profert in iuris ſui defenſionem, ipſe Rex iubet vt ipſius bona capiantur, & occupentur cõtra formam ſui ſecundi articuli, eumque exilio mulctat, & ad hoc ſuas chartas expedire iubet. Reſpõdet Rex quod vbi Eccleſia habet iuriſdictionem cognoſcendi, & excomunicat pro ſuis iuribus ipſe obſeruat illius mandata, & iubet vt obſeruetur ſuum ſecundum articulum Romæ editum, apperte innuit, quod adhoc vt Rex non cognoſcat, opportet quod iuriſdictio ſit Eccleſiæ, & non excedat, quia tunc tanque ab abuſu non remittit Rex cognoſcendi facultatem.

2 Hoc ipſum poſt Regis Dioniſij tempora, regnante Petro cõtinetur in ſua Concordia habita cum ipſo Rege Alfonſo V. eſt in lib. 2. fo. 40. in Archiuo publico, in art. 11. qui ſic habet.

Que quando punhaõ em algũs feitos, ſentenças de excomunhaõ em algũas peſſoas, q̃ elles ganhauaõ cartas ſuas, & de ſeus Corregedores, para que os naõ ouueſſem por excomungados, o que era contra direito. Reſponde que os ſeus Corregedores, & officiaes dem ſobre iſto cartas direitas como ſempre ſe cuſtumou de ſerem dadas, ideſt quod quando in aliquo caſu ſententias excomunicationis proferebãt in aliquas perſonas, illæ chartas regias aſſequebantur, & ſuorum Præſidumne, tanquã excomunicati à fidelium cætu & communicatione arcerentur, quod erat contra iuris præcepta. Reſpondet Rex quod eius Præſides, & miniſtri chartas ſupradictas expediant iuſte tamen, vt ſemper conſuetum fuit expediri.

3 Hac expediendi chartas in fauorem oppreſſorum continuata ſerie, ſic obſeruata á primis regni cunabulis, hoc idem in ſua Concordia expreſsit ille magnus Rex Ioannes primus in art. 82. qui ſic habet.

O primeiro he que el Rey manda dar cartas aos excomungados que os pouos os naõ ajaõ, nem euitem por excomungados, nem os prendaõ,

nem

nem lauem deles as penas, por a qual rezaõ eſtaõ em pecado mortal, & nelle morrem.

A eſte capitulo reſponde el-Rey que antigamẽte os Reys deſtes Reynos acharaõ que os Prelados excomungauaõ algũas peſſoas em caſos, q̃ naõ eraõ Iuizes de direito, ou quã do eſtauaõ appellados, & iſto faziaõ por eſtender ſua juriſdiçaõ, procedẽdo por vontade & naõ por direito, & para poer a iſto remedio foy por elles determinado, com os Prelados de ſeus Reynos, de ſe darem cartas, que os naõ euitem as Iuſtiças ſeculares, em ſeus juyzos, nem os prendaõ, nem leuem delles penas de excomũgados, ſegundo he conteudo em ſeus artigos, & ordenaçoẽs, & ſempre ſe vſou deſta guiſa, & aſsi entende que cumpre por ſeruiço de Deos, & bem de ſua terra, de ſe fazer nos caſos conteudos no ditto artigo, & em os caſos em que ſe naõ deuem dar elle defendera que ſe naõ dem; porèm ſe el Rey vir q̃ em algũs caſos que he bem de eſcreuer aos Prelados, ou aos vigairos, elle eſcreuerâ, antes que de ſuas cartas, que o correjaõ ou lhe moſtrem como procederaõ como deuiaõ, ou nas cartas meſmas ſe poderaõ pôr as rezoẽs ſuzoditas, porque fazendoſe doutra guiſa ſeguir ſeha grande porjuizo aos que daõ taes cartas, & quando vir q̃ cumpre de lhe eſcreuer, lhe eſcreuerâ em duas cartas como elles requereraõ, & iſto farâ ſegundo os Prelados eſtiuerem longe, ou perto donde elle eſtiuer, ideſt, quod iubet expediri chartas in fauorem excomunicatorum, quod â populo pro talibus non habeãtur nec euitẽtur, nec capi poſsint, nec ab illis pœnas alias exigant, qua de cauſa in eodem peccato in quo perſiſtunt, ocũbunt.

Huic articulo reſpondet Rex, quod Reges huius Regni ab antiquo obſeruarunt, quod Prælati illius non nullos excomunicant, in caſibus ad eos uon pertinẽtibus, vel quando ab illis legitima erat interpoſita appellatio, quod faciebant animo propagandæ ſuæ iuriſdictionis, magis ex proprio affectu quam iuris ordine procedentes, & vt his malis re-

medium adhiberetur, ſancitũ fuit, inſimul cum Prælatis regni ſui, quod tales chartæ expediri poſſent ne à ſæcularibus iudicibus arceantur, à iuditio, nec ab ipſis capiantur, aut alias ab illis pœnas excomunicatis impoſitas exigant, ſicut alias in ſuis articulis cōtinetur, & ordinationibus, qui vſus ab initio fuit inuiolabiliter obſeruatus, quem ſic obſeruari expedit pro ſeruitio Dei, & bono cōmuni ſui Regni, in caſibus in eodem articulo expreſsis. Quando tamen appareat tales chartas expediri non debere, ipſe prohibebit, ne expediantur, quod ſi in aliquibus caſibus ipſe Rex viderit, quod opportet ſcribere prælatis, vel eorum viccarijs, ipſe ſcribet priuſquam dictas chartas in forma iuris expediat, vt ipſi oppreſſiones corrigant, aut oſtendãt quod rite, & recte proceſſerunt, vel in ipſis chartis poterunt rationes exprimi ſuprapoſitæ, quia ſi aliter fiat cũ magno fiet detrimento eorum qui eas expedierint, quando autem Rex viderit expedire prælatis ſcribere, id quidem faciet in duabus chartis, prout ipſi Prælati expoſcunt, habita cōſideratione loci, vbi Prælati degunt, & diſtantia.

Præcedentibus his Concordijs quibus longæuus vſus comprobatur, procedentibus ex confirmatione Appoſtolica, cum hoc idem dubium iterum ſuſcitaretur tempore Regis Sebaſtiani, ex prudentum conſilio ad quærimoniam prælatorum, ſancitum fuit illud idem, prout continetur in 15. art. in Concordatis qui ſic habet.

No 15. apontamento dizem que nas couſas mixtas que eſtaõ declaradas pela Ordenaçaõ txtruuagante de que os Eccleſiaſticos conhecem, os officiaes ſeculares tomaõ conhecimento, de qualquer aggrauo, que os culpados ſe queixaõ, dizendo que os Prelados naõ guardaõ niſſo a ordem deuida, naõ o podendo fazer, & podendo os culpados queixarſe diſſo, & appellar para os tribunaes ſuperiores Eccleſiaſticos, neſte apontamēto ſe determinou, que minhas juſtiças não tomem conhecimēto de aggrauo algum que as partes allegarem, ſerlhe feito pelos iuizes Eccleſiaſticos nos

caſos

caſos, de que o conhecimento lhes pertencer, ſaluo quando ſe aggrauarem de notoria oppreſſaõ, ou força q̃ ſe lhes faça, ou de ſe lhes naõ guardar o direito natural, porq̃ neſtes caſos como Rey, & ſenhor tenho obrigaçaõ d'acudir, como acima fica dito. Ideſt in decimo quinto art. dicunt quod in mixtis cauſis in quibus per leges regni ad ipſos cognitio ſpectat, ſæculares miniſtri cognoſcũt, de quocũq; grauamine à delinquentibus interpoſito, in quo aſſerunt Prælatos non ſeruato iuris ordine proceſſiſſe, cũ tamen hoc non ſit admittendũ, cum ipſis pateat ad ſuperiores eccleſiaſticos appellatio, in hoc art. deciſum fuit, quod Regij Miniſtri nõ cognoſcãt de vllo grauamine, ad ipſos interpoſito, à iudicibus eccleſiaſticis, in caſibus in quibus ad eoſdẽ cognitio ſpectat, niſi propoſitũ, & allegatũ ſit, quod ſupplicatur à notoria oppreſsione, & violẽtia ſibi illata, vel ex denegatione iuris naturalis: quia his caſibus ad ipsũ (tanq; Regem) ſpectat ſubditorũ defẽſio vt ſup. dictũ eſt.

4 Hæc quæ diuerſis illis temporibus geruntur, apperte docet, noſtrã ordinationem non violentam habuiſſe initiũ; quæ quidẽ ſi nota eſſent his, qui eam accuſare non verentur, cogerentur fateri illum cum ſũmi Præſulis approbatione, incæpiſſe, & ſecũdum eã quæ in 2. artic. ex 40. Romæ oblatis continentur cõtinuato vſu proceſsiſſe, immò, & quod in d. art. exprimitur, iam antiquiori erat vſu receptũ, quod adhæc vſq; ſæcula perdurauit, quæ omnia, vt facilius perſuaderi poſsint, & vera eſſe, & amplectenda, operæ pretium duxi oſtendere, non ſolum dictis cõcordijs ſed & iure cõmuni fulciri, quod ex ſequẽtibus cõprobatur.

5 Si attendimus ad legis Regiæ diſpoſitionem, ipſius finalis ratio eſt, quod Reges ex antiquiſsima conſuetudine ſolent inter ſubditos tollere violentias, quibus niſi Principes manu Regia occurrerent, omnia comiſcerẽtur, & in interitũ ruerent, Regum igitur officium hæc eſt ſubditos cõtinere, & violẽtias inter eos cõponere, c. regum 23. q. 5. c. Principes c. adminiſtratores eod. cap. petimus 11. q. 1. cum alijs citatis à Nauarr. in cap. cum cõtingat de reſcrip. Remed. 1. §. 2. infertur Ceuallos 4. p. q. 897. n. 209. & ſeqq. quod etiã inter eccleſiaſticas perſonas ſeruari in Hiſpania dixit Aiules prætor. gloſ. 1. verbo mandamientos n. 11. Auenda. 1. p. c. 1. n. 13. de Regno Neapolita. Gregor. in l. 13. tit 13. p. 2. gl. ni fuerça, vbi dicit hanc conſue-

tudinem procedere ex præſumpta voluntate Pontificis, de Curia Burdegal. refert Boer. d. 69. nu. 3. de Neapol. iterum Aflict. d. 2. num. 4. de Senatu Pedamont. Meno. remed. 15. recup. numer. 210. in Aragonia Seſe de inhibitio cap 8. §.3.n.41.late Bobad. lib.2. c.18 nu.146.cuius rei ea eſt ratio, quia Regibus, quatenus tales cōpetūt illa duo iura vniuerſalia iuriſdictionis, & protectionis, qua ſuos ſubditos,& alienos iudicant, & protegunt, ſub ratione cuiuſdā tutellæ, quæ circa clericos verſatur, Ord. Regia lib.1.tit.9 §.12. & tit.12.§ 6. & comprobatur ex his quę Auiles præter cap 3.verbo iuriſdicion. num.3.& cap.20. verbo vſurpan.n.9.Auend. lib.2. cap. 6. n.12. Salzed.cap.102.& cap.54. n. 3. Guilel.verbo & vxorem 2. n.3. Valaſ. conſ. 93. Cabedo de iure patro. cap.36. & deciſ.76.num.2. idem Valaſ.conſ.100. & conducit Ordinatio Regia lib.2. tit.3. & 4. & lib.1.tit.58 §.18.& lib.5.tit. 69. §.1.& tit.107.

Quia tamen hæc defenſio quā Princeps ſubditis ſuis impartiuntur, vno ex tribus nititur fundamentis; conſuetudine ſcilicet, priuilegio, vel concordia, de quolibet ſeparatim nobis agendum eſt, vt melius his quæ contra Regiam iuriſdictionem objicit Soares aduerſus Angliæ errores lib. 4. cap. 34. per tot. ſatisfacere videamur.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo ſubueniendi oppreſsis rationabilis,& recepta eſt in toto orbe.*

Conſuetudo hæc eſt mixta clericorum, & laicorum S. Pontifici hæc conſuetudo cognoſcendi nota præſumitur. ibi.

Iuſtè faciens non dicitur grauare. ibi.

Hæc conſuetudo clericis, & laicis vtilis eſt. ibi.

Ponderantur cap. Regum cum alijs. ibi.

Ponderatur auth.vt clerici. ibi.

2 *Circa violentias tollendas nulla correctio iuris antiqui recepta fuit.*

Ponderatur cap. qualiter de Iudic. ibi.

Iudex ſæcularis non poteſt per viam iuriſdictionis has violentias tollere. ibi.

Interpretatur cap. decernimus

mus de Iudic. ibi.

Compromitti poterat in laicum in rebus ſpiritualibus quouſque prohibitum fuit. ibi.

Ponderatur verbum præſumant. ibi.

Conſuetudo immemorialis habet vim conſtituti. ibi.

3 *Conſuetudo interpretatur verba dubia iuris humani, & diuini.*

Interpretatio legum ſumitur à legibus regni vicini. ibi.

Nouæ prohibitiones non ligant Regum Conſuetudines. ibi.

4 *Interpretatum cap. clerici de Iudic.*

Etiam hodie ſtante regia capitis poterit immemorialis allegari in probationem tituli non in titulũ. ibi.

Titulus poteſt probari ex tempore ſicut ex quolibet alio inſtrumento. ibi.

Si Princeps ſæcularis allegauerit priuilegium vel contractum poterit illum Conſuetudine immemoriali probare non obſtante noua Cannonum prohibitione.

5 *Concordia Romæ habita bene poteſt longiſsimo vſu probari, & interpretari.*

Conſuetudines omnes huius regni comprobantur in vltimo articulo Romæ concordato cum Rege Dioniſio. ibi.

6 *Inuiolentia reparãda duo conſiderantur exercitium iuriſdictionis, & modus.*

Clericorum exemptio de iure diuino eſt. ibi.

Clerici repræſentant Deũ, excellentiori modo quam Reges, & ideo illis ſubeſſe non poſſunt. ibi.

De Conſuetudine.

CAP. II.

1 Conſuetudinem qua Princeps ſubditos á violētijs tuetur rationabilem eſſe generali approbatione totius orbis, receptum eſt, per quam pariter, & ſæcularibus, & clericis conſulitur, & inter eos fit mixta, & vtroſque ligat, ex Abb. in cap. cum cauſa de re Iudic.n.3.& facit text.in c.cū veniſſet de eo qui mittitur in poſſ. ibi. bonam terræ conſuetudinem, licet conſuetudinem mixtam laicorum, & clericorum dari non poſſe quæ eos liget neget Marta de Iuriſd. caſ. 16.nu.5. & caſu 63. n.14. & caſu 80.n.12. quod maximè procedit cōſiderato tempore immemoriali,cuius curſus per ſe ſufficit vt præſumamus S.Pontificem omnium habuiſſe notitiam, cum ad eum quotidie cauſæ deferantur, in quibus de his controuertitur,& illius tacitus conſenſus arguitur, reg. qui tacet, de reg. Iur. libr. 6. & cum conſuetudo robur accipiat, à tacito principis conſenſu; & approbatione, nihil obſtat, vt hæc valere poſsit, etiam ſi aliquo modo eſſet grauoſa perſonis Eccleſiaſticis, cum principaliter inducta ſit in fauorem publicum, iuſte enim faciens non dicitur grauare, c. paſtoralis in fine princ.d'appell.Tiraq.de retract.tit.1.§.30.gl.1.n.5. Molin. de prim.lib.1.c.18.n. 2. & ſine dubio ſupradicta procedūt quia hæc cōſuetudo Clericis, & Eccleſijs eſt maximè vtilis,& nō grauoſa,quādo vilipēſis,corū appellationibus ad Summum Pontificem, à ſuperioribus Prælatis inferiores opprimuntur, quibus caſibus ad Regē tanq;ad ſacram anchorā oppreſsi confugiunt,ſicut in alijs ſimilibus in quibus oppreſsio & iuris naturalis denegatio reperitur,obijci tamē ſolet quod iura illa decreti ſupra citata in c.regū, & ſimilibus non probant cōſuetudinem dari, vt Principes ſæculares cognoſcāt, & reponant violentias inter Eccleſiaſticos, ex vi propriæ iuriſdictionis, ſed potius quod ibi eorum brachium imploratur,vt plurimis conſilijs, & authoritatibus corroborat Soares d.c.34.nu.40. inſuper quod nec pariter hæc praxis poteſt ſuſtineri, ex diſpoſitione auth. vt clerici apud proprios Epiſcop. col. 6. & ex auth. de ſanctiſs. Epiſc. §. ſiquis autem, col. 9. & cap. ſi quis cum Clero 11. q. 1. quia huius modi iura ex defectu poteſtatis non ligant Eccleſiam, & propterea in cap. qualiter de Iuditijs abrrogata ſunt,

ſunt, & per Text. in auth. ſtatuimus C. de Epiſc. & cleri. reprobata gloſ. in cap. filijs 16. q. 7. & gratiani opinione in cap. ſicut §. ex his 11. q. 1. qui ex illa mouebatur ſecundum Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Panormi. in d. cap. qualiter Archidiacon. Domini & Præpoſ. in d. §. ex his. Quod efficit quod etiam ſi leges ſæculares factæ pro ponantur in fauorem Eccleſiæ, adhuc non valeat, niſi ſpecialiter approbatæ ſint, Gutertez pract. 4. p. c. 38. n. 27. ſequitur Soares d. c. 34. nu. 41. vbi tenet iura antiqua ſublata per d. c. qualiter c. decernimus c. clerici de Iudic. cum ſimilibus.

2 Et vltra reſponſionem Nauarri in d. c. cum contingat 1. remed. verſ. decimo facit vbi habet quod circa violentias tollendas, nulla correctio iuris antiqui recepta fuit, vt multis Ceuallos comprobat d. 4. p. in Epiſt. nu. 96 Bobadil libr. 2. cap. 16. num. 90. Seſe de inhibitio cap. 8. §. 4. nu. 3. Pondero quod d. cap. qualiter inepte adducitur contra Regum defenſionem qua ſubditos protegunt, quia in eo text. agitur de cognitione iuriſdictionali ob defectum iuſtitiæ Eccleſiaſticorum, & ſupponit Textus, quod eo caſu poterant partes ad iuditium ſæculare recurrere, pro iuſtitia conſequenda, vt ſæcularis Eccleſiaſtici diſsidiam ſuppleret, patet ibi ne pro defectu iuſtitiæ clerici trahantur á laicis ad iuditium ſæculare, quod omnino fieri prohibemus, quo quidem caſu iudices ſæculares per modum iuriſdictionis, & tanquam iudices ſubrrogati in locum Eccleſiaſtici, & in eius defectum vocabantur, non pugnat ergo illa Conſtitutio cum iuribus antiquis, circa defenſionem, quæ ex alio fonte prouenit, nec inſuper obſtat, cap. decernimus de Iudic. In illis verbis, vt laici Eccleſiaſtica negotia tractare non præſumát, quæ verba cauſæ diſcuſsionem ordinariam ſupponunt, vt deducitur, ex illo verbo tractare, quod refertur ad cauſæ diſcuſſionem, ſeu tractatum vbi iuriſdictio explicatur, & iure proprio laicus cognoſcit, colligitur ex titulo in quo collocatus eſt, vt per Decium in d. c. decernimus nu. 17. verſ. tertio Ripa num. 49. ſic alias in cauſis ſpiritualibus, in laicum compromitti poterat, attento iure, quia verè, & propriè iudices non erant licet Eccleſiaſtica negotia tractarent, quouſq; prohibitum fuit ſpecialiter, per text. in cap. contingit de arbitris, deducto ex Conſilio Lateran. vt conſtat ex 2. tom. conſilior. fo. 957. c. 40. verſ. ad hæc vbi noua prohibitio conſtituitur, vt colligitur ex verbo prohibemus, & ex ratione quam text redit, non enim dixit in laicos compromitti non poſſe ſimpliciter, ſed prohiberi á conſilio, propter indecentiam, quæ in eo maximè conſiſtit,

quia arbitri in multis ad inſtar iudicum cognoſcunt, & ordinem iudiciarium ſeruare tenentur, l. 1. ff. de arbitris, Meno. libr. 2. præſump. 76. & de arbitrar. lib. 1. q. 2. & q. 6. Couar. lib. 2. reſol. cap. 12. Cuia. lib. 2. in paratlita in ff. tit. 8. fo. 9. deducitur etiam ex verbo præſumant, quo vtitur d. cap. decernimus, quod in malam parté ſonat, & de illis ſentit qui præſumptuoſé, & ſine colore cognoſcunt, de clericorum cauſis, Ceuallos in Epiſtola 4. p. num. 92. & q. 897. n. 133. Non vero agit de Regibus, qui non præſumptuoſé in præiuditium iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſe ingerunt, in his cauſis ſed authoritate iuris, ciuilis, & Cannonici, & conſuetudinis, quæ pariter ius non ſcriptum conſtituit, §. & non eleganter inſtit de Iure naturali, Cicero lib. 2. de legibus ibi. ferendi etiam ſunt mores, nec ſcripto omnia ſunt ſanciendi, l. 1. C. ne fideiuſſ. dot dent. ibi. ex iure ſiue ex conſuetudine lex proficiſcitur, Ariſtotel. 1. rethor, & 3. ethicorum Cuiat. in l. ius ciuile ff. de iuſti. & iur. 2. tom. fo. 127. quod maximè procedit in conſuetudine, immemoriali, quæ vim habet conſtituti, & eſt quodammodo alterum ius naturæ vt dixit Bald. conſ. 439. num. 8. & eam eſſe potentiorem priuilegio ſenſit Molin. de Maiorat. lib. 2. cap. 2. n. 21. Bimius conſ. 33. nu. 20. libr. 1. iuriſdictionemque tribuere poteſt, l. 3. §. ductus aquæ ff. de aqua quotidian. & æſtiu. Ceuallos 4. p. in Epiſtola n. 96. Bobadilla lib. 2. cap. 16. á n. 90. & cap. 18. nu. 139. vbi explicat conſilium ceſſ. 25. cap. 3. idem Ceuall. d. 4. p. q. 897. nu. 360. & 377. quem oſtendimus poſtquã quatuor volumina ſcripſimus quorum hic eſt primus, ſuper Regiam iuriſdictionem in materijs Eccleſiaſticis, & eius ſcripta gratiſsime legimus magna nanque eruditione plena ſunt ex quibus noſtra hæc dictauimus.

3 Et in confirmationem conſuetudinis pondero, quod ſi ex iuribus antiquis non plene deducitur Regibus hanc defenſionem competere potuiſſe, & verba ad hoc obſcura ſunt, & ambigua, tunc interpretatio ſumenda eſt â Conſuetudine, quæ optimè interpretatur dubia iuris obſcuri, non ſolum in his quæ iuris humani ſunt, ſed & in his quæ diuini, Crauetta conſ. 258 n. 8. & á vicinis regnis debet ſummi indicatio, vt ex eorum moribus interpretanda ſit conſuetudo ex his quæ Boer. d. 263. nu. 9. Molin. de primogen. cap. 2. lib. 1. nu. 18. quia ex vicinitate loci contrahitur quędam legum communio Menoc. conſ. 312. n. 13. & conſ. 395. num. 9. Maſcar. concluſ. 1415. n. 12. Valaſc. conſ. 51. n. 48 & conſ. 70. num. 5. Gonzales gloſ. 43. nu. 46 & nulla maior cauſa interpretandi, quam eo caſu quo conſuetudo fouet, Reip. quietem, & tranquilitatem;

exor-

exornat ſeſe de inhibitio c. 8. §. 3. num. 163. ne ſentiamus regnorum antiquiſsimas cõſuetudines, ſublatas, per d. cap. qualiter, & eius generalem diſpoſitionem, quia verba generalia non ſunt apta comprælhendere ea quæ ſpecialem mentionem deſiderant, vt eleganter Nauarr. in cap. cum contingat d.1. remed.illat.10.verſ. 2. infertur, & in Regum conſuetudinibus non abrrogandis dixit Papa Martinus in breui relato á Guidon. deciſ. 1. vbi profitetur ſub nouis prohibitionibus Regũ antiquas conſuetudines non comprælhendi cuius breuis verba trãſtulit Ceuallos de las fuerças in proæmio cap.1.

Nec obſtabit ſi aliquis dicat, quod ſine fundamẽto videamur, hanc poteſtatem laicis cõcedere, prætextu antiquæ Cõſuetudinis, cum nulla ſufficiat ex regula cap. clerici de Iudic.etiam ſi ſit immemorialis Doctores ibi & in Auth. Caſſa C. de ſacros Eccleſ. & in cap. nouerit de ſent. excomuni. latiſsime Marta caſu 21.nu.24. & caſu 30.n 29. & caſu 101.n.9. & caſu 64.n. 6. & alibi, & diximus in vlt. Præludio. Duenas reg. 143. Gabriel tit. de præſcriptio cõcluſ. 1.num.17. Tiraq.de retract. gloſ. 7.tit.1.§.1. num.23. Couar.3. reſolut.cap.13.n.5. Azeued.ad l.3. tit. 1.lib.2.num.21.reprobata nanque conſuetudine tanque irrationabili, etiam cenſetur prohibita immemorialis, Couar.d.cap.13.n.5. Oiéda de incompatibilis.1.p.cap. 19.n.2.& 2.p.cap.11.n.6.

4 Satisfit nanque quod in proprijs terminis d.cap.clerici,poteſt hodie immemorialis vſus, & cõſuetudo allegari,vt ex illius curſu priuilegium allegatum probetur, contractus vel concordia, dum modo immemorialis vſus non afferatur in titulum, ſed in probationem ipſius, ſicut enim poteſt titulus allegatus, probari vel inſtrumentis authenticis,vel teſtibus, ſi deperditum ſit, Ord. lib. 3. tit.60 §. 6. Valaſ.q.7. â nu.38. Vaſ. aleg. 72.num.28.Gama d.252.nu. 2. Couarr. pract. cap. 21. Surdus Conſ. 144. ex n 5. Molin. de Iuſtitia diſ. 448. pariter poteſt probari ex tempore immemoriali quia tempus,inter ligitimos probandi modos, connumeratur, vt explicat Alex. conſ.74. num. 20. lib.4. Felin. in cap. cum ex officij num.13. & in cap.accedentes n.6. & in cap. cauſamquæ nu.3. & 7. de præſcrip. Rippa nu. 41. & 102. in l. quominus ff. de flumin. Auendan. de Exequend. lib. 1.c. 12.num.6. comprobat Conc. Tridentin.ceſſ. 25. de reformat. c.9. poſt princ. vbi admittit ad probationem iuris patronatus illam quæ ex tempore immemoriali elicitur, Maſcardus concluſ. 598. Rotta ad Seraphin. libr. 3. deciſ. 1027.

Cum igitur Summus Pontifex poſsit in caſibus particularibus clericorum, exéptionem re-

mittere; vt diximus in vlt prælu. & per Felin. in cap. ſiquis, de maiorit, & obedienti, ſpeculator in tit. de Compet. Iudic. addit. §. generaliter n. 16. Aufrer. in Clemét. 1. de officio ordin. n. 91. Couar. d. cap. 31. n. 4. Pas in practi. 2. tom. prælud. 2. nu. 4. Belluga rubri. 11. §. videndum n. 12. Tiber. 1. tom. criminal. lib. 4. cap. 9. nu. 66. inde prouenit quod ſi Princeps ſæcularis allegauerit priuilegium, vel contractum, poterit illum immemoriali tempore probare, etiam ſtante noua cannonum prohibitione, qui ſolum vetant ne hoc ius tempore acquiri valeat, ſed non prohibent, vt alegatus titulus habitus á ſuperiore ligitimo, illo modo pariter ligitimo probetur, atq; in hunc ſenſum ſunt accipienda verba legis Caſtellæ. 36. tit. 5. libr. 2. recop. ibi. *porque aſsi por derecho, como por coſtumbre immemorial nos pertenece alçar las fuerças*, Carolus de Graſſal. de regal. Franciæ lib. 2. Iur. 7. Oſaſcus deciſ. Pedamont. 30. alias 180. n. 13. Guterrez de Iuram. 1. p. cap. 2. n. 26. Lancelot de attentar. 2. p. cap. 4. declarat. 4. num. 36. Paris conſ. 172. lib. 4. Cenedo ad decretum cap. 5. & ad decretal. cap. 17. n. 2. Azeued. lib. 2. tit. 6. l. 1. nouæ recopil. & tom. 2. tit. 1. l. 15. nu. 12. Bobadill. lib. 2. c. 18. n. 139.

5 Quod quidem apud nos facilius procedit, ſuppoſita d. Concordia Romæ habita, quam ſic interpretandam inueteratus vſus ſuadet, eiuſque rationabilitatem comendat, & non ſolum huius conſuetudinis ſed reliquarum, quæ in regno obſeruantur, extat generalis Summi Pontificis approbatio, in c. vlt. ex 40. Romæ oblatis in hac verba.

Statuta, & conſuetudines in eodem regno contra libertatem cannonicam, & ſtatum prædicti regni, pacificum, introducta, non ſerues, nec permittas ab alijs obſeruari, ſed prædictas eccleſiaſticas perſonas in plena libertate conſerues. Reſponderunt procuratores Regij quod placet Regi quod malæ conſuetudines tollantur, & bonæ ſeruẽtur, & quod ita mandabit, & faciet obſeruari, & ſi aliquid fuit ordinatum de conſenſu Prælatorum, pro bono, & pacifico ſtatu regni, & conſuetudine roboratum dummodo ſit Cannonicum, & rationabile nec cõtra Eccleſiaſticam libertatem conſentiunt Prælati, quod ſeruetur, de his concordatarum articulis meminit Ordinat. Regia lib. 1. tit. 12. §. 5. & lib. 2. tit. 1. in princ. in fin. & alibi.

Pondero illa verba, & bonæ ſeruentur, vt colligam, quod inter bonas

bonas conſuetudines, nulla iuſtior, & bono communi acomodatior excogitari poteſt, quam ea quæ ferè toto orbe recepta eſt, quia iuri naturali conſona, quod non patitur alicui violentiam inferri poſſe quam ita practicari apud fere omnes orbis partes teſtantur doctores quos citauimus ſuPra, & vltra eos alij quos citat Ceuallos de las fuerças in prologo n.186.& ſequentibus.

6 Et quia in hac violentia reparanda, duo conſiderari poſſunt exercitium ſcilicet iuriſdictionis, in Eccleſiaſticos, cuius regulariter in capaces ſunt laici, & prohibiti. Secundo modus, quem iudices Regij ſeruant, in quo aliquãdo poteſt conſiderari abuſus, & exceſſus, de vtroque paulisper agam.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an exempti de iure diuino.*

2 *Clericorum exẽtio in bonis de iure humano eſt ſecundum meliorem opinionem.*

Huius opinionis efficacia fundamenta. ibi.

3 *Clerici in bonis temporalibus non ſunt exempti alio iure quam humano.*

Cũ iuris humani ſit exẽptio clericorum in bonis bene poteſt S. Pontifex illam in aliquibus caſibus reſtringere. ibi.

Pariter idem poterit immemorialis vſus, ibi.

4 *Ponderatur cap. clerici de Iudic quod procedit in cauſa criminali.*

Circa cauſas ciuiles non eſt ſublata conſuetudo. ibi.

5 *Princeps dum cognoſcit de violentijs per viam iuriſdictionis intra annum, non offendit iura cannonica in hoc regno vbi adeſt Concordia idem quando per viam protectionis. ibi.*

De

De Iuriſdictionis exercitio.

C A P. I I I.

1 Circa primum, non ſine lite eſt quo iure Iudex Regius de his cauſis cognoſcit, inter clericos, vel contra ipſos cum eorum exemptio á iuditio ſæculari de Iure diuino ſit, etiam in ciuilibus, ex gloſ. verbo diſcuti in cap. ſi Imperator 96. d. gloſ. in cap. quanquam de Cenſibus verbo diuino in 6. ex Pſalmo 104. ibi nolite tangere Chriſtos meos, & Geneſeos cap. 47. & Math. 17. ibi filij ergo liberi ſunt, adiuuat ratio quam redit Nauarr. in cap. nouit de Iudic. n. 6. quod clerici virtute clericalis characteris quia clericatus res diuina eſt, Deum ipſum repræſentant, excellentiori modo quam Reges, & ideo illis nullo modo poſſunt eſſe ſubiecti, vt plures dixere quos citat Couar. practicar. cap. 31. à princ. Cened. Collect. 57. ad decretum Caſtillo in ſua pollitica lib. 2. c. 18. num. 17. faciunt quæ Ambroſ. de dignitate ſacerdot. ibi. nihil eſt in hoc ſeculo excellentius ſacerdotibus, illi enim eodem quo Chriſtus Dominus nomine nuncupatur Chriſtus enim dicitur Saluator vt eum vocat Matheus c. 21. Abdias etiá clericos vocat Saluatores, cap. 21. ibi. aſcendant Saluatores in mōtem Sion. Chriſtus dicitur ſanctus, prout eum vocat Cherubin Iſa. 6. illi pariter ſancti dicuntur Liuit. 11. c. 44. ibi. ſancti eſtis quia ſanctus ſum. Ille mons vt dixit Iſaias 25. c. 7. ibi. præcipitabit in monte iſto illi montes eodem Iaſay. 2. c. 2. ibi. præparatus mons domus Domini in vertice montium ille murus Iaſay. 26. cap. 1. ibi. Saluator ponetur in ea murus illi dicuntur muri Iſay. 49. c. 6. ibi. muri tui coram oculis meis ille miſſus Lucæ 4. c. 43. ibi. ideo miſſus ſum, illi autem dicuntur Apoſtoli quod idem ſignificat quod miſsi, ille lux ego ſum lux illi luces vos eſtis lux mundi Mat. 5. ille Chriſtus illi Chriſti nolite tangere Chriſtos meos, d. Pſalmo 104. ille Deus illi Dij ibi. vos eſtis Dij Pſalmo 41. & tandem ſacerdotes idem cum Deo fiunt quando ad ſacroſanctæ Eucharistiæ ſacramētum accedunt, per illa verba hoc eſt corpus meum quibus ſacerdos ex diuina inſtitutione Chriſti nomine verba præferens ſuum Dei corpus nuncupat cuius conditionem merito ſequi debet cum, & eius repræſentet perſonam, atque ex his citra omne dubium videtur quod ad imaginem Chriſti

Domini

Dōmini nullæ humanæ legi aut poteſtati temporali ſubiaceant.

2 Verum his non obſtantibus quæ eorum excellentiam comendant, receptiſsimum eſt clericorum exemptionem eſſe de iure humano, cuius rei efficax eſt argumentum; quod talis exemptio de iure diuino non reperitur, nec de iure naturali non enim eſt de primis principijs, quæ vocantur communes concluſiones vt per Thom. 1. 2. q. 94. artic. 4. & 5. quæ hominum mentibus ſcriptæ ſunt, nec ab iiſdem principijs immediaté colliguntur, quia in lege naturæ nemo exemptionem ſacerdotibus concederet, niſi lex ipſa humana, nec inſuper hæc exemptio reperitur conceſſa lege euangelica: quia (vt ait Thom. 1. 2. q. 108. art. 2.) in illa nō alia præcepta continentur quam naturalia, aut moralia, & ſupernaturalia, quæ pertinent ad articulos fidei, & ſacramenta, in quibus talis exemptio non reperitur conceſſa, ſequitur ergo quod non eſt locus ex quo efficaciter hæc exēptio colligi poſsit quod de iure diuino ſit.

3 Qua de cauſa eſt grauiſsimorum doctorum ſententia, talem exemptionem á iure humano dimanaſſe, vt colligitur ex cap. cōtinua 11. q. 1. cap. atſi clerici cap. qualiter de Iudic. cap. 2. de foro cōp. c. ſi iudex de ſent. excomun. lib. 6. auth. vt clerici apud proprios Epiſcop. § 1. & in auth. ſtatuimus C. de Epiſ. & cleri. Aufre. in repetit. Clem. 1. de officio ordin. Boer. d. 59. Guilelmus in cap. Rainu. verbo vxorem 2. n. 322. & 410. Laurentius in tract. in quibus iudex ſæcul. cognoſ. de perſonis, & rebus cleri nu. 103. vol. 9. tract. Caſſan. in Conſtit. Burgund. reg. 1. §. 5. verſ. S'il negrace Couar. practicar. cap. 31. n. 3. Clarus in practi. §. fin. q. 36. n. 1. Menchaca de ſucceſsio. creation. lib. 3. §. 22. limit. 17. nu. 58. Decianus tom. 1. libr. 4. cap. 9. Gregor. in ſintag. iur. 2. p. lib. 16. cap. 1. n. 34. & 3. p. lib. 30. cap. 11. n. 18. Fari. de inquiſ. q. 8. n. 1.

Vnde in bonis temporalibus non ſunt clerici exempti alio iure quam humano, licet aliter ſentiat Soares aduerſus Angliæ errores lib. 4. cap. 8. nu. 9. quia eius opinio aduerſatur receptiori opinioni etiam Theologorū. in quibus ſunt D. Thomas ad Romanos 13. lect. 1. Henricus collibet 9. q. 31. Almain in 4. diſtinct. 25. q. 1. vbi dicit eſſe comunem Pariſienſium, omnis que theologorū ſchola illud idem amplectitur, vt colligitur ex Medina de reſtitutione q. 15. Victoria relection. 1. de poteſtate Eccleſ. q. 6. concluſ. 2. Sotto in 4 d. 25. q. 2. art. 2. Ledeſ. 2 quart. q. 20. art. 4. concluſ. 2, & 3. Salon. 22. q. 67. art. 1. controuer. 1. art. 4. Banhes ibidem dubio 2. Albertus Pigius lib. 5. Eccleſiaſti. Hyerarch. c. 7. Palat. in 4. d. 25. diſput. 3. ad finem Molin.

tom

tom. 1. de iuſtitia diſp. 31. Henriques libr. 7. de indulgent. c. 24. Salmeron, Maldonatus, & Ianſenius, quos ſequutus fuit Papa Innocentius in cap. 2. de maiori. & obedient. & Epiſcopus Couar. d. cap. 31. n. 3. Vnde prouenit quod cum hæc exemptio, non ſit de iure diuino, poteſt Summus Pontifex in aliquibus caſibus ea, quæ iuris humani ſunt, immutare, quãdo ita viderit expedire, quod quidem, & conſuetudini immemoriali tribuere inciuile non eſt, quæ ex permiſsione eiuſdem Sũmi Pontificis introducitur, nec aliud euincunt prohibitiones expreſſæ, in d. c. qualiter, & cap. clerici de Iudic. vbi agitur de ſpeciali regni conſuetudine, qua clerici in ſæculari iudicio conueniuntur, quia adhuc ſecundum veram iurisprudentiam, ſub illis prohibitionibus, non comprehenditur conſuetudo, quæ vel de nouo ex iuſta cauſa incipiat, vel ex antiqua cauſa procedat á legiſlatore tamen ignorata, tempore legis conditæ, ex doctrina Abbatis, & Decij in cap. 2. de probat. n. 11. communis ex Couar. variar. c. 13. n. 4. verſ. 3. Duenas reg. 144. limit. 1. Hoieda de incompatib. 1. p. c. 17. num. 10. nam vbi primum cauſa ignorata á legiſlatore talis eſt, quæ ipſam iuſtificat conſuetudinem, contra legis prohibitionem inductam ipſa legem tollit, & vincit, argum. l. ſi hominem ff. mandati, de cuius intellectu multa Iaſ. in repetit. l. omnes populi num. 11. ff. de iuſt. & iur. Tiraq. de pœnis in præfation. á nu. 25. Menchaca. ſucceſsio. creat. §. 2. num. 13. Connanus lib. 7. cap. 14. num. 12.

4 Quæ communis ſententia in noſtro caſu ſine dubio procedit, eo maximè quia vltra ſup. dicta in 3. Præludio ſi recte attendatur ad prohibitionem dictorum iurium, ibi agitur de iudicibus ordinariè cognoſcentibus quod in noſtro caſu non datur, vt inf. oſtẽdam deinde cap. clerici dum ſpecialem regni conſuetudinem reprobat non agit de modo extraordinario cognoſcẽdi, ſed de cauſa criminali ſuper qua in ſæculari iudicio clericus pulſabatur, in qua non eſt dubium, clericum fori priuilegio gaudere, ex d. auth. ſtatuimus; nos vero agimus de clericis, qui in ciuilibus cauſis (nõ abſolute) ſed in aliquibus in ſæculari conueniuntur, cum ergo circa hoc vltimum nulla reperiatur prohibitio iuris non eſt cur fateamur noſtram cõſuetudinem reperiri ſublatam.

5 Stat ergo in concuſſa veritas quod in violentijs reparandis non offenduntur iuris præcepta, vel Princeps noſter cognoſcat per viã iuriſdictionis ex concordia conceſſæ intra annum, de quo agit Ord. lib. 2. tit. 1. §. 2. &, Deo dante ibi dicemus, vel interpoſita manu Regia, non per viam iuriſdictionis, ſed protectionis, & ſubſidij,

dij, electo ad id Iudice Regio qui Principis vices ſuſtineat, & partium conquærentium ſupplicationes expediat, prout in noſtra Ordinat. ſancitum eſt, quod extra omnem dubitationis aleam eſt, ſuppoſita d. antiqua concordia, quæ hanc interpretationem ab immemoriali tempore paſſa eſt, repetito ſæpius Prælatorum conſenſit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Regius in violentijs reparandis non iuriſdictionaliter cognoſcit.*

Princeps in violentijs reparandis admittitur tanquam vir bonus. ibi.

Violentiæ occurre poteſt Princeps, vel dum eſt in fieri, vel dum eſt in facto eſſe. ibi.

2 *Cognitio Principis his caſibus qualis ſit extraiudicialiter.*

3 *Chartæ ſeu litteræ rogatoriæ nō præceptū cōtinent.*

Epiſcopus vocatus à Principe tenetur comparere. ibi.

4 *Quilibet magiſtratus habet iuriſdictionem ad reponendam violentiam.*

Etiam parte non citata fit informatio, quia iudicium eſt ſumariſſimum.

5 *Cum maximo fauore Eccleſiaſticorum iudicum cognoſcit iudex Regius.*

Vna ſententia pro Eccleſiaſtico ſufficit, pro laico oppreſſo prima, & ſecunda charta neceſſaria eſt, & tandem cauſa in ſacro palatio de nouo deciditur. ibi.

6 *Reges in cauſis violentiæ non iudicialiter procedūt.*

Cognitio facti ſpiritualis ſpectat ad iudicem ſæcularem. ibi.

7 *Violentia ſicut à parte fieri poteſt armis, ſic à iudice calamo inferri poteſt, vel iuſſu.*

Iudex iudicando tribus modis infert violentiam. ibi.

Interpretatum c. ad petitionem de accuſatio. ibi.

8 *Articulus violentiæ licet inuoluat cognitionem aliquam iuris, totum illud reputatur factum.*
ſic in vſura, & periurio, & ſimilibus. ibi.
Cognitio iuris his caſibus fit per modum cauſæ. ibi.

9 *Confutatur opinio Azorij quod vera datur cognitio iudicialis.*

10 *Bulla Cœnæ Domini Principi cognoſcenti non obſtat.*

11 *Oppreſſio debet eſſe notoria, & non dubia.*

De modo incognoſcendi.

CAP. IIII.

ACcedamus ad ſecundam partem circa modum à Iudice Regio obſeruandum ne detur exceſſus, & iuriſdictionis abuſus.

1 Non hoc loco licebit omnia perſtringere quæ ad iuriſdictionis abuſum ſpectant, quia hæc ex varijs locis huius tractatus colligi poterunt, modo ſolum huius inſpectionis eſt videre, an Regius Iudex ordinariè, & iuriſdictionaliter cognoſcat de his violentijs, à Prælatis maioribus illatis, Vt autem iuriſdictionem propriam in his cauſis ſibi arroget, multa obſtare videntur, Iudicantis incapacitas, clericorum conditio, & cauſæ, maximê quia Princeps in his violentijs ex permiſsione iuris cannonici non admittitur, niſi tanquam vir bonus, violentias prohibeat, ne comittantur, non autem, vt cognoſcat, & iudicet cum partes quæ conquæruntur maiores Prȩlatos addire poſsint, pro iuſtitia conſequenda dixit Sairo in ſuo Theſauro libr. 3. cap. 18. numer. 6. hoc caſu ceſſare auxilium Regiæ manus, cum ordinarium remedium detur, aliud enim eſt prohibere, quando violentia eſt in fieri, vetando, inhibendo, reſiſtendo, vim inferenti, in quo verſatur actualis defenſio l. vt vim ff. de iuſtit. & iur. & aliud quando actus eſt perfectus quod Principis ſæcularis iuſſu Prælatus poſſeſsionem dimittat cui, falſo putat ſe iuſtè incumbere. Satisfit enim quod Princeps dum violentijs Eccleſiaſticorum

corum occurrit, nihil iuriſdictionaliter, & tanquã iudex decernit, ſed tanquã Rex extra ordinem cognoſcit, patet ex illis verbis Ord.d.libr.1. tit.9.§.12. ibi: *nos como Rey, & ſenhor*. & lib.2.titul.3.ibi: *iſto não por via de iuriſdição, nem de Iuizo &c.* & tit.4. ibi. *nos não como Iuiz, mas como Rey, & ſenhor*, ideſt, nos non tanquã iudex, ſed ſicut Dominus, & Rex: eſt enim hic cognoſcendi modus dependens ab illo iure vniuerſali, quo ſũmi Principes ſubditos tuentur, & ſuã ordinaria vtuntur protectione, vt eos defendant, quæ protectio non minus verſatur in violentijs, committendis, dum res eſt in fieri, quã in iam commiſsis, quando res deducta eſt ad factum, quod retractari opportet, durat enim illud continens, in quo partes propria authoritate poſſunt ſuam recuperare poſſeſsionem Ord. lib.4. tit. 58. §.2. Cabed. d. 172. num.5. Valaſ. de parti. cap.3. num.11. Meno. de recup. remed. 1. nu. 384. & remed. 9. nu. 170. cap. cum olim. de reſt. ſpol. l. eum qui, l. qui poſſeſsionem. ff. de vi, & vi arm. idem Valaſ. conſ. 88. num.5. & violentia dum protrahitur in quolibet momento, dicitur de nouo committi, cui ſicut ipſa pars occurrere poteſt, ſic & Princeps, ne ad arma conuolent. arg. l. æquiſsimum. ff. de vſufructu, & publica pax deformetur, dumq; proceſsũ inſtruit, non iuriſdictionem ſibi arrogat, ſed nudum factum aſſumit decidendum, cognito prius an vere violentia detur, quæ mederi debeat. Late Azeued. libr. 1. titul. 6. l. 2. per tot. latiſsimẽ Veſembecius in l. 1. & 2. C. quando liceat vniquique ſine iudice ſe vind. & triti iuris eſt cognitionem facti etiam in cauſis Eccleſiaſticis ſæculari competere poſſe, vt per doctores in cap. Inquiſitionis §. prohibemus de hæret. lib.6. ab ſpeciali in eo text. vbi etiam cognitio facti prohibita eſt ibi. quo quomodo, vt explicat Alex. in l. titia nu. 12. ff. ſol. matri vbi Vincentius 16. Felin. in c. cum ſit. n. 1. de foro. cõp. Simanchas de cathol. c.36. in princ. Deci. in c. 2. num.24. in fine de Iudic. licet aliqui teneant etiam in facto huius criminis laicum cognoſcere poſſe ſicut cognoſcit de facto matrimonij, vel ſimili. c. tuã de Ord. cogn. pro quo eſt Ord. lib.5. tit.1. in fine agens de cognitione apoſtaſiæ.

2 Nec obſtat quod obijcit Soares vbi ſup. n.34. dum ait, quod eſt verbis illudere dicere, quod his caſibus Iudex Regius extraiudicialiter cognoſcat, cum cognoſcere iudicialiter ſit cauſam ad ſe aduocare, illam examinare, & tandem ſententiam proferre, ſed ſalua pace tanti viri non videtur attendiſſe ad ſenſum legis Regiæ, ex qua conſtat, Iudicem Regium addiri per viã quærellæ, & ſubſidij, patet ex d. §.12. ibi. os Iuizes de noſſos feitos darão cartas áquelles, cõtra quẽ os ditos Iuizes eccle

ſiaſticos procederem, nas quaes lhe encomendaraõ naõ procedaõ contra elles, ideſt Iudex Regius chartas expediet, in fauorem eorum contra quos iudices Eccleſiaſtici procedunt, in quibus deprecabuntur ne contra illos procedant, & in §. 5. ſimilia verba referuntur.

Ex quibus manifeſte apparet quod Iudex Regius quando ad illum ſupplicatur, cognoſcit extra iudicialiter nec aliquam profert ſententiam, ſed ſolum cum ſibi conſtat de violentia, chartam rogatoriam ad iudicem Eccleſiaſticum mittit vt á tali moleſtia deſiſtat Ord. lib. 1. tit. 12. §. 5. & 6. & tit. 40. §. 1. & d. §. 12. ibi *porque o ditto ſenhor lhe roga, & encomenda*, ideſt, per quam dictus D. Rex petit, & deprecatur, quarum litterarum forma iuri conformis eſt poteſt enim Princeps per ſuas litteras rogare Epiſcopum, pro iuſtitia facienda, c. placuit cum gloſ. pen. 11. q. 1. & cum ſuam tueatur iuriſdictionem poteſt remouere impedimenta, ex Bart. in l. vnica in princ. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. l. ſed & ſi §. prætorem verſ. ſed ſi ff. ex quibus cauſ. maior. Olibanus de iure fiſci cap. 12. num. 2. & cap. 10. Auendan. de exequend. cap. 6. n. 12. Paulus in l. quicunque (de Epiſcop. & clericis. Bernar. Dias in praxi c. 102. vbi Salzed. Rodrigues de annuis reditibus c. 17. n. 67 Seſe de inhibitio. cap. 8. §. 3. num. 98. Bobadi. lib. 2. cap. 18 num. 62. probat. l. 18. tit. 9. part. 1. Ceuallos quæſt. 899. n. 173.

Ex quibus apparet non iudicialiter cognoſci in Regio tribunali, de his caſibus, ſed extra ordinem, tunc enim dicitur procedi iudicialiter quando adſunt partes, & per tellam iudiciariam contradictoriè formatur proceſſus, vtique talis proceſſus eſt iudicialis, cum nihil deficiat adhoc vt ſit lis introducta, cum adſit Actor. reus, & iudex. cap. forus §. in omni de verborum ſignific. poſt alios Lambertin. de iur. patrona. lib. 2. p. 3. quæſt. 11. princ. art. 4. num. 1. Rotta deciſ. 266. lib. 3. num. 2. & 3. diuerſorum Lancelot. de attentat. cap. 12. limit. 3. num. fin. & limit. 5. num. 4. ſic patet quod plures actus fiunt á iudice competenti qui tamen, & ſi partibus præiudicent, fiunt extraiudicialiter, prout ſunt omnes collationes beneficiorum, in quibus ſunt varij oppoſitores de quorum habilitate præceſſerunt, & informationes, & examina, & tandem Eccleſia vni confertur, & horum nihil fit iudicialiter late Gonzales de nullitat. attentat. n. 17. & ſeqq.

3 Chartæ autem ſeu litteræ rogatoriæ quas Iudex Regius mittit ad iudices Eccleſiaſticos, non præceptum, nec ſententiam continent, ſed ſimplicem requiſitioné cui ipſi ex vrbanitate acquieſcere, vel deferre debent, quod ſi non acquieſ-

acquieſcant; primis, & ſecundis litteris, denunciatur Regi, qui talem iudicem ad ſe vocat, vt illum audiat Ord. lib. 1. tit. 12. §. 6. tenetur que iudex Eccleſiaſticus comparere, ex honore Regi debito, ex doctrina Innocentij in cap. cum parati de appel. & eſt text. in cap. ſi Epiſcopus 18. d. Guilelm. in cap. Raynutius verbo ſi abſque 2. num. 49. fo. 339. perturbat enim clericus eo caſu iuriſdictionem Regiam, & iuſtè vocari poteſt, vt rationem reddat ex Belarmino contra Braclaytum cap. 35. vbi refert, Carolum Imperatorem coram ſe vocaſſe Cardinalem fatetur Soares d. cap. 34. num. 26. tuncque cauſa plenius diſcuſſa, & audito vtroque iudice, tam Regio quã Eccleſiaſtico, pro ſua iuriſdictione pugnante, arg. c. ſi Iudex de ſententia excõmuni. lib. 6. cæleſti veluti oraculo vt ait lex in criminali C. de iuriſd. omni Iudic. chartæ rogatoriæ, vel approbantur, vel reprobantur, & ſilentium in cauſa illa via extraordinaria imponitur.

4 Vnde his caſibus Reges non tanquam iudices cognoſcunt, ſed ex Regis officio pro reparandis violentijs miſerabiliũ ſubditorũ qui eſt caſus in quo attento iure communi quilibet magiſtratus poteſt ex officio procedere, extra iudicialiter, & violentiã reponere, etiam omiſſa partiũ citatione; & informationes capere, & ſpoliatum reſtituere; repellendo inuaſorem, ſeu turbatorem latè examinat, Menoc. de retinend. poſſeſſ. remed. vlt. Rebuf. in Concordat. de nomi. facien. §. 1. verſ. 4. conſeruat in fine idem Meno. in prælud, recuperan. à n. 24. vbi latè; & quod his caſibus teſtes faciant fidem interrogati partibus non citatis Alex. conſ. 147. vol. 6. Decius conſ. 559. num. 8. Neuiſan. conſ. 86. numer. 7. Cephalus conſ. 19. in fin. libr. 1. Roland. conſ. 8. num. 30. vol. 4. Maſcard. concluſ. 1367. num. 9. in his enim iudicijs ſũmariſsimis ſpreta omni iuris ſolemnitate, reſtituitur, poſſeſſor antiquo, expulſo ſpoliatore, & vim inferente, Meneſ. in rub. de tranſactio num. 5. Gomez l. 45. Tauti numer. 125. Roland. lib. 4. conſ. 58. n. 16. Cagnol. in l. in pari. ff. de regul. iur. Gail. libr. 1. obſerua. 4. ſicut alias vbi res non patitur moram, omitti ſolemnitates videmus in Ordin. lib. 3. tit. 55. §. 9. & libr. 1. tit. 65. §. 37. & lib. 3. titul. 78. §. 5. & lib. 5. titul. 129. §. 5. quod quidem admittendum ſine dubio eſt, in hoc caſu, in quo Rex, non vt Iudex, ſed vt Rex intercedit, & ſuccedunt quæ Ceuallos 4. p. quæſt. 897. num. 120. Aufrer. de poteſtat. ſæcul. in Cleri. reg. 2. Carolus de Graſſal. lib. 2. cap. 16. Olibanus de Iur. fiſci. cap. 30. nu. 30. & c. 8. n. 30. quia ſubditorum eſt Conſeruator, idem Ceuallos 4. p. in Epiſtola n. 33. & lib. de las fuerças in prologo. n. 72.

5 Ex quibus apparet quàm piè Reges noſtri ſe gerant cum perſonis Eccleſiaſticis, dũ in cauſis vſurpatæ iuriſdictionis in qua habent ſuam intentionem fundatam vt cauetur Ord. d. tit. 12. §. 5. ibi. *porque em taes caſos temos a noſſa juriſdiçaõ fundada em direito*, ideſt, quia his caſibus Regia iuriſdictio eſt fundata de iure communi, & in cauſis, in quibus Eccleſiaſtici Prælati vaſſalos Regis opprimũt, ipſi rogatorias ſemel atque iterũ litteras emittunt, & tandem vt ipſis deferant, in ſuo conſpectu iubent vt per modum reuiſionis chartæ examinentur, ſine aliqua clericalis ordinis aut iuriſdictionis Eccleſiaſticæ iniuria, immo cum ampliſsimo fauore, de quo conſtat: quia ſi pro iudice Eccleſiaſtico ſententia vna ſola profertur, qua approbetur eius pronũtiatum, ſtatim cauſa ſilet, & in ea vlterius non proceditur, quando vero in fauorem Regiæ iuriſdictionis contra Eccleſiaſticam ſententia ferri cõtingit, poſt primam ſentẽtiam prima & ſecunda charta rogatoria expeditur, in quibus de nouo cauſa examinatur, & vltimo cauſa defertur ad ipſũ Principem, & conſiliarios Palatij, qui ipſius lateri aſsiſtunt, & vltima ſententia profertur: ſatius enim judicant laxare habenas rigori, & ſoli defenſioni conſulere, Eccleſiaſticamq; iuriſdictionem in omnibus ſæculari, & Regiæ præponere, & maioribus prærogatiuis augere, ita vt quando contra ipſam iudicatur, Rex non iubeat, ſed deprecetur, cum longe aliter apud Hiſpanos negotium procedat: nam alijs verbis concipitur ſentẽtia, quæ non ſonat in preces, ſed denotat imperantis ſuperioritatem quæ ſic habet.

Viſto el proceſſo dixeron que mandauan, y mandaron dar prouiſion Real para que el dicho F. ſin prejuyzio de ſu derecho anſi en poſſeſsion, como en propriedad conſienta de no perturbar al dicho N. en la poſſeſsion en que eſtâ de lleuar los frutos de tal beneficio, y buelua los quẽ ha lleuado por eſta cauſa, o dentro de ſeis dias pareſca, en eſta Real audiencia, o ſu procurador, con poder baſtante para conſentir eſte auto, con apercebimiento que deſta Real audiẽcia, paſſado el dicho termino ſe embiarâ perſona que ſe lô haga cumplir, plures formulas refert Ceballos de las violencias gloſ. 18. in fine.

6 Vnde licet Reges non poſsint iudicialiter cognoſcere, & hoc fateamur verum eſſe, adhuc tamen non bene ſequitur quod in cauſis violentiæ iudicialiter proceditur, ex eo quod formatur proceſſus, & vltima datur pronunciatio: quia hæc

hæc omnia defenſionis,& ſubſidij propria ſunt, cuius rei eſt ratio, quia quando in Regio tribunali examinantur acta, & proceſſus, non quidem illud fit, vt de meritis cauſæ cognoſcatur, ſed ſolum vt ex illis actis, & ordine proceſſus violentia notoria appareat, quod quidem importat nudam facti quæſtionem,cuius cognitionis facti etiam rei ſpiritualis iudex laicus attento iure competens eſt, ex recepta ſententia ex Bart. recepto in l. titia ff. de ſol matrimo. & in l.omni nouatione C. de ſacros Eccleſ.dicit comunẽ Ripa in rub.de Iudic. n. 90. Maranta de ordine Iudic.4.p. deciſ. 13.n.5. Aflict. d. 24. cum enim illa violentia á Prælatis Eccleſiaſticis in forma iuris illata ſit,ab ipſo iudice pronunciando,defacto, & nulliter, ſic acta, & proceſſus in cognitionem facti inſpiciuntur, ſicut aliàs,de qualibet deiectione violenta ſumitur informatio, & teſtes vt de ea conſtet: quia quæ facti ſunt debent apperte probari cum non præſumantur, l. quingenta ff. de probatio. Maſcard. concluſ.1319.n.1.

7 Eſt enim notiſsimum quod ſicut hæc violentia á parte armis, ſic à iudice calamo fieri poteſt, de quo eſt text. in cap. conquerente de reſtit.ſpol,ibi.ſine iudicio ſpoliaſti, Anton. Abb. & omnes ibi adeo vt contra iudicem competat interdictum vnde vi,Meno.8. remed. recuper. n.8. Magiſtratus enim tribus modis violentiam infert; primo ſi extraiudicialiter procedit,in his quæ ordinaria cauſæ diſcuſsione indigent; ſecundo dum iudicialiter procedit, nulliter tamen, vel ex defectu iuriſdictionis vel ſimili, tertio iudicialiter, & ſeruato iuris ordine, iniuſte tamen, & contra ius litigatoris. Primo & ſecundo caſu citra dubium eſt violentiam committere, ac ſi priuatus extitiſſet. arg. l. Magiſtratus 32. ibi. quaſi priuatus ff. de iniur. reſoluunt relati à Menoch. vbi ſup. numer. 23. Boer.deciſ.238. n. 1. Marta caſu 190. num. 27. citata gl. in cap. in ſumma 3. q 9. Roland. conſ.6. num. 34. lib.2. & conſ.32.num.13. lib. 4. Oldra conſ. 227. Decian. reſp.23. n.9. & probat text.in cap. referente, & in cap.licet Epiſcopus de præbend. libr. 6. facit l. 3. §. 1. ff. quod metus cauſ. l.neque magiſtratibus 32. ff. de iniur. l.3. §. ſed vim ff. quod metus cauſ. facit l. 11. tit. 1. part. 7. & ſi damnum iniuria inferat, detur actio legis Aquiliæ, l. quemadmodum ff. ad leg. Aquil. §. pen.& illi poteſt impune reſiſti,ſi de facto procedat l. prohibitũ C. de Iur fiſci lib.10. Meno. vbi ſup. nu.9. Couar. 1. reſol.cap.2.num.12.Ordin. lib. 5. tit. 36. in princ. Franciſcus Marcus deciſ. 748.n.1.p 1. Auiles prætor. cap.34.verbo mandando n.7. Burſatus conſ.77.nu.27.lib. 1. Nec obſtat cap. ad petitionem 22.verſ.ipſum tamẽ de accuſatio.

vbi ſpoliatus per ſententiam ipſo iure nullam non reſtituitur procedit enim ille text. contra iuris regulas ex plenitudine poteſtatis Pontificis, qui ſpreto iuris rigore, inſpecta veritate, reſtitutionem denegauit, prout declarat gloſ. verbo reſtituendus, quam probãt Innocentius Hoſtienſ. & antiqui. In tertio autem caſu non competit remedium reſtitutorium, quia cum Iudex ſeruato iuris ordine procedit, ſolum reſultat iniuſtitia, quæ validitatem actus ſupponit; immo pro iudice eſt præſumptio, cap. in præſentia de renunciatio. ſicut alias non datur contra eum actio quod metus cauſa, ſi aliquem compellit dare, vel facere, quando rite, & iudicialiter procedit, l. 3. §. 1. ff. quod metus cauſ. idemque recipiendum eſt, in vi expulſiua, quia talis ſententia tanquã mero iure valida, in rem iudicatam tranſit, l. re iudicata ff. de regul. iur. cap. cum inter. de re iudic. Ord. lib. 3. tit. 75. §. 2. niſi alias notoriam inuoluat nullitatem, cum errore iuris expreſsi, c. inter cæteras de re iudic. Gabriel ſub tit. de reſt ſpol. n. 112.

8 Quare cum Iudex, etiam ſi ſeruet iuris ordinem, poteſt cum manifeſto errore, vel iniquitate procedere, vel cum iuriſdictionis patenti defectu, eius exceſſus nõ aliter cerni poteſt, quã ipſis actis inſpectis ab eo, qui illius exceſsũ corrigere poteſt; in qua cognitione licet aliquod ius inuoluatur quia articulus violentiæ ſine iuris diſcuſsione intelligi nequit, adhuc illa cognitio dicitur facti, licet admixtum habeat ius, quia eo caſu iuris diſcuſsio non principaliter interuenit, ſed ſecundario, quia quamuis apud doctos illa quæſtio dubio careat, tamen apud nimis doctos oportet, vt inſpecto iure decidatur, librique, & doctores conſulantur, arg. l. ornamentorum vbi Bart. ff. de auro, & arg. legat, adeò vt eo caſu Iudex qui cognoſcit, magis executor dici valeat, quam iudex, vt in ſimili tradit Caſtro de hæreſ. lib. 1. cap. 7. fo. mihi 21. Gutierrez de iuramento confirmator. 1. p. c. 2. num. 27. quia per ius determinatum declarat, ſicut alias cauſa vſuraria in ſæculari iudicio deciditur, quando alias ille caſus deciſus in iure reperitur, quod in ea verſetur vſura, explicat Barboſa in l. titia ff de ſol. matrim. nu. 22 ad fin. Roland. conſ. 75. num. 36. lib. 1. in periurio, quando per ſæcularem pronuntiatur interceſsiſſe; Roman. ſingul. 420. Alex. ad Bart. in l. de periuro ff. de crim. ſtellion. Quando enim determinatio rei ſpiritualis eſt notoria, vel ex actis, vel ex confeſsione partis, vel ex iure, eam Iudex ſæcularis determinare poteſt, ex ſpeculat. in tit. de reconuention. §. nunc dicimus num. 2. Bald. in l. vnica num. 37. ad fin. C. de Confeſſ. & in l. quoties n. 4. C. de Iudic. Alex. in d. l. titia n. 8. Alciat. in l.

in l. omni nouatione num. 3. C de ſacroſ. Hyppolit. ſingul. 70. quos citat Barboſ. in d. l. titia num. 52. ad fin. quia hæc omnia fiunt per modum cauſæ iuxta traditionem Bald. in auth. adhæc num. 2. C. de lat. in libertat. Nauar. in cap. cum contingat. 11. remed. Barboſ. vbi ſup. num. 53. iuriſdictio enim quæ explicatur per modum declarationis, nunquam cenſetur prohibita, etiã in cauſis Eccleſiaſticis, ex Decio conſ. 127. num. 2. Aufrer. de poteſtat. Eccleſ. 4. reg. fol. 21. licet Couar. de ſponſalib. 2. p. §. vlt. nu. 3. & 4. contrarium ſentiat.

9 Confutatur ex ſuprapoſitis ſententia Azoris inſti. Moral. lib. 5. cap. 14. q. 2. dum exiſtimat, Principes his caſibus non de nudo facto cognoſcere, ſed de quæſtione iuris, quia ſatis probamus, ſolum eam iuris diſcuſsionem intercedere, quæ facti explicationi inſerniat, & ſubditorum defenſioni, quæ principibus incumbit, ex ratione proprij officij, teſte Hieronymo Hyerem. 22. & Iſidoro lib. 3. ſententiar. cap. 53. Auguſtin. Epiſtola 50. & tradit Conſilium Pariſienſ 1. ſub Ludouico part. 2. cap. 2. & 3. quæ actiones à ligitima poteſtate procedunt, cum ſint ſuperioris defendentis, aliàs enim diceretur, Princeps iniuriam inferre, ſi cum poſſet non propulſaret eam, duo enim iniuſtitiæ genera ponit Cicero in lib. 1. officior. vnum eorum qui inferunt, alterum eorum qui ab his quibus infertur, ſi poſſunt, non propulſant, iniuriam, Iullius Paſsius in tit. ff. de iuſt. & iur. n. 5.

10 Nec inſuper cognoſcẽti hoc caſu obſtabit Bulla Cenæ Domini cap. 15. & 16. vbi cognitionem prohibet etiam ſub prætextu violentiæ, quia procedit in his quæ fiunt animo impediendi mandata Apoſtolica, non autem ad tollendas violentias inter ſubditos, non præſumptuoſè, etiã de facto, ſed ex permiſsione iuris, & virtute concordatæ, explicat Corduba in tract. caſuum conſci. cap. 35. Viualdus in Gandelabro 2. p. in explicatione Bullæ caſ. 16. num. 114. Bobadilla vbi ſup. num. 139. Garcia de nobilitat. gloſ 9. à n. 46. & maxime 51. & 52. Seſe d. cap. 8. §. 3. num. 83. faciunt quæ Couar. pract. cap. 35. num. 4. Rebuf. ad leges Gal. 3. tom. tit. de appel. tan. quã ab abuſu num. 14. & in Concordat. tit. vlt. Azeued. lib. 1. nouæ recopil. tit. 6. l. 2. ad fin. & in ipſa Rotta ſæpe iudicatum fuit ex Seſe de inhibitio. d. §. 3. n. 184. deciſum refert Achiles. deciſ. 36. de appel. ſicque iudicaſſe Farinacium teſtatur Seſe d. num. 184. & licet idem Seſe dicat illam deciſionem fuiſſe reuocatã illud quidem contigit ex alio fundamento quia iudicibus erat inhibitum, nõ vero ex capite defenſionis quę ibi approbata reperitur.

11 Vltimo conſidero circa iuriſdictionis abuſum quod vt in Regum

gum tribunalibus cognoſci valeat, oportet oppreſsionem, ſeu violentiam eſſe notoriam, patentem quæ celari nequeat, aut effici dubia, nec ſola iudicis negatio, vel partis rem dubiam efficiet, niſi alias attento iure dubia reddatur, & ex actis. Meno. conſ. 1045. nu. 2. & 3. Excepta cauſa vſurpatæ iuriſdictionis Regiæ, quia eo caſu ſufficit conſtare de vſurpatione ſine alia notorietate, vel oppreſsione, Ord. lib. 1. tit. 12. §. 5. & lib. 2. tit. 1. §. 15. Vnde fit quod prius Iudex Regius de qualitate notoriæ oppreſsionis, á qua iuriſdictionem accipit, cognoſcere debet, quam circa merita cauſæ ſe ingerat; quia qualitas eſt fundamentum iudicij, vt per doctores in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus, vbi Roman. num. 10. Gramati. conſ. 1. poſt deciſionem 105. num. 53. de quo Latius ad Ordinationem lib. 2. tit. 1. §. 5. & 6. dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Laici de Eccleſiaſticis cauſis non cognoſcunt etiam prætextu conſuetudinis immemorialis.*

Oportet vt detur S. Pontificis priuilegium. ibi.

2 *Antiquior eſt exemptio clericorum Regum conſuetudinibus. ibi.*

3 *Leges Regiæ non defenduntur ex priuilegio confutatur opinio Valaſci. ibi.*

4 *Conſuetudines Regni concordia ſtabilitæ non regulantur vt priuilegio.*

Hiſpania â mauris fuit occupata longiſsimo tempore. ibi.

Conſuetudo cognoſcendi de his cauſis immemorialis eſt â Summo Pontifice tollerata. ibi.

Ex noua, & inopinata cauſa ex reſtauratione Hiſpaniæ etiam ſi talis conſuetudo eſſet antea prohibita potuiſſet de nouo incipere. ibi.

Conſuetudo licet in communi non tollat clericale priuilegium in aliquibus tamen tollit. ibi.

5 *Conſuetudinibus Regni approbatis, dum vtimur non dicimur vti vt priuilegio.*

Ex priuilegio ſolus vſus

com

competit, ex conſuetudine ipſa proprietas. ibi.

Conſuetudo redacta in legem non deſinit eſſe conſuetudo. ibi.

6 *Reuocari an poſsint tales conſuetudines à Sūmo* Pon*tifice.*

Priuilegium, & conſuetudo æquiparantur. ibi.

Exemptio clericorum competit ex priuilegio, & dum tollitur conſuetudine non nouum priuilegium acquiritur, vt tollatur primum, ſed ſit redditus ad ius comune. ibi.

7 *Concordia innuita fuit, vt Reges caſus plures de quibus cognoſcebant ſedi remitterent.*

Quando per concordiam aliqui caſus regibus relinquuntur hos non habet ex priuilegio. ibi.

8 *Conſuetudines regni non cenſebuntur reuocatæ etiā ſi reuocentur quæcunque priuilegia.*

Priuilegium, & conſuetudines æquiparantur quādo materia ſubiecta non repugnat. ibi.

Priuilegio acquiruntur multa ad quæ non ſufficit conſuetudo, & è conuerſo. ibi.

Conſuetudo requirit ſpecialem mentionem, vt reuocetur. ibi.

Et requirit vt cauſa examinetur partibus auditis. ibi.

Priuilegia Eccleſiæ conceſſa Princeps ſæcularis non reuocat. ibi.

Ex

Ex priuilegio.

CAP. V.

IAm ſupratetigimus iure cannonico cautum eſſe ne ſæculares, de Eccleſiaſticis cauſis cognoſcant, etiam prætextu immemorialis conſuetudinis, deducitur ex cap. clerici de iudicijs ibi ex aliqua conſuetudine, quæ verba in dubio omnem etiam immemorialem comprehendunt, ex gloſ. vlt. per text. ibi. in Clement. 2. de rebus Eccleſ. & in Clem. 1. verbo quantocumque de foro comp. quas ſequuntur multi, vt per Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 7. num. 23. & per Couar. 3. reſolutio cap. 13. num. 5. Azeuedo ad l. 3. tit. 21. lib. 2. n. 21. Oieda de incompatibilit. 1. p. c. 19 n. 9. & 2. p. c. 11. n. 6. quare oportet, vt laici de his cauſis cognoſcant, quod mũiantur S. Pontificis priuilegio, relaxantis ſuæ prohibitionis vinculum, Coſmas in pragmat. tit. de cauſ. §. ſtatuit verbo priuilegio, Aymon, & alij citati ab Oieda vbi ſup. n. 31. multi quos citat Gabriel tit. de præſcriptio. concluſ. 1 num. 27. quod ſufficit alegare ſi immemoriali conſuetudine probetur, vt eſt comunis ex Balbo de præſcrip. 1. p. 5. princip. n. 60. Couar. 1. reſolu. c. 17. n. 5. Burſa. conſ. 44. num. 12. lib. 1. Menchaca Illuſtri. cap. 89. n. 11. licet Abbas, & Burſatus vltra immemorialẽ vsũ requirãt etiã famã priuilegij quibus accedit Soares d. c. 34. n. 17.

2 Quod autem ſine priuilegio hæc cognitio obtineri nequeat, ſatis oſtẽditur, quia & ſi antiquiſsimã ſupponamus huius regni cõſuetudinẽ multo antiquior Eccleſiaſticorũ exẽptio exiſtit reſpectu ſæcularis iuriſdictionis, quoad bona, & cauſas ciuiles, quia cum ipſa Eccleſia Catholica incœpit, vt cõſtat ex antiquiſsimis teſtimonijs ex Epiſtola 96. Leonis I. ad præſbiteros Thraciæ, & ex Epiſtola Alexandri primi anno 109. vbi teſtatur à tẽpore Apoſtolorũ ita obſeruatũ, & anno 203. Cayus Papa in Epiſt. ad Fælicẽ Epiſcop. Silueſter in cõſil. Romano anno 314. cano 4 Gelazius apud Gratian. in c. Chriſtianis, & c. Silueſter 11. q. 1. & Bonifica 5. in Epiſtola ad Epiſcopũ Galliæ plura etiã cõſilia hoc idẽ cõfirmãt, vt eſt Cõſiliũ Calſedon. c. 9. act. 15. & Carthaginenſ. 3. anno 397. c. 9. & Cõſil. Toleta. 3. c. 13. vbi puniũtur clerici ad ſæculares iudices recurrẽtes, & ex Cõſil. Pariſiẽſ. refert c. 2. de foro cõp. & ex Cõſil. Later. ſub. Alexand. 3. deduxit c. ſi clericus illo tit. & in Lateranẽſi ſub Leone 10. ceſſ. 9. renouãtur omnes ſanctiones Appoſtolicæ, in fauorem Eccleſiaſticæ libertatis inductæ

inductæ,& tãdem in Conc. Trid. ceſſ. 25. c. 20. de reformat.

Cumque hæc exemptio præcedat regni conſuetudinem quia antiquius habet innitium, nunquã ex illa potuit cognoſcendi, ius acquiri, cum conſuetudo, capaces non reddat, ſed ſupponat, vt ſupra dixi, & caſu quo priuilegium aliquod ſupponamus eſſe, quo S. Põtifex hanc cognoſcendi facultatem Principi indulſit, hoc priuilegium ab ipſo reuocari poterit, quoties ipſe cenſuerit expedire, & valida erit reuocatio etiam ſi fiat ſine cauſa Soares d. c. 34. n. 18. & 24. in fin.

3 Verum licet argumentis, ſeu fundamentis ſupra aſsignatis nõ obſtãtibus ſẽper audiuerim viros doctiſsimos ſic ſolitos has leges Regias, prætextu ſcilicet priuilegij, à Sede Appoſtolica obtenti, tamen hoc quidem comenticium falſum, & reſpuendum ſemper duxi cum nullum in his Ordinationibus priuilegij veſtigium reperiatur, nec extet (exceptis aliquibus caſibus de quibus ſuo loco dicemus) immo ipſa Ord. lib. 2. titul. 1. in fine principij, & lib. 1. tit. 9. §. 12. & tit. 12. § 5. & tit. 62. §. 4. & tit. 57 §. 8. ſolum de conſuetudine antiqua, & concordia meminerit non vero de priuilegio, ſicque ceſſat labor inueſtigandi priuilegij, ne videamur imponere illud quod non extat, memini olim præceptorem meum primarium Ludouicum Correa virum quidem eximiæ eruditionis interprætantem cap. clerici de Iudic, & cum acceſsiſſet ad intellectum illius Ordinat. lib. 2. titul. in princ. dixiſſe, quod conſulto ibi legiſlator mentionem priuilegij non fecerat, non ex ea ratione quod nõ extaret, ſed quia non opportebat illud oſtendere ne de eius viribus dubitari poſſet, & quod propterea allegauerat ſolum conſuetudinem quæ eſt potentior priuilegio, vt per Molin. de maior. lib. 2. c. 2. n. 21. & cum ſit immemorialis ſupponit tempus infinitum, vltra mille annos Velaſques de Auendan. in l. 41. Taur. gl. 1. nu. 11. Menochius de arbitrar. lib. 2. cent. 1. caſu. 3. n. 7. Couar. in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 3. nu. 6. per quam priuilegium, & titulus ſupponitur, & probatur, non mihi arriſit hæc docendi forma, quæ legis Regiæ verbis minimé cõuenit, quæ nudã veritatem amplexa ſolius longæui vſus, & cõcordiæ mẽtionẽ fecit, alias enim cõſtituerẽtur Reges in mala fide, dum priuilegium, quod apud ſe habẽt, occultarẽt, vt ampliori iuriſdictione fruerentur, Soares d. cap. 34. nu. fin. & ſucederet regul. text. in l. nõ eſt ferẽdus ff. de tranſactio, quod quidem á Regum conditione eſt alienum, & ex his apparet non bène ſenſiſſe Valaſ. conſ. 141. n. 11. dũ dixit leges Regias lib. 2. tit. 1. ſuſtineri contra ius cannonicum, ex priuilegio præſumpto, apud nos enim ſolũm extant concordiæ in-

ter vtrunque ſtatum editæ,& longeuæ conſuetudines, á quibus noſtrarum legum præcepta diriuantur;quare circa duo noſtra verſabitur inſpectio primum an hæ conſuetudines Regni concordia ſtabilitæ adhuc ſubeant vicẽ priuilegij. Secundum an ad libitum S Pōtificis reuocari poſsint,& pro talibus hodie haberi debeant.

4 Circa primum illud mihi eſt indubitabile quod quando præcedente conſuetudine longæua, & antiqua,inter Regem, & Summum Pontificem celebrata fuit, concordia, quod talis conſuetudo obſeruetur in hoc vel illo caſu, talis approbatio non ſubit vicem priuilegij, ſed ſolum continet approbationem conſuetudinis in ea forma qua antea obſeruabatur, cuius rei illa eſt ratio, quia conſtat poſt antiquiſsimam Eccleſiaſticorum immunitatem, Hiſpaniam á Mauris occupatam, & oppreſſam, multis ſæculis ſub ſeruitutis pondere ingemuiſſe, quam Reges Chriſtianiſsimi, multis laboribus, & ſumptibus priſtino decori, & libertati reſtituerunt, à quo tempore de aliquibus clericorum cauſis cognoſcere incœperunt, prout magis Reip. naſcentis, quies, & ſtatus poſtulabat, quæ conſuetudo paulatim excreſcens ignoto principio immemorialis euaſit, Prælatorum aſſenſu, & ſummorum Pontificum approbatione corroborata, Sinon expreſſa ſaltem tacita, qui tales conſuetudines conniuentibus oculis tollerabāt, quo effectum eſt quod licet olim talis cōſuetudo reperiretur prohibita, iā ex hac noua, & inopinata cauſa legiſlatori ignorata, potuiſſet incipere, & fieri rationabilis,vt diximus in ſecundo præludio, & iuri cannonico, & poſitiuo præiudicare, licet enim conſuetudo nō poſsit dari, vt in omnibus cauſis clericorum priuilegium ceſſet, tamen quod in aliquibus cauſis reſtringatur, vel quoad certā ſpeciē iuriſdictionis,dubiū nō eſt valere poſſe,ex Caſſan.ad Conſ.Burgund.rub. 1. fo.49.n.48.Menoc. remed.3.retinend. n. 400. Guilel. verbo,& vxorē d.2.n. 136. Surdus d.129.n.5.Couar.pract.cap.31.n.5. Clarus in pract.§.vlt.q.36.num.3. quod maxime procedit in ciuilibus, prout leges huius regni diſponunt,quibus caſibus nō offenditur reg.d.cap.clerici de iudicijs, quod in criminalibus diſponit,in quibus maior verſatur indecētia, perſonarū,& ordinis, ſentit Boba dill.lib.2.c.18.n.127. Seſe d.§.3.nu. 136.& nos ſupra diximus in 3.præludio,quod quidem minus dubij habere poteſt,in cōſuetudine immemoriali, quę vim habet conſtituti,l. 1. §.vlt.ibi. vetuſtatem vicē legis obtinere l.in ſummā in prin. ibi. vetuſtas pro lege habetur ff. de aqua pluuia, & titulū iuſtum præſtat, d.l.3.§.ductus. ff.de aqua quot. Gabriel lib. comun. tit. de præſcrip.concl.1.á prin. Maſcard. concl.

concluſ.1572. à num.16. Valaſc. de iur. emphy. q.8.num.36. Burſatus conſ. 160. n.50. Soares de legibus lib.8.c.7.n.9. Ceuallos de las fuerças q. 55.à n.36.

5 Vnde fit quod cum cõſuetudines huius regni, in vltimo art. ex 40. Romæ oblatis cõfirmatæ proponantur, ex illa cõfirmatione nõ tranſierũ in priuilegiũ, ſed adhuc retinent primæuam naturã cõſuetudinis, cui modo maius robur accedit, ex tali cõfirmatione; quibus dum ſic confirmatis vtimur, extra legis Cannonicæ ſumus prohibitionem, ac per conſequẽs, ius quo vtimur á conſuetudine quæ vim legis habet, c. nouit d. Iudic. ibi: (niſi fortè iuri communi per ſpeciale priuilegium, vel contrariam conſuetudinem aliquid ſit derractum) obtinemus, non vero à priuilegio, quod ſupponit legem cõmunem obligantem á qua quis vel cõmunitas, per legem priuatã priuilegij eximitur, c. Abbate de verbor. ſignif. c. priuilegium 3. d. cap. hinc eſt 16. q.1. c. in his de priuilegijs ibi aliquid ſpeciale, vt diſtinguatur ab his quæ iure cõmuni conceduntur Soares lib.8. de legib. cap.1. nu.3. multum enim refert conſuetudine, vel priuilegio quis vtatur, nam ex priuilegio ſolus vſus competit, conſuetudo vero denotat proprietatem iuris dixit Azeuedo ad l. 4. n.2. tit. 2. nouæ recopil. Curia Piſana libr.1. c. 13. num. 7. & longe difficilius reuocatur, concludo igitur quod confirmatio conſuetudinis habitæ á Summo Pontifice non inducit priuilegij cõſiderationem, ſed ipſa conſuetudo durat, quæ licet modo in leges redacta reperiatur, adhuc ſic ſcripta iuris non ſcripti naturam ſeruat, vt de lege Rhodia quæ maris conſuetudinem ad ius ſcriptum tranſtulit, eleganter ſagum ad titul. de Conſuetudin. à princip. ex nu.11. citans text. in l.3. §. Diuus Adrianus ff. de ſepulch. violat. & l. deprecatio ff. ad l. Rhodiam, Alciat. lib.2. diſpu. lib.2. cap. 5. Ruſard. & Duar. in ſcholijs ad l. deprecatio.

6 Circa ſecundam quæſtionẽ an reuocari poſsint tales cõſuetudines, difficilis eſt articulus, videtur enim ſine dubio poſſe, Sũmũ Põtificem conſuetudines quas ſenſerit modo grauoſas, Eccleſiarum libertati, remittere, & reuocare, ex reg. cap.1. de conſuetud. cap. clerici de Iudic. quia poteſt iuriſdictionem quæ ex tacita ſua voluntate Principi ſæculari acquiſita eſt, ab illo auferre, & ad ſe reuocare, quia veroſimilius eſt, vt inquit Soares d.c.34.n.26. non illam à ſe abſtuliſſe, ſed quaſi delegaſſe, vel commiſiſſe, quia hanc poteſtatem ſupremam, nunq; á ſe abdicare cenſetur, etiam per expreſſam conceſsionem, & priuilegium, & multo minus per tacitũ, acquiſitum conſuetudine, vtrũq; enim priuilegium ſcriptum, & nõ ſcriptum poteſt ſuperior reuocare,

care,licet ad reuocandam conſuetudinem maior cauſa requiratur, ex magna vi conſuetudinis pungit Soares d.lib.8.cap.7. num.14. in fine.

In quo tamen tantisper immorandum cenſeo,agnoſco enim quod vſu,& conſuetudine, priuilegium comparari poteſt,& quod conſuetudo æquiparatur priuilegio in d. c. nouit, c. ſuperquibuſdam §. præterea de verbor.Soares d.cap.7. n. 8. & nomine priuilegij generaliter ſumpti, venire conſũetudinem, ſed video quod hæc doctrina noſtris conſuetudinibus applicari non poteſt, tunc enim vtentium conſuetudo inducit priuilegium, quando per illam ſubditi contra legem ſuperioris ſe eximere prætendunt, quæ lex eſt omnibus communis,& in ſe continet ius cõmune non vero quando agitur de tollenda lege particulari, per contrariam conſuetudinem, prout verſatur conſuetudo regum, circa cauſas temporales clericorum, quibus exemptio,iure particulari, ex priuilegio competit, vnde non poteſt contra priuilegium, aliud priuilegium conſiderari ſed ſublato primo priuilegio circa hunc, vel illum caſum, per contrariam conſuetudinem fit trãſitus ad ius commune quod antea obſeruabatur, quod ſi obijciatur priuilegium clericorum illis competere á iure Cannonico,quod eſt ius cõmune, contra quam legem á S. Pontifice priuilegium concedi poteſt, cap. ctóra mores 100.d.& d. cap. nouit c.conquæſtus 9. q. 3. cap. duo ſimul de offic. ordin. reſpondetur, quod exemptio clericorum in ciuilibus reſpectu Regum priuilegiũ cõtinet,atq; ideo vocatur fori priuilegiũ,ad differentiam priuilegij cannonis, de quo in c. ſiquis ſuadente 17.q.4.& tributorum de quo in c.quanquam de cẽſibus in 6. ex quibus omnibus iunctis clericorum exemptio componitur, vnde fit quod quando illud fori priuilegium,à lege Cannonica,& ciuili clericis cõceſſum,in aliquo remittitur, & ſæcularis Princeps ex conſuetudine immemoriali cognoſcit,nõ eſt opus, vt nouum priuilegium excogitemus,vt pręcedẽs tollatur, cum magis pateat regreſſus ad ius cõmune, quo attento illæ cauſæ temporales ad iudicium ſæculare ſpectabant, maxime ſi attendimus quod illud ius poſitiuum, & Cannonicũ legeſq;Imperiales circa cauſas ciuiles,de quibus Reges cognoſcũt, nunq;in Hiſpania vſu receptæ proponũtur,nec contrariũ cõſtat,immo ſemper Reges à tempore immemoriali cognouiſſe, de his cauſis, & alijs pluribus quas poſtea per concordiam remiſerunt,vt patet ex ſuis concordijs, ſi ergo lex Cannonica non obſeruabatur in cauſis ciuilibus,non poteſt conſiderari vllum priuilegium, quod legẽ obſeruatã ſupponit, & quæ vſu eſſet recepta,quodautẽ leges

Canno-

Cannonicæ in violentijs de quibus Reges cognoſcunt non fuiſſent vſu receptæ, teſtatur Nauar. in d. cap. cum contingat remed.1. verſ. decimo facit.

7 Atque ideo concordia innita fuit, vt Reges Sedi Apoſtolicæ plures caſus de quibus cognoſcebāt remitterēt, & in alijs ſuis conſuetudinibus vterentur in quibus continuatum poſt concordiam cenſetur, idem ius conſuetudinis, quod ante illam vigebat, cum ijſdem qualitatibus, nec aliquid innouatum proponitur, quo Reges oſtendant, voluiſſe á primo iure recedere, & incipere poſsidere ex priuilegio, arg. l. fin. C. de nouatio.

8 Vnde fit quod hodie non cenſebuntur reuocatæ tales conſuetudines, licet reuocatio publicetur cum mentione cuiuſcunque priuilegij, conſuetudines enim, & priuilegia æquiparantur, & ijſdem regulis metiuntur, in his in quibus materia ſubiecta non repugnat, aliquando tamen non ita eſt, quia multa priuilegio acquiri poſſunt ad quæ non proficit conſuetudo, poteſt enim laico concedi per priuilegium, vt beneficia conferat, cap. Adrianus 63. diſt. quod tamen per conſuetudinem etiam immemorialem acquiri non poteſt, propter perſonæ incapacitatem, facit cap. quanto de conſuetud. vbi ſimplici ſacerdoti poteſt ex priuilegio committi facultas conferendi ordines minores, quod tamen non valet acquiri conſuetudine, varias explicationes proſequitur Felin. in cap. accedentes de præſcriptio. num.6. vbi Panor. 3. idem Felin. in cap. cum contingat de foro comp. n. 4. quem ſequitur Nauar. de ſpolijs §. 14. num. 7. & è conuerſo aliqua cōceduntur conſuetudine, ad quę non ſufficit priuilegium, prout in iuriſdictione, quæ conſuetudine acquiri poteſt, & tolli ab alio in qua dominium acquiritur, & ab alio tollitur, quod forte per abſolutum priuilegium fieri non poſſet, Soares li. 8. de Legibus cap. 7. n. 12. Atque ex his & alijs rationibus, in his quæ attinēt ad reuocationem priuilegiorum, noſtri regni conſuetudines, videntur comprehendi nō poſſe, niſi illarum fiat expreſſa mētio, quia in eo cōſuetudo ſub nomine priuilegij non continetur, quia cū firmius ius cōtineat, requirit ſpecialem derogationē, & alia ratio eſſe poteſt, quia derogatio priuilegij, & conſuetudinis, diuerſi mode fiunt; nam priuilegium reuocatur ad nutum concedentis, at vero conſuetudo reuocatur ex cauſa quia fortior priuilegio Surdus conſ. 165. num. 11. & abrogatur propter aliquem abuſum quæ rationes priuilegio minime conueniunt, quæ cauſa prius debet examinari partibus inditis, & vocatis ex reg. l. de vnoquoque ff. de re iudic.

Agnoſcimus igitur Summum Pon-

Pontificem ex vi ſuæ poteſtatis ſpiritualis, cui ſubordinatur pollitica, & temporalis poteſtas, ratione ſui finis, poſſe has regni conſuetudines abrogare, tollere, & caſſare, Soares aduerſus Angliæ errores d. cap. 34. num. 18. & de legibus, d. cap. 7. num. 14. in fin Solumque exiſtimamus abrogatas cenſeri non poſſe, niſi quando de conſuetudine Portugalliæ fiat expreſſa, & indiuidua mentio, cum cauſa ligitima, quando iuriſdictionis detur abuſus, vel ſi mutatis rebus, & eorum ſtatu S. Pontifex viderit Eccleſiæ vniuerſalis gubernationi expedire, vt tales conſuetudines reuocentur, quia tunc conſuetudines incipiẽt deficere à ſua prima ratione, qua introductæ fuerunt, quod quidẽ in noſtris conſuetudinibus nunq; obtinere poterit, niſi prius ipſi Reges audiantur, & examinentur cauſæ, an verè, & realiter deficiſſent, ne vnus excontrahentibus contractum communem deſtruat, contra reg. l. ſicut C. de actio, & obligatio. Maximè quia per hãc reuocationẽ ſtatus Reip. perturbaretur, tollendo antiquiſſimas conſuetudines, quibus viuimus, & vtuntur mixtim clerici, & laici, quæ conſuetudo, & vſus non poteſt reputari Principi Eccleſiaſtico ignotus, ex doctrina Bal. in tit. quæ ſint regalia cap. 2. num. 3. ibi. in præſcriptione longiſsimi temporis non poſſe dici Principem ignorare, cum ſciat, per ſe, vel alium, vel etiam in genere, quibus fundamentis Guilelmus verbo ſi abſque liberis ſub tit. de fideicomiſſ. ſubſt. num. 41. dicit quod non poteſt Papa priuilegia ſemel Franciæ conceſſa reuocare, quia iam redacta fuere in leges, & per pragmaticas illius regni, inter conſtitutiones incorporata, ſicut è conuerſo non poſſet Imperator ſuas leges reuocare poſtque ſunt inter Cannones regiſtratæ; & per Eccleſiam cannoniſatæ. Faciuntque ad propoſitũ dicit Guido de 1. referens S. Pontificis Martini reſcriptum, quia priuilegia Eccleſiæ coūceſſa Princeps reuocare nequit, vt reſoluit Innocent. in cap. nouit. de Iud. Felin. in cap. ad Apoſtolicam de Simon, Iaſ. in l. non amplius §. ſi certum num. 14. ff. de legat. 1. Lucas in l. fin. n. 64. C. de locati. prædior. ciuil. lib. 11. quia licet priuilegia Principum vltimæ voluntati æquiparentur cap. quia cunctis de conceſſ. præb. cap. ſi pluribus de præb. in 6. tamen ſine cauſa reuocari non poſſunt, Bal. in l. 1. C. de leg. nota 5. pluribus probat Marta de Iuris caſ. 52. à n. 15.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Concordata regulari debet ac priuilegiũ etiam ſi à Sũmo Põtifice ſit confirmata.

2 Conceſsio ex parte Eccleſiæ ſemper habet tacitã conditionem ſi res in eodem ſtatu ſit. ibi.

3 Nullibi legitur ex concordia induci priuilegium cum ſit ſpecialis cõtractus. ibi.

Explicatur Rebufus in Cõcordatis. ibi.

Quod concordatas Summus Pontifex non reuocat. ibi.

Concordata licet ſapiant naturam priuilegij, tamen denominantur à contractu tanquam à ſuo fine, ibi.

4 In concordijs huius regni nullum priuilegium conſiderari poteſt.

Si concordia diceretur priuilegium eſſet contra mentem partium, & ius conſuetudinis firmius, redderetur debilius, & reuocabile. ibi.

5 Contractus ſeu concordia obligat S. Pontificem naturaliter, & ciuiliter.

Principes ſicut non ſunt domini elementorum, ſic pariter non ſunt domini ſuorum contractuum. ibi.

6 Si admittamus in concordia in eſſe priuilegium illud erit irreuocabile.

Contractum perfectũ Princeps non mutat. ibi.

7 Priuilegium gratuitum ad libitum reuocatur, & remuneratorium data cauſa.

8 Priuilegium reuocari poterit quando ſubdito ſit cõceſſum alias ſecus.

Priuilegiũ conceſſũ Principi ſæculari colitiganti cũ Papa cenſetur datum non ſubdito. ibi.

Priuilegium non ſubdito conceſſum ad ſucceſſores tranſit. ibi.

Interpretatur l. qui fundi C. omni agr. de ſer. lib. 11. ib.

9 *Concordias huius regni an S. Pontifex tollere debeat ſuppoſito quod poſſit.*
In concordijs Summus Pontifex eſt principalior contrahens. ibi.
10 *Concordiam an ex cauſa Pontifex infringat.*
Principis ſæcularis iuriſdictio licet præſcribi valeat non tamen iuriſdictio S. Pontificis. ibi.
Suprema poteſtas Summi Pontificis præſcribi nequit & qua de cauſa. ibi.
11 *Per concordias huius regni vltimus Eccleſiaſticæ iuriſdictionis gradus remittitur qui bona temporalia reſpicit.*
Refutatur opinio Franciſci Xuarij dum ſentit quod concordia ex parte Regum manet irreuocabilis non vero ex parte S. Pontificis. ibi.
12 *Quæ cauſa ſit neceſſaria, vt concordia reuocari poſſit.*
Principi donandum non eſt vt ſine cauſa vrgenti vtatur plenitudine poteſtatis quia ſappit tyranidem. ibi.
13 *Cõcordiæ huius regni an cenſeri debeant reuocatæ ex Bulla Cœnæ Domini.*
Variæ reſponſiones quæ aſsignari ſolent ad Bullam Cœnæ Domini. ibi.
Verba Bullæ agunt de cauſis criminalibus. ibi.
Ponderantur illa verba prætextu litterarum Apoſtolicarum vſu non receptarum. ibi.
In cauſis violentiæ non læditur Eccleſiaſtica libertas. ibi.
Eccleſiaſtica libertas, vel læditur ſtatuto, vel intentione ſtatuentium. ibi.
14 *Altera reſponſio quod ideo Principes nõ ligantur verbis Bullæ quia illud à S. Pontifice obtinuere.*
Bulla agit de priuilegijs nõ receptis nos vtimur concordijs. ibi.
Bulla dirigitur in occultos vſurpatores iuriſdictionis Eccleſiaſticæ non intitulatos, & iuſtos. ibi.
Nemo tenetur ex cenſura prolata de ſuo titulo dubitare. ibi.
Cenſuræ Bullæ nõ poſſunt comprehendere leges huius

regni;

regni quia eſſent nullæ. ibi.

Contractus verba interpretatur conſuetudo. ibi.

15 *Derogatio Bullæ generalis quod non requirat ſpecificam mentionem priuilegiorum, aut conſuetudinum.*

16 *Rex Sebaſtianus an renuntiauerit concordijs impetrata facultate vtendi cōſuetudinibus per annum duntaxat.*

Referuntur verba breuis à Sebaſtiano obtenti. ibi.

17 *Colligitur cōſuetudines regni non ligari ex Bulla Cœnæ cum Pontifex dicat ſe illas ignorare.*

Defectus ſcientiæ tollit vim verbis generalibus. ibi.

19 *Verba illa breuis ponderantur ibi vſque ad beneplacitum.*

20 *An ex nouo titulo habito videatur renuntiaſſe priori.*

21 *Iudices iudicantes ex noſtris legibus non incurrunt cenſuras.*

De Concordia.

CAP. VI.

VLtra ea quæ ſuperius diximus huius regni conſuetudines immemoriali tempore fulciri, nec reuocatas poſſe cenſeri, ex quacunque priuilegiorum reuocatione, aliud modo addimus vinculum ex concordia, inter Clerum, & Reges à Summo Pontifice confirmata, in d. c. art. 40. vltra alias ſpeciales concordias, quibus ſingulæ ordinationes fulciũtur, & vt facilius omnia percurri poſſint, ſequentia notabo primo, an talis concordia ſit priuilegium & an reuocari poſsit à Summo Pontifice.

Secundum an liceat hodie, & conueniens ſit reuocare ſuppoſito quod poſsit.

Tertium an omnes concordatę ſublatæ cenſeantur ex Bulla Cœnæ Domini.

Quartum, an iudices huius regni tuta conſcientia iudicent ex legum Regiarum decretis.

1 Quo ad primum videtur dicendum quod concordia quæ libet, etiam ſequuta confirmatione S. Pontificis adhuc retinet naturam

turam priuilegij, Soares aduerſus Angliæ errores d. cap. 34. nu. 22. vbi aſſerit tales concordias habere vim cuiuſdam priuilegij, ex quo infert quod ſicut priuilegiũ reuocatur ad nutum concedentis, ita pariter concordia, citato Rebuf. in Concordat. tit. de approbation. conuentor. verbo priuilegijs, cuius aſſertionis fundamentum videtur eſſe quod in his concordijs Reges, & Prælati, contrahentium vices ſubeunt, Papa vero dum confirmat illud facit, tanquam ſupremus diſpenſator gratiam illam partibus concedens, quæ quidem gratia priuilegium eſt, dum aliquid ſpeciale concedit, cap. abbate de verbor. ſigni. cap. in his de priuil. tradit gloſ. in rubri. 1. de reſcrip. libr. 6. Iaſ. & nouiores poſt Bart. in l. vlt. ff. de conſtit. princip. ſicque in l. 12. tabularum 52. in ordine quæ prohibebat priuilegia irrogari, per priuilegia intelligebantur leges de priuis, ideſt ſingulis, vel ad priuos, ideſt ſingulos, ſiue in ipſorum fauorem, ſiue odium, iuxta l. cura non ſingulas §. ff. de legib. ita legem illam explicat Charondas, & alij ſuper d. l. 52. Oroſius in l. ius ſingulare. ff. de dol. exception. Excellio Verrut. verbo priuilegium Conanus libr. 1. cap. 15. num. 5. Rebuf. in praxi. tit. de differentijs inter reſcriptum, & priuilegium num. 4.

2 Secundo facit quia illa exemptio conceſſa Principi ſæculari, per concordiam, ex parte Eccleſiæ liberaliter cenſetur fieri, & gratuitè, & ſemper ea ineſt conditio ſi res in eodem ſtatu permaneat, ex quo fit quod ſi talis conceſsio incipiat vergere in Eccleſiaſtici ſtatus detrimentum, reuocari valeat cap. ſugeſtum de decimis, quod etiam fieri poteſt liberè, & ſine cauſa, quia tale priuilegium non tranſit in dominium ſubditi, & ita ſemper pendet à voluntate Principis, Panormi. Deci. Archidia. Felin. & alij in cap. nouit. de Iudic. gloſ. in cap. decet de reg. iur. in 6. gloſ. in Clem. dudum de ſepultur. verbo inſtante Bald. in l. qui ſe patris Cundeliber. Gabriel tit. de iure quæſito, concluſ. 7. nu. 3. & 5. Soares de legib. lib. 8. cap 37. num. 10.

3 In contrarium vero multa pugnant, primo quod nullibi legimus ex concordia induci priuilegium, vt ſapientiſsimus Soares deducit, quia ex concordia ſpecialis contractus, vltro citroque obligatorius reſultat, non vero priuilegium, quia hoc nõ verſatur niſi in his quæ ex gratia, & donatione capiuntur, adeo vt quando conceditur propter benemerita dicatur tranſire in contractum, & amittere naturam, & conditionem gratiæ, & fieri irreuocabile, vltra alios Tiraq. in l. ſi vnque verbo donatione num. 13. Caldas Pereira in conſ. pro Luppo Soares à num. 43. citatque D. Soares pro ſua opinione Rebuffũ

in d.

in d. verbo priuilegijs, qui nec tale dicit, nec dicere potuit, quia eo loci ſolum agit, de concordia innita inter Regem Franciæ, & S. Pontificem, in qua inerat priuilegium, quod quidem alium ſenſum habet, vt ſcilicet illa concordia contractum oſtendat celebratum eſſe, tamen in aliquo eius capite contineri priuilegium, quod eius contractus natura non repugnat, ſicut alias ex teſtamento ſua natura reuocabili. l. 4. ff. de adimend. legat tamen in eo poteſt fieri contractus Bart. & alij in l. hæredes palam. §. vlt. ff de teſtam. Tiraq. ad leges. gloſ. 5. num. 101. Matienſ. lib. 5. tit. 3. l. 2. gloſ. 1. n. 3.

Nec eſt credendum Rebuſum ſibi fuiſſe contrarium in eod. lib. in quo ſub tit. de collatio. in præfatione rem agens ex profeſſo, cōtrarium ſequitur, & aſſerit Sūmo Pontifici non licere ſuum contractum, & concordiam infringere eiuſdem opinionis fuit Deci. Felin. Beroo. in cap. 1. de probatio. Bart. & alij in l. digna vox C. de legibus, vt per Gomez in l. 40. Taur. num. 89. & de contractibus cap. 1 num. 1. Soarez alegat. 9. n. 1. Menchac. illuſtr. cap. 3. á princ. Peres ad l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinam. licet ipſe cogitandum relinquat, & vtranque dicat cōmunem Padilla in l. interpoſitas num. 33. C. de tranſactio Gama deciſ. 335. & in ſpecie loquens de ipſo S. Pontifice Moledan. deciſ. 235. nu. fin. licet enim concordatæ ſapiant naturam priuilegij gratiæ, aut libertatis, tamen denominantur á contractu, tanquā à ſuo proprio fine, & cauſa, Gonzal. gloſ 26. nu. fin. & gloſ. 27. & 28. nec Papa intendit lædere concordias Rotta deciſ. 21. num. 5. de præbend. aut ius quæſitum ex contractu Rebuf. in reg. de non tollend. iure quæſito, & in d. tit. de collatio. in præfatione vbi latè de obſeruantia concordatarum.

4 Nec obſtat quod D. Soares obijcit quod Summus Pontifex ſemper poteſt recedere ab hac cō cordia, quia ſubit naturam priuilegij, quod ipſe reuocare poteſt, quia reſpondetur quod in concordijs huius regni nullum priuilegium conſiderari poteſt, ratio eſt quia lex Cannonica, legeſq; Imperiales, quibus clericorum priuilegium fuit inductum, in Hiſpania non obſeruantur in illis caſibus in quibus Reges cognoſcūt inter clericos quoad cauſas ciuiles á tempore Pellagij adhæc vſq; ſæcula, immo in omnibus his cauſis, autummant ſibi ius cognoſcē di competere, iure proprio, non alieno beneficio, & quia forte aliquos caſus non iuſte poſsidebant, facta concordia plurimos remiſe runt, quæ quidem tranſactio, non gratuita pactio eſt, l. eleganter §. 1. ff. de condict. indeb. immo contractus innominatus, qui ex vtraque parte cauſam interuenire ſupponit, l. ſi ſuper cum ſeqq. C. de tranſactio.

Quare

Quare nemo dicet, ex tranſactione celebrata inter partes, exire priuilegium, circa caſus in tranſactione expreſſos, cum Reges nõ alieno beneficio ſe vſos fuiſſe contenderent, ſed proprio, vt habet l. 36. tit. 5. lib 2. recopil. & in Aragon Seſe d. cap. 8. §. 2. n 5. & §. 4. num. 6. multis rationibus fulcit Ceuallos 4. p q. 879. numer. 178. Deinde etiam ſi dicamus in tali concordia, & aprobatione, ineſſe priuilegium, quatenus S. Pontifex deferens conſuetudinibus regni, Regibus indulſit, vt cognoſcerent pro bono pacis, & boni cõmunis, de illis cauſis quæ natura ſua, ad iudicium Eccleſiæ pertinebant, ex Cannonum reſeruatione, quã non oportebat eſſe introductam, circa ſingulas cauſas in ſpecie, ſed ſufficiebat eſſe generaliter receptam, vt S. Pontifex eſſet in poſſeſſione ſuæ iuriſdictionis circa bona temporalia Eccleſiarum, & clericorum, vt tales conſuetudines cenſerentur reprobatæ tanq; irrationabiles, & poſſent abrogari, vt deinceps illis vti reges non poſſent, niſi obtenta noua conceſſione, & priuilegio. Tamen reſpõdetur quod ius illud conſuetudinarium, quo Reges de his caſibus cognoſcebant, á tempore immemoriali, non conſtat immutatum fuiſſe, nec præſcriptionem fuiſſe acceptatione priuilegij ſublatam, vt dixit Pontifex in cap. pen. de præſcriptio ibi. nec obſtare poteſt præſcriptio quam idem Abbas in ſuum ſubſidium opponebat quia ſi conſumata erat quando ab Alexandro Papa priuilegium impetrauit iuri præſcriptionis renuntiaſſe videtur, &c. quare cautè Reges concordia, & contractu innito, ſuas conſuetudines confirmari voluerunt, quia ſi priuilegium acceptarent ius præſcriptionis, & conſuetudinis euaneſceret. Quare in ea approbatione nullũ priuilegij veſtigium ineſt, vt ab eo ille actus denominetur, ſed à cõtractu quem partes conficere voluerunt Doctores in l. cum manuſſata §. fin. ff. de contrah. empt. adeo, vt ex verbis, & modo contrahendi iudicetur talem contractum fuiſſe celebratum qualis pacto conueniat, Aflict. d. 338. Valaſ. detur emph. q. 19. num. 3. Quare cum verba concordiæ alio tendant quam ad priuilegium, obtinendum, cum ius conſuetudine acquiſitum prætenſum ſit, non eſt cur fiat transfuſio de vno contractu in alium quod iure fieri non poteſt, vt contra naturam actus concordiæ ex quo contractus reſultat, dicamus fieri priuilegium quo maior firmitas conſuetudini non accederet, immo ius conſuetudinis quod firmius erat priuilegio, debilius redderetur, & reuocabile, quod eſt cõtra mentem contrahentium.

Vnde cum in his regnis ius cognoſcendi de certis cauſis clericorum ciuilibus, ex contractu competat, talis contractus obligat S. Ponti-

Pōtificem nō ſolum naturaliter, ſed ciuiliter prout reliquos Principes, ex Fulgoſ. in d. l. digna vox. Roman. conſ. 352. nu. 24. Decius conſ. 286. n. 7. Menchac. vbi ſup. n. 14. Roland. conſ. 1. n. 28. & conſ. 66. n. 35. lib. 2. & conſ. 69. num. 17. lib. 4. & eſt ſententia quæ meliora habet fundamenta, & eam dicit cōmunem Peres vbi ſup. col. vlt. quam agnoſcit Caſtald. de Imperator. q. 116. & probat Xuares alegat. 10. n. 2. & efficaciter ſuadetur ex text. in d. cap. 1. de probatio Soares de legib. lib. 3. c. 35. n. 22. vbi eleganter declarat quomodo intelligendum ſit Principem obligari ciuiliter ſua lege, Loazes dubio. 1. ſup. fundam. num. 9. vbi inquit quod licet Princeps non obligetur lege legis, obligatur tamen lege contractus; & conuentionis, idem dicit Bald. in d. l. Princeps, & in l. 1. ff. de pact. vbi habet quod ſi Deus contraxiſſet, neutiquam feciſſet irritum ſuum contractum; idem Bald. in l. fin. C. de tranſactio. & in l. 51. aquam C. de ſeruit. ad fin. Loazes vbi ſup. nu. 11. idem Bald. in cap. 1. de donatione fæud. habet Imperatoris, vel Regis ſucceſſorem, fæudum ab anteceſſore conceſſum, reuocare non poſſe, quia ex contractu tenetur pro implemento ipſius, idem Bald. in c. 1. §. fin. qui ſæud. dare poſſ. & in conſ. 159. ſuper eo vol. 3. & conſ. 175. vol. 2. vbi inquit quædam elementa eſſe ſeu elementorum naturam habere, contractus Sūmorum Pontificum, atque Imperatorum, ſicut alias Deus ipſe contrahit ad imaginem hominis pacis centis cum homine, & contractu ſuo vult ligari, Geneſ. 9. ibi. ecce ego ſtatuam pactū meū vobiſcum. Tuſcus ad verbū pacta concl. 3. n. 2. & propterea ſicut Papa, & Imperator, nō ſunt Domini elementorum, pari modo, nō ſunt Domini ſuorū contractuū, ſequitur Iaſ. conſ. 86. in cauſa col. 6. vol. 3. adeo, vt nec de plenitudine poteſtatis contractibus poſsint ſuis contrauenire, Bart. & doctores in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. 3. q. principal Bal. conſ. 318. examinato col. 1. vol. 1. Alex. conſ. 101. viſis. vol. 1. & conſ. 361. vol. 2. Rubeus conſ. 138. viſo col. 2. & conſ. 146. Iacobus de Leonard. inter conſilia Alberti Bruni 114. incipit altiſsimi, & in ſpecie in Concordatis Appoſtolicis Rebuf. d. tit. de collation. in præfat. Mandoſ. in addi. ad Roman. conſ. 352. Moed. deciſ. 25. in fine de præbend. Puteus d. 47. lib. 1. num. fin. Gonzales gloſ. 28. num. 21. vbi plures citat loquens de Papa; & ita oportuit: alias enim nemo eſſet qui cū Principibus contraheret, arg. l. quod ſi minor 25. §. 1. ff. de minor. notat Alex. conſ. fin. n. 20. lib. 4. Roland. conſ. 66. n. 33. nec aliud Regibus conſulēdū dicit Bobad. lib. 2. c. 10. n. 52. vbi citat exemplū cuiuſdam conſiliarij qui Regi conſulebat ne ſeruaret contractus, contra

illud quod Rex Hiſpaniæ Alfonſus profitetur in l.16.tit.1.p.1.idem Soares de legibus lib.3.c.35. dicit contra Principem dari actionem, licet non detur coactio,& eo ſenſu videtur accipienda Ordinatio libr.2.tit.35.§.21. & libr.1. tit.12. §.1. & 3. & tit.98. in fin. vbi etiam coactionem admittit, ibi. *no foro judicial.*

6 Quod ſi ex ſuperabundanti admittamus noſtram cõcordiam continere priuilegium:adhuc negandum non eſſet tale priuilegiũ eſſe irreuocabile, ex eo quod per contractum conceſſum eſt, contractus enim ſuos poſtquã perfecti ſunt Princeps non mutat,modum, vel conditionem adijcit, ex reg. text.in l. ſicut C. de actio, & obligatio.l.perfecta C.de donation.quæ ſub mod.obſeruãt doctores cõmuniter,in d.l.digna vox, Gabriel d.concl.5.n.18 Cephalus conſ.342.n.97. Roland. conſ.25. á num.35. lib.3.& in ſpecie in priuilegijs per contractum oneroſum cõceſsis,prout pro benemeritis, ſeruitijs, & ſimilibus, dixit Bart,in l.quod ſemel ff.de decret. ab ordin.faci. & in l.2. n.fin. ff. de iur. immunit. latê Gabriel vbi ſup.concl. 6. Pinel.in rub. de reſcindend.1.p.cap.2. Guterrez practicar.q.11.num.5.Valaſ. conſ.52. lib.1. n. 5. ſic limitata Ordin. lib. 1. tit. 99. vt non procedat in officijs emptis, vel pro ſeruitijs conceſsis, quæ omnia in noſtra concordata interuenerunt, ſeruitiorum ſcilicet Sedi Appoſtolicæ exhibitorum remuneratio, dum ipſi Reges pro fide pugnantes, regnum à Mauris ad fidem reduxere, quæ quidem ſeruitia maiori præmio rependi digna erant.

7 Poteſt tamen adhuc obijci, quód hoc priuilegium fuit gratuirũ,& nõ remuneratoriũ, quo caſu poteſt liberé reuocari,vt ſẽtit Soares d.c.37.n.10.& etiam ſi eſſet remuneratorium poſset data iuſta cauſa,(quæ poſtea ſuperueniret,) reuocari, & illi modus, & conditio adijci, nam ſi Princeps poteſt vti rebus ſubditorum, in bonum Reip.l item ſi ff. de rei vindic. cõmunem dicit Pinel. in l. 1. C. de bon. mater.3. p. n.62. illat. 16. Matienço lib.5. nouæ recopil. tit.7. l.11. gloſ. 1. nu. 4. Molin. de primogen.lib.4.cap.3.nu 17. Gabriel lib.3.tit.de iur.quæſit.nõ tollend.concl.5.nnm.42.Peregrin.de iur. fiſci.lib.1.tit.3.num.67. A fortiori poterit limitare contractum cum ſubdito geſtum, arg. d. l. quod ſemel ibi. niſi ex cauſa l. ſi hominem ff. mandat. Gabriel. d. concluſ. 5. num. 42. Roland. d.conſ.66. n.24. Nauar. in cap. ſi quando except. 13. de reſcrip. fol. 63. verſ ad quartum, & de gratijs á Sede Appoſtolica conceſsis Mandoſ. in reg. 2, Cancel. q. 2. ſub n.12.verſ.immo etiã, & in hãc ſententiam inclinat Symoneta,de reſeruation. q. 1. num.5. & q. 99. num.23. quia ex parte Papæ concordatæ

cordatæ non habent vim contractus, quia continent meram gratiam Gonzales gloſ.28. num. 25. vbi nu. 26. tenet poſſe data iuſta cauſa Pontificem concordatam, & contractum caſſare, citato Cephalo conſ.168.n.2.vol.2. Aflict. d.361. nu.6. Molin. de primogen. lib 4.c 3.n.17. Gabriel d. concluſ. 5. nu. 38. & 43. quam doctrinam ſequitur Soares d.c.34.num.23. in fin. adde Caſſad. deciſ. 1. de pact. num. vlt. Puteum deciſ. 52. lib.1. facit Ordinatio libr. 2. tit. 35. ibi. *para dar certa limitação*, & titul. 45. §. *E por quanto*, ibi. *limitadas*, *declaradas*, *& em parte reuogadas*, explicat Cabed. deciſ. 75. 2.p.n.11.

8 Reſpondetur namque illud procedere poſſe in priuilegio remuneratorio ſubdito concesſo, cuius bonis Princeps vti poteſt, in bonum commune, & eum ipſorum dominio cum iuſta cauſa priuare, Gabriel d. concluſ.5. nu. 29. & concluſ.3. nu.13. dicit communem Meno. lib. 2. præſumpt. 10. num. 34. & 52. Peregrin. d.tit. 3.nu.13. Burgos de Paz conſ. 25. n. 52. & inſuper requiritur, vt talis cauſa ſuperueniat, Aflict. deciſ. 361. num. 6. Decian. conſ. 19. num. 89 lib. 3. Oſaſcus deciſ. 90. num. 15. non tamen procedit in priuilegio concesſo non ſubdito, prout eſt Rex Portugalliæ reſpectu Papæ, dum vterque contendit de iuriſdictione ſua; nam poteſtas temporalis licet ſub ordinata ſit ſpirituali, in bonum ſupernaturale; de hoc modo non agimus, ſed de iuriſdictione temporali per ſe conſiderata, quatenus talis, in qua Princeps ſæcularis ſupremus eſt, aliumque ſupra ſe nõ cognoſcit, niſi Deum. Vnde quando Rex, & Papa, inter ſe tanquam partes tranſigunt, & componunt, ſi eo caſu per concordiam aliquod priuilegium elargitur, illud vtique conceditur non ſubdito, & colliganti, & fit irreuocabile, vbi primum contractus acceptatus proponitur, dixit in terminis idem Soares de legib. d. cap. 37. num. 2. ibi, & hæc ratio probat non ſolum de Principe reſpectu ſuperioris, vt eſt Rex reſpectu alterius Regis, vel cuiuſcunque non recognoſcentis ſuperiorem, in temporalibus, ſed etiam de Principe ſuppremo reſpectu alterius ſibi non ſubditi, etiam ſi alium ſuperiorem habeat in temporalibus, & hæc eſt communis in d. c. nouit de Iudic. vbi Panor. n. 23. Deci. 14. Felin. 8. Hoſtienſ. in ſumma tit. de Immunit. § Sed nec ille Matienſ. libr. 5. recop. titul. 10. l. 7. gloſ.1. num.4. Gabriel. lib. 3. titul. de Iur. quæſit. concluſ. 6. numer. 20. plures citat Gonzal. gloſ. 28. per tot. Cuius rei illa eſt ratio, quia tunc Princeps fungitur vice priuati, ex Reg. cap. 2. de Conſtitution. in 6. Gabriel d. concluſ. 6. numer. 19. In quibus caſibus illa obligatio

ex contractu, vel ex priuilegio, non ſubdito conceſſo, non cum perſona concedentis expirat, ſed ad eius ſucceſſores tranſit, vt per doctores in d. cap. 1. vbi Deci. n. 7. plures citati á Gabriel d. concluſ. 5. num. 2. Boer. deciſ. 202. numer. 42. Tiraq. de primogen. q. 35. num. 2. & 23. etiam ſi ſucceſſor non iure ſanguinis, ſed per electionem ſuccedat, pro vt probat d. cap. 1. de probatio. vbi agitur de Imperatore, qui per electionem imperat, cap. venerabile de election. cap. ad Apoſtolicæ in fine vbi gloſ. vlt. de re iudic. libr. 6. nec aliud probat l. qui fundo C. omni agro defert lib. 11. quæ ſolet allegari, vt Princeps donationes â ſe factas moderari poſsit ſine vlla cauſa nam etiam reſpectu ſubditi ille text. illud non probat, ſed quod ille cui fundus fertilis datus eſt, accipiat etiam non fertilem, vt par omnium ſit conditio, quod non ex poſt facto iniungitur, ſed á principio videtur ineſſe, declarat Lucas de Pena in eo text. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 3. n. 16. & 17. Burgos d. conſ. 35. n. 59. Gomez l. 40. taur. n. 89. verſ. neque obſtat.

9 Secunda quæſtio ſup. promiſſa exigit, vt videamus an hodie S. Pontifex licite reuocare debeat concordias huius regni ſuppoſito quod poteſt.

Mouetur Soares ad opinãdum quod quaslibet concordias poteſt S. Pontifex reuocare, ex eo quod ipſe in illis, non tanquam contrahens intercedat, vt dixit d. c. 34. n. 23. ſed tanquam ſuppremus diſpenſator gratiæ, & non video quo modo illud dici poſsit, cum Pontifex in concordatis ſuper materia iuriſdictionis intercedat, tanquam principalior pars cleri, & tanquam vniuerſalis Prælatus, & Viccarius Chriſti, in cuius patrimonio illa iuriſdictio eſt ſine cuius authoritate, nec contractus valet, & omni robore deſtituitur, & à confirmatione, & authoritate robur accipit, ſicque cum ipſo S. Pontifice geſtus dicitur, cap. bene quidem 96. d. ibi in qua nullus Romanæ Eccleſiæ interfuit, vel ſubſcripſit Antiſtes, per quem potuiſſet firmitatem ligitimam ſortiri. Patet nanque omnem iuriſdictionem datam fuiſſe Petro, & ſucceſſoribus eius, quæ ab illo tanquam à fonte procedit in reliquos Prælatos, cum ipſo ergo debet contractus celebrari, tãquam Domino, non vero cum Prælatis inferioribus, qui tanquã Magiſtratus Regij, nequeunt Principi præiudicare, alienando eius iuriſdictionem, faciunt quæ Aflict. in Conſtitutio Siciliæ lib. 1. rub. 47. num. 6. Vargas de Iuriſdict. Epiſcopor. Axiomat. 2. Meno. lib. 2. præſumptio. 14. n. 4. Azeued. in l. 1. tit. 1. libr. 4. num. 70. nouæ recopil. nec poteſt dici quod ipſe gratiam concedit vtrique parti, cum ipſe ſubeat

in tali

in tali contractu vicem partis, maximè in contractu geſto cum non ſubdito; quia tunc priuatus cenſetur ex reg. cap. 2. in fine de Conſtitutio lib. 6. l. 3. ff. de offic. præſid. obſeruant multi relati á Gabriel d. concluſ. 6. nnmer. 19. Gonzales gloſ. 28. num. 19. vbi citat Palati. in rub. de donatio. §. 69. num. 17.

10 Mouetur inſuper alia ratione quam reddit nu. 24. quod poteſt S. Pontifex, omnem concordiam reuocare, quia ipſe non valet à ſe abdicare ſupremam poteſtatem ſpiritualem, ad diſponendum ea quæ ad conuenientem Eccleſiæ vniuerſalis gubernationem expediant, atque ideo data cauſa poteſt à Concordata recedere, ad exemplum Principis ſæcularis qui ex cauſa iuſta contractum cum ſubdito geſtum infringere poteſt, laté Burſatus conſ. 2. p. conſ. 160. & 3. p. conſ. 259. Sed vtrunque refellitur nam quoad primam partem agnoſcimus ſupremam iuriſdictionem ſpiritnalem eſſe inalienabilem, quæ pariter ex eadem cauſa præſcribi non poteſt, cuius rei illa eſt ratio, quia licet Principis temporalis ſupremam poteſtatem multi ſentiant poſſe præſcribi, vt ſentit Abb. in cap. cum nobis de præſcriptio à num. 11. communis in l. comperit C. de præſcriptio 30. Couar. in reg poſſeſſor 2. p. §. 2. n. 7. Bart. in l. hoſtes nu. 6. ff. de capti. multi relati à Felin. in c. cum non liceat de præſcriptio. n. 10. Aymon de antiq. 4. p. c. materia n. 73. Balb. 2. p. 4. nu. 11. & 14. Couar. vbi ſup. n. 8. & alij contrariam dicant magis communem, vt per Couar. vbi ſup. & practicar. cap. 4. Peres ad l. 6. titul. 13. lib. 3. Ord. Valaſ. de iur. emph. q. 8. n. 29. Inter quas opiniones illa conciliatio aſsignari ſolet, quod Principis ſæcularis ſuprema poteſtas, non præſcribitur, ab eo qui ſubditus manet eiuſdem, niſi quando præſcribit abſoluté, vt á præſcribente non recognoſcatur Rex.

Omnes tamen fatentur, quod hæc diſtinctio nullo modo locũ habere poteſt reſpectu Summi Pontificis, cuius ſuprema poteſtas neutro ex his modis præſcribitur quia ipſius nemo poteſt effici non ſubditus, gloſ. 2. in cap. 1. de cleric. ægrotant libr. 6. gloſ. 4. ſic intelligenda verſ. nec aliquis in cap. volumus 16. q. 4. Inno. in cap. bouæ 2. de poſtulat prælator. Abb. in cap. ad audientiam numer. vlt. de præſcriptio. Cum enim S. Pontifex ex diuina inſtitutione ſit Dei viccarius, & Eccleſiæ caput, vniuerſaliſque paſtor, á quo velut á fonte omnis poteſtas ſpiritualis diriuatur, cap. ita Dominus 19. cap. ſignificaſti in fine de elect. extrauag. vnam ſanctam in princ. de maiorit. Qui contra illius ſupremam poteſtatem præſcribit, & ſe eximit omnino, vel conten-

dit ſe non eſſe membrum, & de gremio Eccleſiæ, vel negat Summum Pontificem eſſe Dei Viccarium, vel ſaltem quod non eſt vnicus, cui ſe æqualem conſtituit dum ſe eximit, quod eſt graue abſurdum cap. cuncta. 9.q.3.cap. non vos. verſ. quiſquis 22.q. 5. & ex eo prouenit quod pariter, nec ipſe S. Pontifex aliquem á tali ſuprema poteſtate poteſt eximere, Ioan. And. in cap. cum inſtantia de cenſibus Felin. in d. cap. cum non liceat in fin. exceptis his in quibus iura ſtatuunt præſcribi poſſe contra Romanam Eccleſiam, vel in ſubiectione ſpeciali, vel immediata de qua in cap. ſi Papa 10. verſ. ſi autem de priuileg. lib. 6. cap. cum dilecta verſ. quia vero de confirmat vtil, ſicut etiam contra ipſius S. Pontificis poteſtatem temporalem, Felin. numer. 22. in d. cap. ad audientiam.

11 Verum hæc nobiſcum non pugnant, quia non agimus de præſcribenda ſuprema iuriſdictione, ſed de infimo iuriſdictionis Eccleſiaſticæ gradu, quatenus clericorum bona temporalia reſpicit, circa quæ tale priuilegium ſubordinatum fuit Petro, & ſucceſſoribus, vt ipſi circa vſum talis priuilegij, modum adhiberent, circa perſonas, & cauſas, in quibus talis exemptio ſeruari deberet, quia quo ad determinationé priuilegij, ſubeſt Eccleſiaſticæ poteſtati, vt ex prudenti arbitrio ordinet, & diſponat, quæ omnia fiunt, vel conſtituẽdo ius nouum, vel limitando antiquum, ſeu reuocando, dixit Soares aduerſus Angliæ erro. lib. 4. cap. 9. num. 10. cum ergo S. Pontifex hoc vel illo caſu, limitatc lericale priuilegiũ, non offendit ſupremam poteſtatem qua ipſe poteſt propter finẽ ſupernaturalem, vel quando mutatis rebus cedat in præiudicium ordinis, caſum permiſſum prohibere, vel iterum prohibitum remittere, rebus tamen in eodem ſtatu permanentibus, nec deficientibus á ſua primæua ratione, S. Pontifex eſt verè contrahens, & obligatur ad fidem promiſſam, pluſquam cæteri homines, tanquam fidei origo, & veritatis, Deutor. cap. 23. ibi. quod ſemel eſt egreſſum de labijs tuis obſeruabis; nec conuenit bono viro, vt quod ſemel dixit poſtea reuocet, Egidius deciſ. 3. Guido deciſ. 254. non enim debet contractus claudicare, vt Reges ex ſua parte teneantur, ipſe vero minime Caldas Pereira ad l. ſi curatorem verbo hunc contractum n. 4. Meno. conſ. 122. quia ipſe in his conſideratur tanquam priuatus. Gonzales d. gloſ. 28. num. 19. Ex quibus refutantur ea quæ eo loci dixit Soares, quod ex parte Regum contractus manet irreuocabilis, non ex parte S. Pontificis, quia ſi contingat reuocari ſemper Summus Pontifex tenebitur reſtituere ea omnia quæ à Rege accepit,

pro

pro tali concordia inneunda, arg. l. ſi diuerſa pars. C. de tranſactio. cum vulgaribus.

12 Adhuc autem quæret quis, quæ cauſa requiratur, vt talis cōcordia reuocari valeat, & ſuppoſito quod hic contractus inuitus fuit, vt Reges in multis caſibus á iure ſuo, & cōſuetudine antiquiſſima deſiſterent, & inſuper in remunerationem laboris, pro fide tranſacti, (quo reſpectu priuilegium conceſſum fit irreuocabile, maximè quando regno cōceſſum eſt, ex Guilel. verbo ſi abſque ſub tit. de fideicomiſſar. nu. 43. Bald. in l. qui ſe patris C. vnde liber. & in l. vectigalia C. de Victigal, & commiſ.) Hodie tale priuilegiū non reuocaretur, niſi cum magna, & vrgenti cauſa, quæ bonum cōmune, & Eccleſiæ ſtatum attingeret, arg. c. decet de reg. lib. 6. Vnde ſi actus aliter fiat, non erit vndique honeſtus, & in hoc regno quod his concordijs, & conſuetudinibus, à multis retro ſæculis gubernatur, maximas perturbationes concitaret, & alijs malis præberet auſam, quæ magis Eccleſiæ decorem, & ſtatum lædcrent, cūque omnes rationes quæ hodie allegari ſolent, contra talé concordiam viguiſſent tempore quo inita fuit, concedens eſt viſus illis renuntiare, vt per Iaſ. conſ. 1. lib. 1. n. 3 Aflict. deciſ. 361. num. 6. Decian. conſ. 19. nu. 89. lib. 3. & id facere nequit quouſque parti plenam ſatisfactionem exhibeat. Pinel in l. 1. 3. p. num. 62. illat 16. poſt Bart. & alios Matienſ. tit. 7. l. 11. gl. 8. nu. 6. Gabriel tit. de non tollend. iur. quæſit. concluſ. 2. nu. 25. idem Pinel in l. 2. C. de reſcinden. 1. p. cap. 2. n. 14. Menchac. illuſtr. lib. 1. c. 5. n. 15. Gail. lib. 2. practic. obſerua. 56. nu. 8. Fachineus lib. 8. cap. 63. q. 5. nec Principi concedendū eſt, vt ſine vrgenti cauſa vtatur plenitudine poteſtatis, quia Tyranidem ſaperet, Gabriel libr. 3. tit. de iur. quæſit. concluſ. 5. num. 18. Crauet. conſ. 241. á nu. 20. Matienſ. lib. 5. tit. 10. l. 6. gloſ. 1. num 14. Iaſ. conſ. 233. col. 8. lib. 2. Cabed. deciſ. 12. n. 9. p. 1. nam aliter non poteſtatis, ſed tempeſtatis effectus producit, Cabed. deciſ. 95. à num. 12. 2. p. & deciſ. 9. n. 8. 2. p. & deciſ. 75. eod.

13 Tertio quæſtio poſtulat vt videamus an huius regni concordatæ reuocatæ cenſendæ ſint ex Bulla Cœnæ Domini, affirmatiuam ſequitur Azorio in ſumma lib. 5. cap. 12. verſ. ex dictis, quem videtur probare Soares aduerſus Angliæ errores á nu. 29. cap. 34. verba Bullæ Gregor. 13. ſic habét: Etiã prætextu quorumcumque priuilegiorum á Sede Appoſtolica ex quibuſuis cauſis, ac ſub quibuſcunque tenoribus, & formis in genere, vel in ſpecie, conceſſorū quibuſcunque Regibus, quæ nollumus illis in aliquo ſuffragari. In Bulla nouiori eſt clauſula 15. & 16. quas explicat Soares de Cenſur. diſpu. 21. à num. 90. Nauar. in

ſumma cap. 27. numer. 72. & alij infra citandi nouiſsimè doctiſsimus fr. Antonius de Souſa diſpu. 76. cap. 15. & diſpu. 78. cap. 16. & diſp. 84. cap. 17.

Verum his non obſtantibus receptior eſt ſententia abſque vllo cenſurarũ metu Reges inter ſuos ſubditos violentias tollere poſſe, & inter alias reſponſiones, quas doctores confingunt illa eſt, quod Bulla Cœnæ Domini hos caſus non compræhendit; ſed illos in quibus Reges, ſeu magiſtratus præſumptuoſè, ſe ingerunt, & contra Eccleſiæ libertatem proſequitur Soares d. diſputa. 21. nu. 90. Iacobus de Graffi. in d. Bulla num. 128. Seſe de inhibitio cap. 8. §. 4. num. 6. Bobadill. lib. 2. cap. 18. num. 139. non vero quando ex legis permiſsione, prout in hoc caſu, patet ibi authoritate propria, & de facto, quæ verba non conueniunt Regibus, qui ex priuilegio Sedis Appoſtolicæ cognoſcunt, Sed hæc reſponſio, licet in illis caſibus præſtari poſsit, in quibus conſtat de priuilegio, tamen noſtris conſuetudinibus nõ conuenit, quæ non á priuilegio ſumpſere innitium, ſed ſolo immemoriali vſu, corroborantur, & vltimo concordia. Alij reſpondent, d. verba Bullæ agere de cauſis criminalibus, de quibus noſter non eſt ſermo, nam in hoc regno, exceptis aliquibus cauſis temporalibus clericorum, quo ad alias cauſas criminales, vel mixtas, eorum exemptio illibata eſt, adeo vt nulla actio ciuilis ex crimine in ſæculari iudicio diſcutienda ſit, nec illud leges Regiæ patiantur, vt patet ex Ordinat. lib. 2. titul. 1. §. 4.

Deinde ſolent ponderari illa verba, dum priuilegia Regum damnant, ibi. prætextu litterarũ Appoſtolicarum vſu non receptarum, &c. & ſolet reſponderi quod non offendunt priuilegia huius regni, quæ longiſsimo vſu ſunt recepta, & conceſſa in remunerationem laboris, quia de ſolis priuilegijs intelligi poſſunt, quæ vſu non ſunt recepta.

Dum autem in d. 15. clauſula conſuetudines abrogantur, vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, ſolet reſpõderi, quod in cauſis violentiæ, ſecundum Cannones Reges cognoſcũt, quo dato non læditur in aliquo illa libertas Graffis d. 14. cauſ. n. 128. ad fin. vbi plures caſus refert in quibus ſine offenſione Bullæ clerici ad iudicium ſæculare trahuntur, inter quos caſum violentiæ enumerat, & citat Aflict. deciſ. 224. & 85. Azeuedo in l. 2. tit. 6. lib. 1. Meno. de recuper. remed. 3. num. 356. Segura in director. 2. p. cap. 13. num. 51. Viualdus in Candelabro caſ. 14. num. 102. licet aliter ſentiat Guterr. quem citat Ceuallos 4. p. q. 879. n. 133.

Inſuper reſpondetur, quod d. Bulla Cœnæ Domini, loquitur in his in quibus læditur Eccleſiaſtica libertas

libertas, quæ tunc læditur, quando detrahuntur ea, quæ competunt Eccleſiæ vniuerſali, à Deo vel humano iure, explicat elegãter Soares de Cenſur. d. diſp. 21. numer. 90. At vero quod in hac particulari Eccleſia, vel regno, clerici circa hũc, vel illum caſum non gaudeant fori priuilegio, non offendit Eccleſiaſticam libertatẽ, cum non reſpiciat ſtatum Eccleſiæ vniuerſalis, quia in pluribus regnis immo in toto orbe eadem viget conſuetudo, idem Ceuallos 4. p. in Epiſtola num. 96. Deinde hæc libertas Eccleſiaſtica læditur vel ſtatuto, vel ſola intẽtione ſtatuentium, quando ſcilicet ſtatuta, quæ alias valerent, eo animo fiunt, vt noceant, quia ex praua ſtatuentis intentionem non valebit quamuis attento iure validum eſſet ſic procedit cap. vlt. de immunit. Eccleſiar. lib. 6. Soares vbi ſup. num. 91. Graffis d. 14. cauſ. num. 135. & tamen conſtat quod huius regni conſuetudines ſolum intendunt tollere violentias, in quo pariter, & laicis, & Eccleſiaſticis conſulunt, ergo non ex intentione ſtatuẽtis offenditur libertas Eccleſiaſtica, niſi quando re ipſa offendatur, re autem ipſa læſio non intercedit, quia tunc dicitur ſtatutum contra libertatem eſſe, quando contra ius vniuerſale ſtatuitur, non vero quando ſuper re licita licet per accidens, & præter ſtatuentis mentem, aliquod conſideretur grauamen, docuit Soares vbi ſup. n. 93. cum Caietano, & alijs quos ibi citat.

14 Vltimo alij dicũt quod ideo cenſura non ligat Reges cognoſcentes de violentijs, quia ſpecialiter id à S. Pontifice obtinuerunt, vt dixit Morla. de iuriſdict. tit. 2. q. 44. num. 8. quod tamen abſonum eſt, cum Reges hoc ius cognoſcendi de violentijs prætendãt ratione Regalis dignitatis, & officij Seſe de inhibitio cap. 8. §. 4. n. 3. Oliban. de iur. fiſc. cap. 14. nu. 118. Ceuallos 4. p. in epiſtola nu. 65. & ſeqq.

Et licet hæ reſolutiones, ſuis regionibus vbi vigent tales conſuetudines conuenire poſsint, ad noſtras non in totum conueniunt, quia leges huius regni circa notorias violentias nullo præſumpto priuilegio nituntur, ſed immemorali conſuetudine. approbatione Sedis Appoſtolicæ, per concordiã raborata, quare ceſſat labor Bullæ Cœnæ Momini, dum reuocat priuilegia vſu non recepta, nos enim non priuilegio, ſed cõtractu vtimur, geſto cum ligitimis cauſis, eo tempore S. Pontifici propoſitis, quales præſumendum eſt ab innitio interceſsiſſe, cum tam longum temporis ſpatium effluxerit, qualis inter alias eſt, quod Reges regnum à Mauris occupatum Sedi Appoſtolicæ reſtituerunt, quo caſu multa fauorabilia contra iuris regulas induci poſſunt, & debent arg. cap. 1. de præſcriptio. Inſuper cenſura Bullæ Cœnæ ſolum

lum operari poteſt contra occultos vſurpatores rerum Eccleſiæ, qui ſine titulo, & cum violentia, iura dictæ ſedis occupant, & de facto detinent, non vero dirigitur in poſſeſſores titulatos, qui iuſtã detinendi cauſam obtinent, ſaltem cenſura iuris, quouſque de iniuſta occupatione in competẽti iudicio conuincantur, nemo enim cogitur ex vi cenſuræ prolatæ de ſuo titulo dubitare, nec practice dubius efficitur, ita vt in mala fide conſtituatur, pro vt conſiderat Caietan. agens de practicè dubitante tom. 1. tractat. 31. reſponſ. 13. dubio vlt. Medina de reſt. q. 10. col. 7. Gouar. in reg. poſſ. ʃ. 3. n. 4. tit. de ſponſal. 2. p, cap. 7. §. 2. n. 10. Immo cenſuræ ſic prolatæ contra certum detentorem, qui contractum habet cuius virtute poſsidet, eſſent notoriè iniuſtæ, & contra iuris regulas, cum potius addito iudicè citari, & pulſari debeat, oſtenſis, & probatis cauſis, ex quibus talis contractus obſeruari nequeat, ſuper quibus, & eorum obſeruantia, contraria pars audiri debet, quouſque ſententia proferatur ſuper nullitate ipſius, aliter enim eſſet velo leuato procedere cum notoria incompetentia, quia ſi Bulla Cœnæ Domini à Summo Pontifice profertur in modum defenſionis ad inſtar cõſeruatoris iurium ſanctæ Sedis, arg. cap. 1. & fin. de off. deleg. lib. 6. illud vtique ſolum obtinet quã do Sedes Appoſtolica poſsidens à ſua poſſeſsione deturbatur; non vero quando ab ea per contractũ exijt aliqua iuriſdictionis pars, vel alterius iuris, circa quod ceſſat notoriæ violentiæ priuilegium, cum potius ſi detur violentia non eſt per ſe conſiderata, ſed ſub inuolucro contractus geſti, de cuius viribus adhuc dubitatum nõ eſt, in quo violentia dubia, & ad modum dubia verſatur; maximè quod quando contractus verba dubia ſunt, vt hunc vel illum ſenſum recipere poſsint, illius verba obſcura immemorialis conſuetudo interpretatur, quæ non ſolum contractus humanos ſed & ius diuinum interpretari poteſt, & valet, latè Bart. in l. neque ff. de legibus Barboſa in l. poſt dotem ff. ſoluto matrimonio num. 48. faciunt quæ Morla. in Empor. tit. 2. q. 26. num. 7. Cuia. lib. 10. obſeruat. cap. 13.

15 Atque ex his ceſſant rationes Azorij ſup. d. loco, & Soarij, & aliorum qui oppoſitum probare contendunt. Nec inſuper obſtabit, quod illa derogatio Bullæ generalis ſufficere debet, cum fiat per viam legis, & cum ex motu proprio procedat non requiritur ſpecifica derogatio priuilegiorum, vel conſuetudinum, Paulus conſ. 51. Deci. conſ. 165. quos citat Cabed. d. 94. num. fin. & deciſ. 76. in fin. quia hoc procedit in his quæ ex liberali conceſsione obtinentur à Principe, à ſubditis eius, non vero in his quæ ex contractu

& con-

& conceſsione perpetua, ſuper qua Principe nou audito, ſi proceditur ſine dubio videbitur ſpoliari, cui multæ defenſionis cauſæ competere poſſent, & ideo non eſt veroſimile, S. Pontificem de his conſuetudinibus, & cõcordijs cogitaſſe, vt de ſe fatetur Martinus Papa in d. Breui á Guidone citato deciſ. 1. Cum enim reuocatio Bullæ nõ aliter iuſtificari poſſit niſi quando prima conceſſio à ſuo fine defecit. & incæpit vergere in præiudicium Eccleſiæ, ſuper hoc defectu cauſæ à ſuo fine, debet Princeps ſæcularis audiri priuſquam procedatur contra eum, & priuſquam annulletur eius concordia, cum poſsit ei cõpetere iuſta defenſionis cauſa, & contra partem inauditam procedi nequit, quin ſequatur aperta nullitas, cap. 1. de cauſ. poſſ. cum vulgaribus.

16 Nec tandem obſtabit ſupra dictis quod paſsim objicitur, Regem Sebaſtiannum, à Sede Appoſtolica impetraſſe facultatem vtendi ſuis conſuetudinibus, & concordijs, ad annum duntaxat, & quod ex eo viſus fuit renuntiare concordijs, & conſuetudinibus antiquis, quo tempore elapſo, detentio iniuſta efficitur, cum ad tempus conceſſa poſt illud cenſeantur prohibita. l. in agris ff. de aq. rer. dom. verba autem breuis ſic habent.

Chariſsimo in Chriſto filio noſtro Sebaſtiano Portugal Regi, & Algarbiorum illuſtri, Gregorius Papa 13. Chariſsimè in Chriſto fili noſter ſalutem, & Appoſtolicam benedictionem. Exponi nobis fecit Maieſtas tua ad tuam notitiam nuper perueniſſe nõnullas leges tuorum regnorũ antiquiſsimo vſu receptas, priuilegiaque tibi, & prædeceſſoribus tuis ab Appoſtolica Sede conceſſa, per conſtitutiones Appoſtolicas feria quinta in Cœna Domini publicari ſolitas, verborum ipſorum tenore inſpecto abrogari, ex eoque non ſolum graue admodũ præiudicium tuæ Regiæ iuriſdictioni inferri, verum nõ poſſe leges ipſas, aut priuilegia tolli abſq; maxima turbatione pacis tranquilitatis, & concordiæ ſub qua ſæcularis, & Eccleſiaſticus ſtatus iſtorum regnorum ad præſens degunt, quodque licet exiſtimare, ac etiam credere potuiſſes, leges ipſas quæ iuxta concordias inter Reges maiores tuos & Eccleſiaſticum ſtatum ſupra centum, & nonnulla etiã ſupra ducentos annos pro tollendis controuerſijs, & quæſtionibus tunc vrgentibus cõ-

ponendis, & pace confouenda initas, & illarum aliquas Apoſtolica authoritate roboratas, conditæ, & introductæ & priuilegia quæ ex iuſtis, & ligitimis cauſis adhuc durantibus conceſſa fuerunt, attento etiam quod leges, & priuilegia huiuſmodi sũt propenſa, & intellecta non in offenſionem, aut diminutionem Eccleſiaſticæ libertatis, ſed ad Dei ſeruitium, regnorumque, & dominiorum tuorum publicum bonum, & tranquilitatem, & pacem inter ſtatus prædictos confouendam, diriguntur, & vti talia recepta, & hactenus pacificè, & ſine vllo ſcandalo videntibus, & patientibus Appoſtolicæ Sedis in regnis ipſis nuntijs, obſeruata fuerũt, ſub Conſtitutionibus prædictis minimè comprehendi, nec intentionis noſtræ, vel prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificũ fuiſſe ſimiles leges, aut priuilegia reuocare, illorũ vè vſum, & executionem impedire. Nihilominus tamen pro tua parte erga nos, & Apoſtolicam Sedem noſtraque, illius mandata reuerentia, id tibi licere, ne dũ putaſti, abſq; mẽtis noſtræ declaratione ſpeciali, verum etiam legum, & priuilegiorum huiuſmodi vſum, donec nos conſuleres forſan interdixiſti. Quare nobis humiliter ſupplicari curaſti, vt attentis præmiſsis leges, & priuilegia prædicta, in Bulla Cœnæ Domini, (vt præfertur) legi conſueta non comprehendi, tibique, & miniſtris tuis illis vti licere, prout tam tu quam prædeceſſores tui, regnorumque tuorum Reges, tuique, & illorum miniſtri hactenus feciſtis, decernere, & declarare, atque regnorum tuorum paci, & tranquilitati paternè conſulere de benignitate Appoſtolica dignaremur.

Cum autem neque ex litteris Maieſtatis tuæ, neque ex relatione tuo nomine nobis facta, intelligere potuerimus, quid legibus, & priuilegijs prædictis caueatur, adduci nõ potuimus, (licèt alioquin animo ſimus erga te propenſiſsimo) vt ea probaremus, maxime cum de animarum ſaluti agatur, quorum nullam penitus notitiam habemus, quam

ſi habe-

ſi haberemus quod tibi nunc non concedimus, fortaſſe non denegaremus: quocirca Maieſtatem tuam hortamur, vt quam primum dictas concordias confirmationes, leges, & priuilegia ad nos mittere cures quibus per nos viſis, & paterno affectu conſideratis eam rationem innire ſtudebimus, qua tuæ tuorumque conſcientiæ ſecuritati, & tuorum regnorum tranquilitati conſulatur nos beneuolos erga te exhibere curabimus, vt tuæ erga nos, & hanc ſanctam Sedem pietatis, & obedientiæ te minimè pœniteat. Interim vero maieſtatis tuæ votis quantum cum Deo poſſumus aliqua ex parte ſatiſfacere cupientes; tibi, & tuis iudicibus, ac miniſtris, vt legibus prædictis, & priuilegijs vti, & ſecundum illas, & illa procedere, iudicare, exequi, prout hactenus, (non tamen in contemptum) ſine controuerſia vſi eſtis, dummodo ſacri conſilij decretis non contradicant, ad annum, & vlterius ad noſtram, & Sedis Appoſtolicæ beneplacitũ abſque cenſurarũ in d. Bulla in die Cœnæ Domini legi conſueta contentarum in curſu, valeatis, tenore præſentium, de benignitate Appoſtolica cõcedimus, & indulgemus; volumus autem per hoc nullã tibi de nouo iuriſdictionem acquiri cõtrarijs quibuſcunque non obſtantibus datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 25. Aprilis 1574. Pontificatus noſtri anno 2.

17 Si attendimus ad verba huius indulti ex illis colligitur efficax argumentum quod S. Pontifex in Bulla Cœnæ Domini non ſentit de huius regni conſuetudinibus, & concordatis, quia ipſe aſſerit ſe nullam ipſarum habere notitiam, non ergo poteſt dici deſtruxiſſe, quæ ignorauit, diſpoſitio enim quãtũcunque generalis, non trahitur ad ignota, & incogitata, Menoch. conſ. 335. n. 12. Valaſ. conſ. 169. n. 12. & in noſtro caſu eſt ſine dubio quia cum hæc iuriſdictio, & conſuetudines per contractum obtineantur, oneroſum, remuneratorium, & conceſſum, nõ ſubdito in temporalibus, niſi reductiuè; reuocari nequit, niſi vrgens, & ligitima cauſa intercedat, Cabed. d. 175. 2. p. & 194. quæ cauſa ligitima præſumitur in Principe reuocante, quia intelligimus, ipſum cum ratione mottum ad reuocandum

non ignorans contractus præcedentis conditionem. At vero quã do ipſemet Princeps fatetur, ſe leges,& conſuetudines regni omnino ignoraſſe, non eſt præſumendum reuocare intendiſſe, quæ ignorabat, quia nihil eſt in intellectu quin prius fuerit in ſenſu; nam licet verba generalia, ſint apta ſua natura comprehendere caſum priuiligiatum, vt inquit Menoc. remed.25.recup.n.83. tamen defectus ſcientiæ tollit vim verbis generalibus, vt ad ſpeciales caſus non porrigantur, & reſtringantur ad illos, quorum Princeps plenam notitiam habere viſus eſt, dixit Menoch. d. remed. 15. num. 84. Guterrez pract. q. 16.n. 51. idem Menoch. conſ. 717. num.12. & 13. Gonzales gloſ. 5. §.3.n 65.

Vnde fit quod licet generalia verba Bullæ, comprehendant omnia quæ excogitari poſſunt, quia habent vim ſpecialis expreſsionis, vt per Aymon conſ. 294. num. 1. 2. & 3. & conſ. 397. n.7. Guterrez conſ.5.num.4. Gomez in regul. detrienal. q. 14. num. 3. illud ex eo prouenit quia per talia verba voluntas declaratur, Rotta d.368.n.4.diuerſ. 1. p. Tiraq. de legib. Connubialib. gloſ. 7. n.86. vſque ad n. 147. vbi ponit multas fallentias. Vbi autem cõſtat legiſlatorem ignoraſſe huius regni conſuetudines, ne in ipſo conſideremus iniquitatem, non eſt credendum, intendiſſem reprobare conſuetudines, & priuilegia, quæ ipſe non nouit, Paris conſ.99.lib.1.n.20. Maximè cum ſemper ſit illa interpretatio facienda, in diſpoſitionibus Principis, vt ſemper intelligantur factæ ſine tertij præiudicio. l. quoties C. de precib. Imp. offer. l. inciuile C. de rei vindic. l. nec auus vbi Bald. C. de emanci. liber l.2. §. ſiquis, & §. merito ff. nequid in loco pub. l. impuberibus ff. adminiſ. tutor. cap. ſuper eo de offic. deleg. c. quãuis in fine de reſcrip. in 6. & quæcumque generalis diſpoſitio ratione vitandæ abſurditatis reſtringitur l. 2. C. de noxalib. Rebuf.1.tom.ad leges Gal. titul. de liter. obligat. gl.1.n.4.

18 Noto vlterius ex breui, quod Regem hortatur, vt ſuas leges, priuilegia,& conſuetudines, Sedi Appoſtolicæ exhibeat, vt videãtur,& aprobentur, immo ipſam approbationem S. Pontifex pollicetur ibi quibus per nos viſis &c. quod an illo tempore factum fuerit neſcio ideo non affirmarem, ſed ſi præſumptioni locus eſſe poteſt ita præſumendum eſt factum extitiſſe.

19 Permittit inſuper illud breue Regi, quod vſque ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ ſuis legibus vtatur, abſque cẽſurarũ metu, quæ clauſula,& facultas nõ extinguitur morte concedentis, cum referatur ad beneplacitũ Sedis quæ nunquã moritur, text. in c. ſi gratioſe

tioſè de reſcrip. libr. 6. ibi. ſecus autem ſi ad Appoſtolicæ Sedis beneplacitum gratia cōceditur prædicta, tunc enim quia Sedes Apoſtolica non moritur, durabit perpetuo niſi á ſucceſſore fuerit reuocata, Caſſador. deciſ. 3. n. 1. & 2. de Conſtitut. Mandoſ. in regul. 1. Cancel. q. 1. & 10. n. 15. Puteus deciſ. 190. in fin. lib. 3. Gabriel lib. 6. Comun. tit. de præbend. concluſ. 1. num. 20. Gonzales gloſ. 12. n. 6. & ſeqq.

Quare hodie vt dictæ conſuetudines ſublatæ cenſeantur, (ſi hoc modo tolli poſſunt) oportet, vt in ipſa Bulla huius Apoſtolici indulti, & beneplaciti fiat ſpecialis mentio, & ſpecifica derogatio, alias enim ſemper durabit ex d. cap. ſi gratioſè ibi niſi à ſucceſſore fuerit reuocata.

20 Nec poterit obijci Regi Sebaſtiano, quod videtur ipſum ſuis conſuetudinibus renūtiaſſe, dum nouum titulum á Sede Apoſtolica obtinuit, ex ratione text. in cap. pen. de præſcription. Nam ſatisfit quod iuriſdictio non eſt propria Regis, ſed regni, Abb. in cap. intellecto de iur. iur. notab. 1. & 3. Couar. poſt alios in c. quamuis 2. p. §. 2. n. 4. Mencha. ſucceſsio Creat. §. 26. num. 45. Bal. in cap. 1. §. ad hoc n. 12. de pace iuram. firm. & Regis eſt in quātum regit, ipſiuſque iuriſdictionis proprietas, regno inſeparabiliter cohæret, ſolus ipſius vſus Principi elargitur, & ideó ſeruitutem non conſtituit Caldas Pereira de Extinctione cap. 5. n. 11.

Ex quo fit, quod ſi ex hoc actu aliquod preiuditium Regno generari potuit, pro infecto haberi debet, quaſi à non habente poteſtatem, maximè, quia Sebaſtianus Rex illud petijt, in vim cuiuſdam declarationis, & modi, vt magis ſe motio ſcrupulo poſsideret, & magis tollendas moleſtias cauſa, quàm dubitationis, ne Rex ſubſanaretur, annuis Bullæ Cœnæ publicationibus, & vt Pōtifex agnoſceret ſe, non indurato animo perſeueraſſe, ſed omnia ad Sedē Apoſtolicā remiſiſſe cui faces ſubmittebat, & à qua ius expoſcebat, & ſuccedit quod Iaſ. in l. Non dubium n. 10. C. de legib. quod qui declarat, nihil dat, neq; adimit, ſed quod inerat expreſsius aperit, & iudici cui non licet reuocare licet declarare, tollendæ ambiguitatis cauſa, l. qui mutuam ff. mandati ibi tollendæ dubitationis cauſa fiunt, ius non lædunt, l. quæ dubitationis ff. de reg. iur. Iunct. l. 1. §. ſciendum verſ. puto ædiles tollendæ dubitationis cauſa bis dixiſſe ff. de ædilit. edict. Valaſ. conſ. 103. num. 11. faciunt quæ Soares de legib. lib. 8. c. 1. n. 7. & 8. vbi late. Ex quibus concluditur noſtras conſuetudines in ſuo vigore, & vt iuri conformes, obſeruandas eſſe, nec in illis, aut cōcordatis aliquid immutatum ex d. breui ſupra relato atque ex his

in illis Bullæ Cœnæ prohibitionem minimé ſibi locum vindicare.

21 Vltima quæſtio eſt an Regij Magiſtratus harum concordatarum vigore hodie iudicantes aliquam cenſuræ notam incurrant, & reſolutiuè tenendum, non eſſe dubium quod ex ſupradictis titulis,& rationibus iudicantes abſque cenſuræ labe procedunt, & hanc eſſe ſufficientem notitiam, nec aliam maiorem requiri, quia illi non de ſuis legibus,ſed ſecundum illas iudicant, attento enim iure ſola bona fides iudicantis ſuf ficiebat, publicaquè exiſtimatio, vt eſt communis ex Innocent. in cap. nouerint de ſent.excommunication. & facit text.in l. quis ſit fugitiuus 17. verſ. apud Labeonē ff. ædilit. edict. ibi id faciat quod ei publicê facere licere arbitrabatur,vbi notat Bart.Ad quæ omnia non videtur Soares ſatis aduertiſſe dicto cap. 34. lib. 4.contra Angl. err. in fine, dum late in Conſuetudines huius regni inuehitur, & de noſtris legibus inter Angliæ errores agit, iudiceſque obligat,vt videant,& perſcrutentur,an concordiæ durent, vel reuocatæ ſint: Ingenuè tamen fatetur ſe dictas concordias ad illum vſque diem non vidiſſe, & certè merito argui poteſt, quod eaque non vidit, damnet, & reprehendat. Satis nanque videtur, quod Regij Iudices qui leges regni ſeruare iurarunt, illas obſeruent, nō præſumptuoſé, & animoſé procedentes, contra iuriſdictionem Eccleſiæ, immo eam colentes, & hebentes præoculis,redentes quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ Dei Deo, iuxta illud Eſayæ 30. Hæc eſt via ambulate per eam,& non declinetis neque ad dextram, neque ad ſiniſtram, in dubijs per Eccleſia iudicantes.

Nec ratio aſsignata á Soario vera eſt,dum eos obligat, vt concordias intueantur,& videant an extent quaſi non alia via pateat, iudicandi facultas, nam cum S. Pontifex poſsit clericorum exēptionem in aliquibus remittere,cū ligitima cauſa, vt dixit Felin. in cap.ſiquis de maior. & vltra alios quos ſup. citaui Aufrer.in Clem. 1. de officio ordin.num.91.Paz in pract. 2. tom. prælud.2. num.4. Belluga rub. 11. §. videndum n. 12. Tiber.Decian.1.tom.Crimin. lib.4.cap.9.num. 66.quoties allegatum fuerit concordiam fuiſſe celebratam,licet ea non extet,immemoriali vſu belliſsimè probabitur, nam ſicut priuilegium, ſic contractus conſuetudine probatur, quia vim habet conſtituti, & ſpecialiter cōuenti, vt ſupra diximus.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Protectio duplex eſt quæ competit Principi, iuriſdictionalis & non iuriſdictionalis.*

Prima verſatur in violentijs intra annum, ſecunda in violentijs cõmiſsis à iudice Eccleſiaſtico. ibi.

2 *Violentia à quolibet Prælato duobus modis commiti poteſt, vel tanquam particularis, vel tanquã Prælatus.*

Quando vt Prælatus grauat, tribus modis grauamen conſideratur, vel in oppreſsione dubia attento iure, vel in manifeſta denegato iure naturali, vel cum notorio iuriſdictionis defectu. ibi.

Primo caſu non occurrit Rex, nec defendit, in ſecundo requiritur notoria oppreſsio, in tertio occurrit etiam ſi oppreſsio non detur. ibi.

Recurſus ad regem ex vno ex quatuor cauſis competit, vel ex violentia, vel ex oppreſsione notoria, vel ex denegatione iuris naturalis, vel ex vſurpata iuriſdictione.

EXPLICANTVR ALIQVI CASVS in quibus Iudex Regius ex vi ſui officij pro violentijs, & oppreſsionibus notorijs, de negatione iuris naturalis, vel vſurpata Regia iuriſdictione cognoſcit, ad Ord. lib. 1. tit. 9. §. 12.

1 QVia vt inquit Cicero, lib. 1. de oratore, non ſufficit inuenire quæ dici poſsint, niſi inuenta, ordine, atque iudicio diſpenſentur, operæ prætium duxi, aliquos recenſere caſus, & quæſtiones, ex his quæ quotidie inter vtriuſque poteſtatis ſpiritualis, & policitæ defenſores, excitantur, dum quiſque pro ſua iuriſdictione pugnat, & alienam ambit, ludant alij fæliciori minerua, & elegantius ſui ingenij vim, atque amplitudinẽ exerceãt, quibus maius otium ſupereſt, nobis ſatis ſit, inter tot occupationes, & negotia, quæ in ampliſsimo Senatu ſemper noſtras aures circumſtrepunt, tantum otij noſtris ſtudijs parere potuiſſe, vt adhæc ſcribenda, animum appellere poſſemus, in quibus materia longe opus ſuperabit.

Protectio quæ regibus competit, (vt ſupra diximus) duplex eſt iuriſdictionalis, & non iuriſdictionalis, ſed per modum ſubſidij. Prima explicatut inter ſubditos, & non ſubditos, diuerſi mode tamen, quia inter ſubditos abſolutè competit, quotieſcunque caſus neceſsitas occurrerit. Inter non ſubditos, prout ſunt clerici, ſolum in caſibus á Iure, Cannonibus, Cõcordia, aut Conſuetudine ligitima conceſsis, quales ſunt caſus violẽtiæ, intra annum, & diem, de quibus Reges cognoſcunt ex Ordinatione lib. 2. tit. 1. §. 2. in quibus cognoſcunt, & indicant, proceſſu inſtituto, & partibus auditis, prout ex concordia ſibi competere illo loco oſtendemus. Secunda extra formam iudicij explicatur, per viam defenſionis, & ſubſidij, prout in Ord. lib. 1. tit. 9. §. 12. ac quando tuitiuæ chartæ poſſeſſoribus conceduntur, & alijs ſimilibus, de quo ſup. diximus in præludijs, præludio. 1. in fine.

2 Et quia de hoc vltimo noſter eſt ſermo, noto quod violentia à quolibet Prælato illata duobus modis conſiderari debet, dum eã committit, & dum procedit tanquam particularis perſona, vel tã quam prælatus exercendo iuriſdictionem Eccleſiaſticam. Primo caſu, non ſpectat ad iudicium Regiæ Coronæ cognitio, quia illa violentia reparari debet via iuſtitiæ in iudicio competenti, Regia Ordinat.

Ordinat.lib.2.tit.1.in princ. & §.2. In ſecundo autem caſu, quando Eccleſiaſticam iuriſdictioné exercet, tres ſunt diſtinguendi caſus. Primus quando opprimit cum cauſæ cognitione, contra merita cauſæ,& iuſtitiæ, quo caſu continet violentia oppreſsionem dubiam quæ cum meritis cauſæ comiſcetur, ita vt oporteat proceſſum examinare, vt de illa conſtet. Secundus quando violentia eſt de facto, & notoria, vel partem ſpoliando, vt in cap. conquerente de reſt.ſpol.vel non audiendo denegata naturali defenſione, ex reg. cap.1. de cauſ. poſſ. Tertio quãdo ſeruato iuris ordine partibus ligitimè vocatis cum notorio tamé defectu iuriſdictionis vſurpando regiam,& ſæcularem.Primo caſu non patet conquærentibus Regiũ tribunal, quia ſuperiores Eccleſiaſtici, adeundi ſunt, qui per modos à iure conceſſos iniuſtitiam reforment cap.paſtoralis d'appel. cap.Romana eod.tit. lib.6.Soares aduerſus Angliæ error.lib.4.cap. 34.num. 34. Ordinat. d. lib. 2. §. 2. In ſecundo, Princeps tanquam vir bonus imploratus occurrit nõ tanquam Iudex, ſed tanquam Rex, & Dominus Ordinat. libr. 2. titul. 3. & 4. In tertio tandem vſurpatam iuriſdictionem tuetur etiamſi violentia non detur proſequitur Ordinat. d. §. 12. & titul. 12. §. 5. & 6.

His notatis hæc cognitio iudicis Regij ad quatuor claſſes reducitur, vt Iudex Regius cognoſcat, vel ex violentia, & vi cõmiſſa ſubdito, vel ex oppreſsione notoria quæ damnum continet irreparabile, vel quod difficilime reparari poteſt, vel ex denegatione iuris naturalis, vel vltimo ex vſurpata Regia iuriſdictione; & pro faciliori caſuum intelligentia ſingula hæc membra percurramus.

(∴)

SVMMARIVM.

1 *Regibus datũ eſt tollere violẽtias inter ſubditos.*

2 *Verbum illud legis Regiæ ou força debet accipi cum repetitione notorij.*

Ad licitum vſum defenſionis requiritur quod violentia ſit clara, & manifeſta. ibi.

Confutatur opinio Franciſci Soarij dum ſolum permittit Regi defendere quando in actu ſubditus ſe ſuaque defendit. ibi.

3 *Conſeruatores ſolum de notorijs iniurijs cognoſcũt delegatus tenetur ſuæ commiſsionis formam probare. ibi.*

Mandatum non aliter probatur quam inſtrumẽto niſi ſit deperditum. ibi.

Ordinarius poteſt iubere conſeruatori, vt litteras ſuæ commiſsionis exhibeat.

Hoc poteſt fieri quoties opportuerit fieri. ibi.

4 *Hodie conſeruatores in ampliori firma concedi ſolent, ne delegãtis morte expirent.*

5 *Qualitas violentiæ notoriæ prius iuſtificari debet, ſicut alia qualitas quæ eſt fundamentum iudicij. ibi.*

6 *Conſeruator ſi delinquit in territorio ordinarij ibi puniri poteſt.*

7 *Conſeruatores an conſtitui poſsint iudices ordinarij exemptorum, vt ceſſet lex Regia.*

Legatus de latere eſt ordinarius modo tamen extra ordinario, & ſecundũ quid non propriè. ibi.

Corã legatis de latere cauſæ cum ſportulis deciduntur quod ſecus eſſet ſi eſſent ordinarij. ibi.

Explicatur Ordinat.lib.2. tit. 1. in prin. ibi ſuperior ordinario. ibi.

8 *A conſeruatoribus patet recurſus dum cenſuras proferunt indebite.*

Refertur

Refertur areſtum Senatus in iudice cognoſcente nulliter. ibi.

Si partes negant violentiã notoriam, nec illa probatur cauſa debet remitti. ibi.

Cum petuntur iura inſolita à colonis monaſterij recte eius conſeruator laicos excommunicat. ibi.

Referuntur varia Areſta Senatus. ibi.

9 An pateat recurſus ad Regem quando in cauſis viſitationũ appellatio recepta non eſt, vel Epiſcopus recuſatus nihilominus procedit. ibi.

Interpretatur cap. irrefragabili de offi. ordin. ibi.

Ab Epiſcopo viſitante non licet appellare in cauſa correctionis. ibi.

Prohibita appellatione adhuc illa admittitur quæ proponitur ex rationabili cauſa. ibi.

10 Appellatio quibus modis prohiberi poſsit.

11 Simpliciter appellatione prohibita omnis remouetur.

12 Si prohibetur non ſimpliciter, ſed ne interponatur, niſi ſub certa forma tunc admittitur quæ interponitur ex rationabili cauſa.

13 Quando prohibetur ex natura cauſæ quia eſt executionis, vel correctionis, tũc appellatur cum iuſtificatione cauſæ.

14 Quando appoſita ſunt verba omni, & quacumque appellatione remota, quid ſit.

15 In cauſis viſitationum attento iure prohibita eſt appellatio quantumcunque iuſta ſit.

Hodie ex Sacro Conſilio quomodo appellandum. ibi.

16 Confutatur ſentẽtia gloſæ in cap. Romana §. ſi autem de appel. in 6. ibi.

17 Interpretatum cap. de priore de appel.

Recurſus non patet ad Regem ſi appellatio non admittatur quando à iure repellitur. ibi.

18 An in viſitatione poſsint recuſari viſitatores Epiſcopi.

Senatus aliter cenſuit. ibi.

In viſitatione religioſorum non ſe poteſt Princeps

ceps intromittere. ibi.

Differentia conſtituenda inter Epiſcopum ante viſitationem recuſatum, vel quando in actu ipſo viſitandi recuſatur. ibi.

Ponderatur Ordin. lib. 3. tit. 21. §. pen. ibi.

19 *An qui ad Regẽ recurrit poſſit ex tali facto puniri.*

Vrbanius agit qui ad Regem recurrit. ibi.

Recurſus ad Regem ob defenſionem ſui licitus eſt, & ſic Rotta iudicauit. ibi.

Explicatur locus Seſe.

Refertur Areſtum Senatus C. in cauſa Cannonici Antonij Lopes da Maya, qui miſerat procuratores ad Curiam, & nihilominus illi prouiſum fuit. ibi.

20 *Clerici excomunicari nõ poſſũt à ſuo Epiſcopo, quod pro vi cõmiſſa agant in ſæculari.*

Epiſcopus prohibere poteſt ſuis ſubditis, ne iuriſdictionem ſæcularem prorogent. ibi.

21 *Contraria eſt verior oppinio in caſibus violentiæ, quia non poteſt excõmunicari pro caſu licito.*

Refertur Areſtum Senatus in caſu propoſito cum noua forma prouidendi.

22 *Iudex* Regius *an declarare poſſit cenſuras eſſe nullas.*

Iudex Regius *non iudicat de nullitate cenſuræ, ſed ſolum factum nullitatis explicat. ibi.*

23 *An ea declaratione facti ſequuta adhuc debeat excõmunicatus à Iudice Eccleſiaſtico abſolutionem petere.*

Re*ſponſio Franciſci Soares refertur. ibi.*

Iudex Regius *habet ſufficientem autoritatem ad declarandam cenſuræ nullitatem. ibi.*

24 *Si cenſura fuit valida ſemper requiritur abſolutio à perſona Eccleſiaſtica.*

25 *An patronus qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentãdi ſi eius præſentatus non admittatur poſſit recurrere ad* Regium *tribunal.*

Epiſcopus nõ grauat dum petit documenta quibus de iure patroni conſtet. ibi.

Quid quando oſtenſis titulis legitimis, nihilominus

Epiſco-

Epiſcopus iubet, vt fiſcalis ſe opponat. ibi.
Præſentationes ſunt fructus iuris patronatus, quibus ſi ſpoliatur datur violentia. ibi.
26 *Quaſi præſentandi poſſeſsio per vnicum actum acquiritur.*
27. *Interpretatum Conſiliū ſeſſ. 25. cap. 9.*
Conſilium procedit in conſtituendo iure patronatus non vero quando non dubitatur de iure patronatu, ſed de patrono quia tunc ſufficit vltimus ſtatus probari. ibi.
Refertur declaratio Rottæ. ibi.
28 *Patronus non tenetur in qualibet vacatione de iure ſuo docere.*
Si patronus ſemel poſt conſilium admiſſus eſt cēſentur omnia neceſſaria præceſſiſſe. ibi.
Solemnitas actus non eſt de ſubſtantia, & quando. ibi.
29 *Si patronus in qualibet vacatione de iure ſuo docere debuiſſet, iam ſpoliaretur iure ſuo.*
Referūtur caſus in quibus ſic iudicatum fuit. ibi.
30 *Quid quando ius patronatus eſt mixtuam an fiat violentia ſi per concurſum prouideatur beneficio.*
Beneficia mixta per concurſum prouideri del ē . ib.
Qualitas Eccleſiaſtica dignior laicali. ibi.
Mixtum ſequitur naturā ſimplicis dignioris. ibi.
Collegium vbi concurrunt clerici, & laici dicitur Eccleſiaſticum. ibi.
In præſentatione maſculi, & fœminæ præſentatio maſculi præfertur. ibi.
Per concurſum melius Eccleſiæ prouidetur. ibi.
Beneficij vtilitas prius attendi debet. ibi.
31 *Diſpoſitio loquens de caſu ſimplici, comprehendit etiam caſum mixtum exceptis odioſis.*
32 *Contraria opinio eſt verior quod non debeant beneficia mixta prouideri per concurſum.*
Priuilegium patroni non debet cenſeri reuocatum in dubio. ibi.
Amplectendum eſt quod patrono fauorabilius eſt. ibi.

Verba

Verba conſilij in alijs beneficijs verificari poſſunt quã in patronatis. ibi.

Conſilium dum loquitur de beneficijs iuris patronatus Eccleſiaſtici non debet trahi ad mixta. ibi.

Princeps ſi donat ob ſeruitia futura, & illa ſequuta ſunt ſi reuocat donatum dolum committit. ibi.

33 *Licet in patronatu mixto ſæcularis gaudeat ſemeſtri non ideo beneficij Eccleſiaſtici naturam aſſumit.*

34 *Ius patronatus mixtum totum laicale reputatur.*

Ius patronatus mixtum nõ dicitur ſimpliciter ius patronatus, ſed cũ additamẽto. ibi.

Lex loquens de vnione nõ comprehendit vnionem ad vitam. ibi.

A digniori aliquando non fit dinominatio. ibi.

35 *Per concurſum non melius ſemper prouidetur Eccleſiæ.*

36 *Lex loquens in ſimplicibus non comprehendit mixtum.*

Ius patronatus mixtum totum iudicatur laicale etiã ſi Eccleſiaſticum pro maiori parte. ibi.

Refertur declaratio cardinalium in materia.

37 *Confutatur opinio Garciæ in materia.*

Quando Epiſcopus iubet prouideri per concurſum nõ facit vim notoriam.

Fallit ſi patronus eſt in poſſeſsione quod ad præſentationem fiat prouiſio. ibi.

38 *An detur violentia cum laicus vocatur ad iudiciũ Eccleſiæ ratione decimarũ & cenſaris cõpellitur Cauſa decimalis priuatiuè ſpectat ad Epiſcopum ibi.*

Laici dum ordinarie vocãtur ad iudicium Eccleſiæ pro decimis, & ad iudiciũ Epiſcopi nulla fit illis iniuria. ibi.

Confutatur opinio Barboſæ. ibi.

Decimæ recte poſſunt cenſuris exigi, dummodo non ſint inſolitæ ibi.

Quando inſolitæ decimæ cenſuris exiguntur ius laicis aſsiſtit, & fit violentia. ibi.

39 *Quando laicus excommunicatur, vt ſoluat in pe-*

cunia repudiatis pignoribus an detur violentia.
Soluere obligatus non liberatur dando pignora. ibi.
Interpretata l. ſolutionis 174. ff. de verbor. ſigni. ibi.
Interpretata l. reſcripto §. debitores ff. de muner. ibi.
Vbi requiritur ſatisfactio tantum pignora dari poſſunt, non vbi requiritur ſolutio. ibi.
Liberatio cum deſideratur, requiritur ſolutio, ſecus quando ſatisfactio requiritur, vt quis admittatur. ibi.

40 *Contrarium Senatus cenſuit, ſed non videtur bene.*

41 *Si Regius magiſtratus excommunicatur quod clericum caperet inobedientem, an pateat recurſus.*
Clericus nec delinquendo fit fori ſæcularis. ibi.
Sacrilegium committit hoc caſu iudex pro quo fit de foro Epiſcopi. ibi.

42 *Clericus capi poteſt â ſæculari magiſtratu ſi illum iniuria afficit.*
Intelligi debet vt capi poſſit ſi reſiſtat.
Si ſæcularis magiſtratus ratione exceſſus vocatur ad forum Epiſcopi, non patet recurſus. ibi.
Qualitas ſacrilegij propoſita, ſufficit vt forus Epiſcopi fiat competens. ibi.

43 *Qualitas ſacrilegij expreſſa contra magiſtratum debet cenſeri fraudulenta.*

44 *Qualitas ſacrilegij contra magiſtratum non ſufficit expreſſa, niſi in ſimul probetur.*
Quando magiſtratus vocatus, & auditus in iudicio Eccleſiæ ſuper exceſſu, eo non probato nihilominus compellitur ibi litigare, tūc pacebit recurſus. ibi.

45 *An ſi executor contra aliquem procedit, vt dimittat beneficium, detur ad Regem recurſus.*
Qui exequitur iniuſtam, & nullam ſententiam eſt qui me lædit. ibi.

Ex violentia, ſeu vi illata ad Ord. lib. 1. *tit.* 9. §. 12.

CAP. VII.

1 APud omnes vtriuſque iuris interpræetes conſtat Regibus cõpetere poteſtaté tollendi violentias etiam de iure Cannonico inter ſuos ſubditos ex cap filijs 16. q. 7. ibi. Regis hæc auribus intimare non differat c. Principes cap. Regum, cap. Adminiſtratores 23. q. 5. cap. Chriſtianis cap. petimus 11. q. 1. c. quidam Monachi cap. probinum 16. q. 1. cap. non licuit diſtinct. 17. cap. Maximianus 23. q. 3. c. boni Principis 96. d. quæ omnia iura licet Soares contra Angliæ errores lib. 4. cap. 34. n. 38. ita accipere velit, vt nullam iuriſdictionem tribuát ſæcularibus Principibus, cũ Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 14. num. 2. tamen communi omnium ſcribentium conſenſu receptum eſt, per illa iura defendẽdi poteſtatem principibus permiſſam prout accipiũt Oſaſcus d. 116. Guido q. 1. Franciſcus Marcus q. 215. 2. p. & q. 511. 1. p. Couar. pract. q. c. 35. Salzed. in praxi criminal cap. 102. per tot. Bobad. lib. 2. cap. 18. num. 141. Aflict. d. 24. Theſaurus d. 82. Rodericus de redditibus libr. 1. cap. 17. Olibanus d. iure fiſci. cap. 14. á n. 12. Peres l. 6. tit. 3. lib. 3 fo. 718. n. 69. Guterrez de Iuram. Coufirma. 1. p. c. 2. n. 26. Humada in l. 13. tit. 13. part. 2. gloſ. 4. verbo *ni fuerça*, Cenedo in decretal. Collectan. 4. & 17. Barboſa in l. titia num. 48. adeó, vt etiam contra Papam liceat Regibus ſe defendere cum defenſio naturalis ex ſuo genere omnibus licita ſit Caietan. in opuſculo de poteſtat. Pap. c. 27. Victoria relect. 1. de poteſtate Eccleſ. num. 8. idem Peres in l. 5. titul. 1. lib. 2. ordinam. Caſtillo in l. 49. Tauri num. 3. adeo vt Nauarrus nouiora iura quæ huic defenſioni derogant vſu non recepta dicat in d. c. cũ contingat remad. 1. verſ. decimo facit.

2 His ſuppoſitis illud verbum quõ lex Regia vtitur, *ou força* debet accipi cum repetitione notorij, prout prædixerat, in violentia, in qua daſiderat notorietatem, qnia cum alternatiue oratio concepta ſit, *notória oppreſſaõ*, *ou força*, cum eadem qualitate notorij accipi debet, & ponitur pro ſiue apud Calliſtratum l. debitoribus 31. ff. de re iudic. l. qui a abſente 4. C. de procur. Iulian, in l. eum qui 56. § qui ſibi ff. de verbor. obliga. vbi Bart. Bald. Alex. alciat. & comprobatur hic ſenſus, quia ad licitum vſum defenſionis, in materia Eccleſiaſtica, requiritur actualis violentia, quæ ſit clara, & manifeſta

manifeſta, cum enim contentio ſit inter ſubditum ſæcularem, & Prælatum, vel ſuperiorem Eccleſiaſticum ideo oportet, vt ſit violentia patens, & clara quia ſi res fuerit dubia, ſemper pro ſuperiori erit præſumendum, cap. in præſentia de renuncia, cum vulgar, quia alias magiſtratus, vel Princeps, ſæcularis vim inferret, priuando Eccleſiaſticum poteſtate, quam habet in ſuos ſubditos, quã do caſus eſſet dubius, nec ſufficiet, probabile iudicium, vel inniti aliquorum doctorum authoritate, eo caſu dari violentiam aſſerentium, niſi certum ſit, illam dari, & nullam opinionem contrariam probabilem eſſe. Non tamen admittenda eſt ſententia Soarij, contra Angliæ errores d. cap. 34. n. 32. dum ſentit Principes non aliter poſſe violentias tollere, niſi quando ſubditus de facto opprimitur, & caſu quo ipſe ſubditus poſſet ſe armis defendere, in quo excludit omnem oppreſsionem, & violentiam quæ exercendo iuriſdictionem incutitur, quaſi Principi ſæculari non liceat occurrere, niſi in defenſionibus facti, qualis á priuata perſona fieri poteſt, vnde niſi occurſum ſit deiectioni quatenus eſt in fieri, illa perfecta, manus Regia conquieſcat, qui ſenſus alienus eſt ne dicam à lege Regia, ſed ab omni iuris prudentia, nam etiam in cognitione cauſæ, iudex de facto procedere poteſt, quoties vello leuato animoſé procedens partem ſpoliandam decernit, non defenſam, aut non auditam, quod ſi exequatur, ſicut exequenti reſiſti poteſt armis, ſic ex poſt facto expulſus ſuam antiquam poſſeſsionem recuperare poterit, à qua de facto deiectus proponitur, cum ergo pars non amiſerit ius recuperãdi, immo animo retineat, Vrbanius procedit, ſi eo caſu Principem adit eius implorata manu, vt reſtituatur extraordinario modo defenſionis, perfecto enim delicto, & occupatione, non fit melior conditio deijcientis, vel iudicis, ideo ne partes veniant ad arma arg. l. æquiſsimum ff. de vſu fructu, Princeps imploratum auxilium non denegabit, vel in fieri, vel in facto eſſe violentia conſideretur, quia tunc maior eſt violentia, cum detur actualis ocupatio rei alienæ, cum iniuria manifeſta ſubditi, quam illam reſtituendam Princeps iuſte decernere poteſt, vt ſatis probant ſupra citati doctores, vltra text. in d. l. æquiſsimum, cap. cauſamque qui filij ſint legitimi, Guido deciſ. 207. & deciſ. 85. Grama. deciſ. 88. vbi late, nec debet videri contra iuris regulas quod Principi concedamus poſſe violentias notorias tollere inter ſubditos ſuos, cum, & idem conceſſum de iure ſic Summo Pontifici quod ad ipſum haberi poſsit recurſus pro notoria Regum in iuſtitia, quia vltra quã

quod Eccleſia Romana eſt refugiũ oppreſſorũ, c.ad Roman.2.q.6.c.omnis oppreſſus eadẽ cauſa,& quæſtion.tamen etiam ab Imperatore, vel alio Principe ſupremo ad Papam patet recurſus pro reparanda notoria iniuſticia,gl. in c.extranſmiſſa de foro comp. Inno. in c. licet ex ſuſcepto eod. tit. Aflict. in proæmio conſtit. q. 21. n.7.Deci.in c. ſi duobus de appel. n.10.quod ſic debet accipi, vt hoc habeat locum ratione pecati, vel quãdo Princeps ille ſit ſubiectus Sedi Appoſtolicæ, vel infæudatus, & his caſibus ſine dubio patebit recurſus,ſicque debet accipi Minadens deciſ.27.& d. 42. Lancelo.de attentatis pendente recurſu c.19.á n.21. Menoc.de arbitrar. quæſt.70.lib. 1. ſicque explicabis Franciſ.Mar.d.196.

De Conſeruatoribus.

PRimꝰ igitur caſus qui ſup. offert de quo ſæpiſsime in Senatu Controuertitur,eſt circa conſeruatores Eccleſiaſticos monaſteriorũ,religionũ,& militarũ quibus ſolũ cognoſcendi facultas data eſt,de violentijs notorijs, & manifeſtis,vt in cap.1. & fin.de offic.deleg.lib.6.Conſil.Trident. ſeſſ. 7.c.14.& ſeſſ 14.c.5.qui limites ſuæ iuriſdictionis excedentes circa alia ſe implicant, & an his caſibus tanquam ab abuſu iuriſdictionis commiſſæ, ad Principẽ ſæcularem valeat ſupplicari; deducitur ex l. 1. & 2.tit.8. lib. 1.recopil. ibi. *no ſean oſados perturbar nueſtra iuriſdicion,ſeglar, ni ſe entremeter a conocer ſaluo de injurias, y ofenſas manifieſtas, y notorias.* Valaſ. conſ.100. num. 3. & 152. á princ. Peres in d. l.1. Azor.lib.5. mor. c. 34.verſ.ſeptimo Emanuel Rodr. 1.to.regul.q.65.art.9.Molin.theolog.4.to.tract.5.diſp.29. n. 8. Ceuallos 4.p.q.879.n.702.Bobadilla lib.2.cap.18.n. 207. idẽ Ceuallos de las fuerças q.11.& q.20.per tot.

Et maioris explicationis cauſa,hic articulus ſequẽtia inuoluit. Primum an ordinarius compellat conſeruatorem vt litteras ſuæ cõmiſsionis exhibeat.Secũdo quo modo antequã cognoſcat,probari coram eo debeãt qualitates notoriæ violentiæ, pro fundamento iuriſdictionis ſuæ. Tertio ſi excedat an puniri poſsit ab ordinario. Quarto an ſtante lege Regia lib. 2.tit.1.in princ. ad cauſas exemptorum poſsit conſeruator conſtitui ordinarius exempti. Quinto an ſpreta hac cognoſcendi forma pateat ad Regis Curiã recurſus.

Et quoad primum triti iuris eſt quemlibet delegatum teneri ſuæ iuriſdictionis, ſeu commiſſionis fundamenta probare, quia aliter eius litteris non creditur, nec mandatum præſumitur cap. cum in iure peritus de offic. delegat. vbi Felin. num. 6. gloſ. 3. in c. porro de priuil. Rebuf.2. tom. ad leges Gal.tit.de litteris requiſ. gloſ.2.n.9. Caſtrenſ. conſ.81.verſ. eſt etiam vol. 2. Craueta conſ.

319. col. fin. nec aliter probari poterit quã inſtrumẽto, ex Bart. in l. prohibitum C. de iur. fiſ. & in l. pen. C. de ſuperindict. lib. 10. Angel. in §. eos in auth. de Collator. idem conſ. 182. Bald. in l. ſiqua per calũniam col. pen. C. de Epiſcop. & cleri. Decian. in l. vnica num. 6. C. de mandat. princip. idem Rebuf. in Concordat. tit. de mandat. Apoſtolicis verbo litteras verſ. ad probandum; licèt vbi ſemel fuiſſet præſentatum ſi poſtea fuiſſet deperditum, teſtibus probari poſſet, ex gloſ. in c. cũ olim primo de priuil. Bald in d. l. vnica, Vantius de nullitat. ex defectu iuriſd. ordin. num. 29. Puteus de ſindicat. §. an officialis ſucceſſor n. 2. Rebuf. vbi ſup. verſ. ſecundo fallit, niſi tam excellens perſona delegati ſit ob cuius præeminentiam, eius litteris credatur, licet litteræ commiſsionum non ſint inſertæ, ex gloſ. in cap. nobiliſsimus 97. d. tradit Angel. in l. quæcunque §. fin. ff. de publici in rem action. & conſ. 182. Iaſ. conſ. 104. verſ. ſi quando, Decius in d. l. vnica num. 20. Rebuf. vbi ſup. verſ. immo non creditur, Menoc. lib. 2. præſump. 15. n. 10.

Vnde non ſolum Epiſcopi, quorum iuriſdictioni præiudicium generatur ex tali delegatione, quia per eam plurimum detrahitur iuriſdictioni ordinariæ, ſed & Princeps ſæcularis, poſſunt iubere conſeruatoribus, vt ſuæ commiſſionis litteras exhibeant, vt appareat an veræ, vel falſæ, ne in ſuo territorio tribunal exigant, & ius dicant, adeo vt nec eorum cenſuræ ligent, quandiu delegationis non fiat copia, Rotta deciſ. 15. de dolo, & contumac. Maſcard. de probation. concl. 491. Marta de iuriſdict. 2. p. cap 35. n. 2. Bobadill. lib. 2. cap. 18. num. 207. Gambar. de poteſt. leg. lib. 1. §. qualiter n. 3. facit l. obſeruare §. hoc etiam ff. de officio proconſul. l. 1. C. de mandat. princip. latè proſequitur Ceuallos 4. part. q. 897. num. 338. poterit enim aliquando regni cõſuetudinibus præiudicium inferri, & ideo oportet vt tales litteræ exhibeantur.

Dubitari tamen ſolet, an hi conſeruatores poſsint per ordinarios compelli, vt quoties oportuerit exhibeant litteras, & cõmiſsiones ſuas, & videtur quod poſsint ad hoc compelli, quoties opus eſt, nam licet ipſi delegati Summi Põtificis proponantur, ipſiuſque vices gerant, & quaſcunque perſonas citare valeant ſine requiſitorijs, vt per Rebuf. vbi ſup. vt in ſimili in mandatis Regum, vel ſupremæ Curiæ, Cabed. 2. p. deciſ. 40. n. 10. tamen hæc conſeruatorũ iuriſdictio, quia delegata odioſa eſt, ex gloſ. in cap. 1. de reſcrip. lib. 6. Alex. in l. 1. ff. de offic. eius, Maranta de ordin. iudic. 4. p. diſtinct. 6. num. 29. hi enim ſolent ſuæ poteſtatis limites excedere, & gubernantur à ſuis notarijs, vt dicit Ceuallos d. 4. p. q.

897. num.709. Pontifex in d.cap. fin. de offic. deleg. lib.6. ibi. quos frequenter excedunt, & eorum iuriſdictio non ſtabilis, quia de quinquenio in quinquenium protenditur, ex d.conſ.ſeſſ.24.cap. 5. ibi. nemo etiam ſimili literarum beneficio vltra quinquennium gaudere poſsit, inſuper ad ſolas violentias notorias dati proponũtur, & morte concedentis expirãt quoad negotia non cæpta, vt in d. cap.1. & vlt. & ex his omnibus fit quod non immerito ordinarij cautè, iubere poſſunt, vt litteræ, vel requiſitoriæ, conſeruatorum, non exequantur, priuſquam inſinuentur, ne contingat eos ſua abuti iuriſdictione, cap. cum ex eo de pœni. & remiſ. Couar. pract. cap. 35.n.4. Aflictus deciſ. 30. Cened. in Collectan.1.p.fol.6.n.4. Ordin. lib.2.tit.14.& 19. & lib.5.titul.69. ſ. 1. & ſemel atque iterum iubere vt oſtendantur, quia potuit contingere, vt ex ſupradictis cauſis expirauerint.

4 Licet hodie circa hos Conſeruatores, multa innouata ſint, quæ longe à iuris regulis deuiant, ſolent enim concedi in ampla forma ne morte delegantis expirẽt, Emanuel Rodrigues 1.tom. regul. q. 65. art. 6. & in hoc regno conſeruatores ordinum militarium iudices ordinarij reputantur, ex ſententia Valaſci conſ.152.num.8. quam tamen veram non puto, vt alio loco dicam. In Bulla item cõſeruatoria conceſſa ſocietati Ieſu á Gregor. 13. & à ſucceſſoribus cõfirmata, conceditur, vt eligi poſsit conſeruator, & iudex ſimul ordinarius, & ordini S. Benedicti conceſſum eſt, quod illius conſeruatores non teneantur literas conſeruatorias ordinarijs inſinuare, vt exprimitur in lib. priuilegior. illius ordinis fo.184.

5 Secunda quæſtio eſt an iuſtificari prius debeat qualitas violẽtiæ notoriæ, quam ipſe citationes decernat, & reſolutiuè tenendum quod ſic, cuius rei illa eſt ratio, quia conſeruatoribus iuriſdictio non competit, ſuper iniurijs, & violentijs ſimpliciter, ſed ſuper qualificatis, & notorijs, Guterrez practicar. lib.3. cap.9. n. 14. vnde fit quod illa qualitas notoriæ violentiæ, debet præcedere pro fundamento iudicij, alias enim ſi aliter procedat non euitabit pœnas d. cap. fin. verſ. vt autem d. offic. deleg. lib.6. Valaſ. vbi ſup. num.1. quomodo autem in hac qualitatis probatione procedendum ſit, dubitari poteſt, an cum citatione partis aduerſæ, expedienda ſit, & reg. eſt quod vbi limitata eſt iudicantis iuriſdictio ad certum genus cauſarum, & præcedentibus certis qualitatibus, pro vt inter pupillos, viduas, & miſerabiles, cognoſci non poteſt, niſi præuia ſummaria informatione, circa illam qualitatem, quæ iuriſdictionem tribuit, ex Curtio Iun. conſ.124.n. 6. Villalobos in Ærario lit.I.n.269. Auil. c. 29. ſecretæ

ſindic.

ſindic. gloſ. condemnar. fo. 289. num. 3. Rebuf. 3. tom. Conſtit. Franc. tit. de contumacia art. 9. gloſ. vnica n. 7. fo. 121. Menoch. conſ. 1045. num. 15. verſ. axiſtimo ſicut alias in qualitate viduitatis & honeſtatis probanda, dixit Bonacoſſa lib. Comun. opini. 2. p. fo. 163. & 2. p. fo. 10. n. 34. Alciat. reg. 3. præſumption. 2. Rolandus conſ. 69. num. 9. Burſatus conſ. 69. num. 4. lib. 1. ſicut in minori ætate l. cum te C. de probation. Maſcard. concl. 666. Duenas reg. 258. quæ quidem probatio plena eſſe debet, non ſemiplena, ob graue præiuditium Azeued. libr. 4. tit. 2. l. 1. num. 3. nouæ recopil. licet nulla requiratur partis citatio, cum fiat ex officio, vt iudex ſciat an ſua ſit iuriſdictio, in his enim in quibus ex officio proceditur partium citatio neceſſaria nó eſt, ex Alex. conſ. 147. in princ. vol. 6. Decio conſ. 559. num. 8. Neuiſan. conſ. 86. n. 7. Roland. conſ. 8. n. 30. vol. 4. quia adhuc pars aduerſa admittitur ad probandum contrarium, Meſsia taxapauis concl. 1. gloſ. 1. n. 44. fo. 18. Couar. pract. cap. 7. á num. 2. Caſtillo Controuer. q. 25. quia licet multi dicant ſufficere, vt qualitas exprimatur, vt per Barboſ. in l. ſiquis n. 147. Bobad. lib. 2. cap. 18. num. 161. illud non procedit vbi qualitati ius reſiſtit gl. in d. cap. 1. verbo Conſeruatores Bart. in l. præſcriptione C. ſi contra ius. Barboſ. vbi ſup. num. 148.

6 In tertia quæſtione extra dubium eſt, quod ſi Conſeruator, excedit, loci ordinarius ipſum punire poteſt quia delinquit in eius territorio, cap. 2. de off. deleg. lib. 6. ipſiuſque cenſuras nullas declarate, quando ita expediat, ex cap. ſolicitudinem §. ſi vero notorium d'appel. & quod ordinarius de exceſſu delegati cognoſcat in terminis Gigas depenſio. q. 70. Domini in cap. ſtatutum §. fin. de reſcrip. lib. 6. Butrius in cap. ſtuduiſti num. 6. de officio delegat, quod videtur comprobari ex auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. volumus col. 2. & ex his quæ Iaſ. in l. 2. ff. de in ius vocand. num. 2. adde Platea in l. ſiue ex pretoriano num. 2. notab. 4. C. de executor. & exactor. lib. 12. gloſ. fin. in cap. fin. de reſcrip. quam dicit notabilem Abb. & in terminis inter ſæculares Auiles prætor cap. 1. num. 33. Moncaluus in l. 4. titul. 7. lib. 1. foro legum, & eo caſu puniri poſſe probat d. §. volumus, Abb. in cap. irrefragabili num. 1. de officio Ordin. Surdus conſ. 56. num. 23. lib. 1. & ſingulariter Cardin. in Clem. 1. illo tit. n. 16. verſ. poteſt enim cuius verba citat Ceuallos d. 4. p. q. 897. n. 769. & apud nos ex iure Regio ſi executor Apoſtolicus, contra ſuæ delegationis formam, procedat iniuriamq; vel damnum dederit, pro tali dáno poterit, coram Præſide Curiali conueniri, iuxta Ordinat. lib. 2. tit. 1. in princ. quia quatenus de-

legatus ordinarium non habet, dixit in ſpecie Nauar. in d. cap. cum contingat remed. 1. verſ. vndecimo facit in fine, prout cæteri exempti Emanuel Rodriguez q. 66. Bobadilla lib. 2. cap. 18. num. 127.

7 Quartum dubium petit an ſtante lege Regia lib. 2. tit. 1. in princ. valeant tales conſeruatores conſtitui in hoc regno vt tanquam ordinarij de cauſis exemptorum cognoſcant, & reſolutiuè dicendum eſt, quod licet verum ſit poſſe S. Pontificem iudicem ordinarium conſtituere, quando ita exprimat, quia apud eum reſidet poteſtatis plenitudo, tamen quando conſeruatorem aliquem conſtituit, ex quibuſcunque clauſulis, non intelligimus ipſum voluiſſe abrogare iuris communis decreta, Emanuel Rodriguez 1. tomo regul. q. 65. art. 6. Cabedo diuerſorum iuris arguměttor. lib. 3. cap. 18. num. 7. & ſecundum materiam ſubiectam, ſemper debet exponi, vt delegatorum naturam ſeruent, Guterrez lib. 3. practic. q. 9. num. 16. Valaſ. conſ. 152. num. 8. debent enim illæ clauſulæ reſtringi, quia tales delegati conſtituuntur, cum præiudicio ordinariorum, & maiori cum ratione reſpectu iuriſdictionis Regiæ, quæ circa exemptorum cauſas, ciuiles, & patrimoniales eſt ordinaria, conſuetudine immemoriali corroborata, & concordia ſtabilita, cui Summum Pontificem non præſumitur derogare voluiſſe, quando de illa nulla mentio facta proponitur, nec Pontifex in dubio concordatis derogat, Moledan. d. 233. cum alijs, quos ſupra citauimus.

Vnde licet hodie in Regno S. Pontifex iudicem ordinariũ conſtitueret, ad exemptorum cauſas, tamen hoc iam legi Regiæ præiudicare non poſſet, quia cũ immemoriali conſuetudine ſit receptum, & lege ſancitum, quod exempti qui in regno nõ habent, iudicem, in ſæculari conueniri poſsint, quamuis hæc cauſa impulſiua poſtea defeciſſet, quia iam modo in Regno reſidet iudex ordinarius, adhuc lex Regia eſſet obſeruãda ex doctrina Ancharra in cap. cũ cõtingat de foro comp. num. 3. prout in ſpecie accidit Regi Ioanni 2. Aragoniæ, vt refert Belluga in ſpecul. princip. rub. 11. nu. 12. & in puntto iuris decendit Seſe de inhibitio cap. 8. §. 3. n. 136. quod quidem in hoc Regno euidenti argumento confirmatur; quia conſtat, huius Regni Henricum vltimum fuiſſe Cardinalem legatumque de latere, & eius tempore dubitatum fuiſſe, an ceſſaret lex Regia quia ipſe ordinarius exemptorum erat, cap. 2. de officio legat lib. 6. cap. 1. de verborum ſigni. eod. lib. cap. ſi Abbatem 36. de electiõn. eod. gloſ. vlt. recepta ex Abbate num. 8. in cap. 1. de officio legati, & tamen conſtat obtinuiſſe, legem Regiam fore obſeruan-

ſeruandam, quia legatus de latere non erat ordinarius, de quo lex Regia loquebatur, quia legatus non eſt ordinarius propriè, & verè, ſed accidentaliter, & ſecundum quid, vt dicit Imol. in cap. cum contingat de reſcrip. gloſ. communiter recepta in Clem. 2. verbo nolumus de officio ordin. vbi Cardin. Ancharr. Coſmas in pragmat. de Collation. §. item voluit 1. tom. verbo forma Caſſador. deciſ. 3. de reſcrip. Nauar. in d. cap. cum contingat num. 6. in fine, ſunt enim ordinarij modo extra ordinario, ad tempus namquam conſtituuntur, & eorum poteſtas reuocabiliter durat, & ideo magis accedit delegatæ, quam ordinariæ, iuriſdictioni, deinde quia cũ cauſæ quæ coram legatis delatere introducuntur, indigeant reſcriptis, & commiſsionibus, in quibus expediendis longæ fiunt expenſæ & vltimo cauſæ non deciduntur ſine ſportulis, cum tamen ſit de iure quod iudices ordinarij gratis ſententias ferant cap. cum ab omni de vita, & honeſtate, & quãuis circa ſportularum exactionẽ ſpeculator. in tit. de ſallarijs §. 1. Corſettus in repertor. verbo ſportulæ. Antoni. Blancus de Compromiſſ. q 8 num. 22. Viuius lib. 2. Comun. opin. 259. teneãt quod ſportulæ ex conſuetudine præſcripta peti poſſunt, tamen cum ille cognoſcendi modus, ſit diuerſus, & qui non conuenit iudici ordinario, nunquam poteſt intelligi, quod lex noſtra ceſſauerit, quia legatus delatere non perpetuus iudex eſt, ſed temporalis, nõ propriè ordinarius, ſed interpretatiuè, non cum diocæſi actuali, ſed intellectuali, de quo lex Regia intelligi nequit, quæ diſponit de ordinario perpetuo, & actuali, non ſolum dato cauſæ, ſed perſonæ, ibi. ſuperior ordinario, conſulto enim vtitur illo verbo ſuperior quaſi denotet, iudicem vniuerſalem, & ſuperiorem perſonæ, & cauſarum qualis non eſt legatus, qui ex vi reſcripti de cauſis ſolum ciuilibus cognoſcit, atque ideo non debet ceſſare diſpoſitio Ordinationis d. libr. 2. in princ. quia licet dicamus cauſam qua lex Regia condita fuit fuiſſe finalem, (quam potius putamus impulſiuam) quæ hodie ceſſare videtur quãdo creatur ordinarius, ad cauſas alicuius exempti, tamẽ non ſufficit, vt alicui exempto detur iudex particularis, vt lex ceſſet in communi l. proſpexit. ff. qui & á quibus, & opportuit, vt omnibus exemptis iudex crearetur, deinde nec hoc ſufficeret ex his quæ ſup. diximus niſi hic ordinarius tam eſſet ordinarius perſonis, quam cauſis exemptorum, vt fieret ipſorum ſuperior, quod non reperitur in quolibet conſeruatore, qui ſolum fit ordinarius ad illas cauſas violentiæ, nec etiã in legato delatere qui circa perſonas exemptorum non ſe intromittit. Vltimo quia hęc ordinatio,

tranſiuit

tranſiuit in contractum, & concordiam, & ſemel ad effectum deducta, retractari non poteſt, quia licet ceſſet cauſa impulſiua contrahendi, non ideo contractus deficit, ex his quæ Thomas 1. 2. q. 100. art. 9. & 10. & 2. 2. q. 122. art. 1. & q. 147. art. 3. Nauar. in Appol. de redditibus q. 1. moni. 73. n. 2. Couar. in reg. poſſeſſor. 3. p. §. 2. non enim ſufficit, vt prima cauſa contrahendi deficiat, l. fin. ff. vnde liber. Tiraq. ceſſante cauſ. limit. 12. quod idem in præſcriptione, ſeu vſu longæuo, Surdus deciſ. 236. n. 18. Guterrez practicar. lib. 3. q. 13. num. 87. Vnde in dubio non eſt præſumēdum Summum Pontificem legem Regiam abrogare noluiſſe, quod tamen non negamus facere poſſe quando ipſe velit audito Rege, & cognita cauſa vt ſup. iam reſoluimus, non vero per generales commiſsiones.

8 Vltima quæſtio eſt an his caſibus ad iudicem Regium pateat recurſus, & ſine dubio eſt patere, vel ſi conſeruator non docens de iure ſuæ commiſsionis procedat, quo caſu vſurpat iuriſdictionem Eccleſiaſticam cum notoria ſubditorum oppreſsione, & violētia, vel quando ſine vlla qualitatum probatione procedat, quia eadem eſt ratio, quod idem erit quando ex probatione illarum cōſtet nullam dari violentiam manifeſtam, cui ipſe occurrere potuerit, quia tunc procedens cum cenſuris vim infert, vel ſi ſe ordinarium iudicem (cum eſſe non conſtet) profiteatur inter exemptos, & vt talis cognoſcat, quia eo caſu Regia iuriſdictio vſurpatur, & ab abuſu ſupplicari poteſt.

Libet hic tranſcribere Areſtū Senatus Portuenſis, in caſu notabili de executore nulliter procedente cum notoria in cōpetentia.

Viſtos eſtes autos peciçaõ, &c. moſtraſe o aggrauante ſer morador na Cidade de Braga, & ſendo prouido em hum beneficio ſimples na Igreja de S. Thomè do lugar da Cornelhà, pelo Arcebiſpo Primâs, & eſtando de poſſe dele hum Pero da Coſta Clerigo da ditta Cidade ſer prouido nele, por ſua Sanctidade, & paßarlhe cartas executorias, paoa o ditto Vigairo o meter de poße do ditto beneficio, & ſendo citado o aggrauante para ſeu juyzo vir com embargos de exceiçaõ declinatoria, por a petiçaõ que o ditto Pero da Coſta fez a ſua Sanctidade ſer ſubreepticia, & elle ſupplicante ſer prouido no ditto beneficio cannonicamente, q̃ lhe naõ foraõ recebidos, & ſe deu ſentença contra o ſupplicante auendo ſeu prouimento

por

por nullo, que ſendo embargado mandou comprir ſem embargo dos embargos, & viſto como na forma do Concilio as cauſas beneficiaes ſe haõ de tratar na primeira inſtancia diante do ordinario do lugar, o que conforme a direito tem taõbem lugar nos executores, quando contra as letras executorias ſe allega exceiçaõ, que requere diſcuſſaõ de cauſa, ou o poſſuidor tem titulo corado como he no caſo da cõteuda, & viſto outro ſi como o ſupplicante reſpondẽdo diãte do ditto Vigairo naõ podia prorogar ſua iuriſdiçaõ ſem conſentimento de ſeu ordinario, pello que a ditta ſentença dada pelo ditto Vigairo, & mais procedimentos ſaõ nullos, & naõ ſe pode fazer por elles obra algũa por ſerem de juyzo incompetente, & em proceder contra o ſupplicante pella ditta maneira lhes faz força, & violencia manifeſta, &c. 26. de Mayo de 1611. Fonſeca, Carualho, Barreto.

Hoc Areſtum hic ſcribere libuit, quia licet non agat de Conſeruatoribus, eſt tamen valde ſimilis iuriſdictio executorum, cũ & ipſi conſeruatores, vt executores habeantur, pro tuenda poſſeſſione eorum quibus conceduntur, & in illis pariter iudicandum eſt, quod ſi partes negant violentiam, cauſa remitti debet ad iudicem ordinarium, vt reperi iudicatum in Portuenſi Senatu in caſu Eliſabet Lopez anno 1591. & in proceſſu Ioannis Gonçaluez 3. Auguſti, illius anni, & in alio Agnetis Aluarez in quo erat ſupplicatum à Conſeruatore Melitenſi, 13. Februarij 99. & in proceſſu Ioannis de Barros á Conſeruatore S. Benedicti, cuius verba ſunt. *Acordaõ &c. & como ſe moſtra o ſupplicante ſer leigo, & da jurdiçaõ ſecular, & o caſo de que ſe trata naõ pertencer ao juyzo do ditto Conſeruador, por naõ conſtar de força, & violencia manifeſta, & o ſupplicante negar, no qual caſo o A. he obrigado ſeguir o foro do Reo, o que viſto &c. 7. de Dezẽbro de 1589. Gonçalo Gil, Ruy Botelho, Gaſpar Peſſoa.*

Quod tamen ita accipiendum videtur, vt etiam ſi negetur violentia iudex procedat quouſque videat an probetur eaque nõ probata, tenetur pronuntiare ſe in cõpetentem, & cauſam remittere, ad iudicem ordinarium. In his conſeruatoribus notãdũ eſt quod pro violentijs manifeſtis aliquando reperi iudicatum ſolum illis competere ius reſtituendi ſi intra annum, & diem lis mota ſit iuxta Ordin. lib. 2. titul. 1. §. 2. vt in proceſſu

proceſſu Dona Miciæ Enriques vbi agebant monachi regulares contra ipſam, quod fontem publicum cuius vſus monaſterio competebat in ambitu villæ valo clauſiſſet, & illis prouiſum non fuit quod eſſet lis mota extra annum ibi. *Viſto outro ſi o tempo que ha que ſe fez a ditta cerca que paſſa de anno, & dia. Pimenta, Nogeira, Caldeirão, ſeptima die Nouembris* 1617. *ſub n.* 577. ſed non acquieſco quia ex violentia commiſſa Eccleſiæ agi poteſt etiam tranſacto anno via reſtitutionis Cabedus deciſ. 82. num. 6. Inſuper etiam ſi denegetur actio priuiligiata extra annũ tamen adhuc pro vi antiqua videtur quod ibi agi poteſt probata violentia licet ſit antiqua, ſapiens iudicabit.

In alio caſu quando iura inſolita petuntur á colonis monaſterij, eius conſeruator exactores excomunicauit, ob violentiam ſibi, & colonis ſuis factam, & cũ ſupplicarent, illis prouiſum non extitit, quia conſeruator eo caſu rite procedebat, quia via ordinaria ad tributa non ſoluta agendum foret, non executiuè, & iniuria infetebatur, & noua oppreſsio, facit l. iniuriarum §. ſiquis per iniuriã ff. de iniur. ibi. *ſiquis per iniuriam ad tribunal alicuius me interpellauerit, mei vexandi cauſa potero iniuriarum experiri,* & violentia facta colono mihi facta videtur, l. fin. ff. de vi & vi arma, ibi. *ſi colonus tuus vi deiectus eſt, ages interdicto vnde vi,* idé que eſt in inquilino, l. vim facit ff. de iniur. & officiali excedenti reſiſti poteſt l. defenſionis C. de iur. fiſci. libr. 10. ſupplicantibus Antonio Luis, & Aluaro Luis publicanis regijs. 18. Iullij 1585. Iudice Luppo de Barros, & eodem modo iudicatum fuit contra procuratorem Marchionis de Villa Real, Ludouicum da Coſta 20. Nouembris 1594. ſic pariter iudicatum fuit in fauorem Concilij de Fontelo anno 84. 17. Decembris quia non citati proponebantur ad tributa imponenda, & conſeruator occurrit excomunicãdo quia priuilegia offendebat ſanctę Mariæ das Serzedas. Faciunt quæ Salzed. ad Bernard. cap. 3. gl. punire Pallatins in cap. per veſtras §. ſed eſt pulchra n. 3. quod conſeruator procedere poteſt, quando monaſterium ſua poſſeſsione aut circa ſua priuilegia, & iuriſdictionem, perturbatur, & ſuccedit reg. cap. conquæſtus de foro comp. & cap. dillecto de ſent. excõmuni. lib. 6. Trident. ſeſſ. 22. cap. 11. ibi. *Is anathemati tandiu ſubiaceat quandiu iuriſdictiones &c.*

Sic pariter prouiſum non fuit alijs qui ad Regium Tribunal recurrebant in alijs grauaminibus in quibus non offendebatur poſſeſsio monaſteriorum, & quia omnes recenſere eſſet impoſsibile, & faſtidioſum, conſulto omitto.

9 Secundus caſus ſit an poſsit ad Principem ſupplicari quando in

in cauſis viſitationum, prælati appellationes non admittunt, ſuaſque ſententias exequuntur. Deinde ſi Epiſcopus in viſitationis actu recuſatur, & nihilominus procedit, detur violentia cui Rex occurrat.

Quoad primum videtur dubium decidi ex cap. irrefragabili de officio ordinar. vbi executio Epiſcoporum in his in quibus ex officio, procedũt tam in cauſa correctionis, quã reformationis, per appellationẽ ſuſpendi nequit, niſi ipſi modum in exequendo excedant, sũt enim iuris executores ex Conc. Tr. ceſſ. 24. de reformat. c. 10. & ceſſ. 13. c. 1. & ceſſ. 22. de reformat. cap. 1.

Obſtat tamen quod vbi appellatio prohibetur, ex cõmuni doctorum ſententia, illa admittitur in qua aliqua rationabilis cauſa exprimitur, cap. paſtoralis de appel. vnde expreſſa iuſta appellandi cauſa, debet ſuſpendi iuriſdictio Epiſcopi cap. de priore de offic. ordin. & ob denegatam iuſtam appellationem ad Regem patet additus, proſequitur Ceuallos 4. p. q 897. num. 116. de quo apud Hiſpanos eſt l. 2. tit. 6. lib. 1. recopil. & l. 36. titul. 5. lib. 2. apud nos Ord. lib. 2. tit. 10.

10 Pro intelligentia notandum eſt, quod quatuor modis appellationes prohiberi poſſunt, vel ſimpliciter quando omnis appellatio prohibetur, veluti poſt tres conformes ſententias c. ſua nobis de appel. l. 1. C. ne liceat tertio prouo. Vel ſecundo prohibetur non ſimpliciter, ſed ne interponatur, niſi ſub certa forma, veluti quando á iure prohibetur, ne ab interlocutoria liceat appellare, niſi expreſſa cauſa grauaminis prout, in cap. vt debitus de appel. vel tertio ex natura cauſæ, prout in executione dummodo tamen fiat, ſine iniuria partis, & ſine exceſſu, & abuſu iuriſdictionis conceſſæ, quia ob authoritatem rei iudicatæ interdicitur, niſi excedatur modus, cap. nouit 43. de appel. & in cauſa correctionis habetur in cap. ad noſtram illo tit. cap. irrefragabili eod. Ordinat. lib. 3. tit. 76. §. 2. vel tandem quando non ſimpliciter tantum remouetur appellatio, ſed omnis, & quæcunque appellatio.

11 Primo caſu quia illa prohibitio fauorem publicũ reſpicit, omnem appellationem tollit, vt ſit litium finis toto tit. C. ne in vna eademque cauſ. Rota d. deciſ. 724. in antiquis. Octauian. de ſtillo Curiæ libr. 7. titul. de appel. num. 19. Couar. pract. cap. 15. num. 3. & 18. & cap. 25. num. 6. Dueñas reg. 50. Maranta de ordine Iudic. 3. p. 6. principal actu 2. a num. 269. Vantius tit. quoties & intra á num. 3. Adhuc tamen poſtres conformes ſtilus Curiæ obſeruat quod cauſæ committãtur non vt de meritis ipſarum iudicari poſsit, ſed de ſola nullitate notoria.

12 Secunda prohibitio non excludit appellationē abſolutè ſed illam quæ non expreſſa rationabili cauſa interponitur. c. interpoſita de appel. Couar. practic. cap. 16. num. 2. Dueñas reg. 513. Tiraq. de nobilit. c. 28. á prin. Maranta 3. p. 6. prin. actu 2. num. 14. plures proſequitur caſus Gonzales gloſ. 9. in annotation. à num. 175. & ſeqq.

13 Tertia prohibitio mediā viā ſectatur dum nec omnem iuſtam appellationem excludit, vt in prima prohibitione dictum eſt, nec quamcunque cum expreſsione cauſæ rationabilis admittit, vt in ſecunda diximus. Sed illam tantum cuius cauſa iuſta, apud ipſum iudicem á quo, prius oſtenditur, vel ſi per ipſum ſtat quominus comprobetur, cap. ſi à iudice de appel. libr. 6. á lege enim, & eius executore non appellatur niſi exequendi modum excedat, l. fin. §. fin. ff. quib. appel non licet. l. ab executore C. quorum appel. ſumariè nanque proceditur in executione quæ per appellationes partium non retardantur. Rotta deciſ. 3. de exception. in nouis numer. 1. Caputaq. d. 317. & 342. n. 1. 2. p. diuerſorum. Puteus deciſ. 245. num. 4. lib. 1. & 276. n. 2. lib. 2. Cæſar de Graſsis deciſ. 20. num. 5. de probat. Gonzales §. 7. in proœmio num. 79.

14 Vltima tandem prohibitio licet admittat appellationem quā do de notorio grauamine conſtat & deficiunt illa verba (omni, & quacunque) vt colligitur ex Deci. conſ. 49. n. 2. lib. 1. Ruin. conſ. 82. num. 11. libr. 5. Puteo deciſ. 414. n. 2. lib. 3. Lancelot. de attentat. 2. p. cap. 12. limit. 8. n. 28. Couar. pract. cap. 16. numer. 6. in fine idem Putueus deciſ. 147. lib. 2. Tā men quando illa verba (omni, & quacūque appellatione remotta) exprimuntur, non ſufficit, coram iudice â quo cauſam rationabilē exprimere, nec eam probare, ſed per ſupplicationem ad Principem recurrendum eſt, qui cauſa cognita appellationem concedet ex ſpeciali gratia, probat Conc. Trident. d. ceſſ. 24. c. 10. ibi. vlla appellatio, quæ verba omnem appellationem remouent.

Quibus ſic conſtitutis, in propoſita quæſtione, reſoluēdum eſt, ex his quæ diximus in tertia prohibitione, quod attēto iure cōmuni, in d. cap. irrefragabili, prohibita eſt appellatio in cauſa viſitationis, quantumcunque iuſta ſit, etiā ſi grauamen exprimatur, nec ex tali appellatione ſuſpenſa dicetur iuriſdictio Prælati, niſi poſtquam coram ipſo grauamen illud probatum ſit; vel ipſe probationem impediat, quod conſtitutum fuit ad temeritatem ſubditorum nolentium corrigi, ſeu reformari, refrenandam, vel niſi ipſe in procedendo excedat, ſicut in executoribus in ſuo foro diſponit Ordinatio lib. 3. tit. 76. §. 2.

§. 2. & tit.79.§.5.Rolandus conſ. 43. lib. 1. n.5. Craueta conſ. 273. num.14.Magon.deciſ.18.Lucenſi. in addit.& d. 48. num. 5. Hodie vero per Conſilium d. locis hoc immutatum eſt,& innouatum ius antiquum, & ſic ſumus in vltima prohibitione de qua ſupra egimus,& ita nulla appellatio admittenda eſt,etiam ſi modus excedatur, niſi illa quæ eo caſu ſpeciali iure permiſſa ſit,d.c.paſtoralis idque important illa verba, nec in his vbi de viſitatione, aut morũ correctione agitur, exemptio aut vlla inhibitio appellatio, ſeu quærella etiam ad Sedem Appoſtolicam interpoſita, executionem eorum quæ ab his mandata decreta,aut iudicata fuerint,quoquo modo impediat, aut ſuſpendat,idem ſentit Rebuf.de appel.3. tom.ad leges Gal.art.7. gloſ.2. n. 24. fo.504. Vel dici poteſt, quod S.Conſilium in princ.non facit Epiſcopum delegatum Sedis in illis caſibus, in quibus tanquam Epiſcopus cognoſcit, ſed eo caſu ſolum quo viſitat Eccleſias,exẽptas, patet ibi etiam tanquam Sedis &c. & in verſ.neque in his habet verbum exemptio, quod refertur ad ea quæ ſupra dixerat quaſi ſup. egiſſet de exẽptis. Quo ſenſu admiſſo in d.verſ.neq;in his explicari debet,vt minus deroget iuri cõmuni,vt licet illo iure attẽta,propoſita cauſa exceſſus coram viſitatore haberet effectum ſuſpenſiuum, ita vt poſtea geſta reuocarentur, tanquam contra legitimam appellationem, tamen hodie ex decreto Sacri Conſil. ſi propoſito,& probato grauamine, appelletur. Non operabitur talis appellatio effectum ſuſpenſiuũ, ſed deuolutiuum tantum,& interim geſta valebũt. Faciunt verba d.Conſilij ibi, quoquomodo expediat,aut ſuſpendat, vnde geſta poſt talem appellationem non reuocabuntur via attentatorum,priuilegiata, ſed via iuſtitiæ ordinaria, auditis partibus &c. cognito de inſtitia innouatorũ iuxta text. in c.non ſolum de appel.in 6.in 2. p.ibi.donec appellationis cauſam veram eſſe conſtiterit l. chyrographis 58.§.1. ad mi tutor. Ord. lib. 3.tit.58.ibi. *ſe for achado que foi bem appellado &c.*

16 Ex quibus videtur confundi poſſe ſententiam gloſ.in c.Romana §. ſi autem de appel. in 6. & communis ibi dum habet, quod vbi appellatio iure prohibetur, expreſſa rationabili cauſa, poteſt appellari, vt per doctores in cap. quoad conſultationem vbi Felin. n.20.de re iud. Couar.pract.c.15. n.1. & cap.26.num.5. Maranta 6. p.tit.de appel.num. 172. nam vbi ſimpliciter appellatio prohibita eſt, nulla admitti poteſt, etiam cũ rationabili cauſa, niſi illa quæ iure indulta reperiatur, nec aliud probat d. §. ſi autem ibi enim ſolum iudici cõmittitur factum, vt videat an appellatio ſit iure prohibita, non tamen decidit ad-

mittendam, licet iure prohibita eſſet, explicat ibi Domi. n. 3. Perus 2.

17 Nec obſtat cap. de priore de appel. nam vltra varios intellectus Abbatis,& Decij ibidē,veriſſima videtur interpraetatio quod ibi non agitur de appellatione in cauſa correctjonis, ſed de quadam appellatione extraiudiciali, dum prior ille propter ſuas iniquitates ad Sedem Appoſtolicam fuit appellatus,ſeu vocatus, quæ appellatio potius prouocatio ad cauſam dicenda eſt, cap. cum ſit Romana §. ſi vero de appel. lib. 6. Iniquitas autem in eo erat, quia coegit appellantem ſuæ appellationi renuntiare, qui exceſſus continet irreuerentiam contra Sedem Appoſtolicam, patet ex litera ibi. ſic impertinenter, &c. atque ex his non recte is text.ad materiam correctionis applicatur, in qua appellatio non admittitur attento iure niſi obſeruata iuris forma. Nec obſtabunt fundamenta in principio adducta nam in illis caſibus in quibus appellatio à iure prohibita eſt,iuſtis de cauſis, vel á ligitimo ſuperiore, Principes admittere eam non intendunt, ſed ſolum eorum brachium imploratur,vt miſeros appellantes tueantur donec appellatio apud ſuperiorē introducitur, quando illa admitti poſſet,quam forte inique inferior reppellebat, quia ex tali denegatione iniuria quodammodo, Sedi Appoſtolicæ irrogabatur, Ceuallos 4. part. q. 897. num. 132. & 135. & 137. & 138. quæ rationes deficiunt quando ipſum ius eas repellit, & non admittendas decernit, ceſſat nanque eo caſu irreuerentia, & violentia quæ mederi debeat, Regumque conquieſcit officium.

18 Secundum dubium an Prælati in viſitatione poſsint recuſari, valde controuerſum eſt, circa perſonas viſitatorum qui eorum loco ſubrogantur,nam licet Epiſcopi recuſari nequeant, ex declaratione Cardinalium quæ ita concilium explicat, & iuri videatur conformis, quia ipſi ſunt iuris executores, in quibus militant, iura & rationes ſupra adductæ, prout in ſuo foro diſponit Ordinat. libr. 3. titul. 21. §. 28. & titul· 23. §. fin. illud idem videtur, in viſitatoribus reſpondendum, qui loco ordinariorum ſubrogantur, & eorum naturam ſapiunt, Epiſcopi nanque in his quæ ad viſitationem ſpectant, Sedis Appoſtolicæ delegati ſunt, & concilij verba in ſubditos diriguntur, ibi. ſubditorum ſuorum, & ibi pro ſubditorum ſuorum emendatione, &c. Vnde quando ipſi alijs delegant hoc viſitandi munus, id quidem efficiunt, ac ipſis de iure competebat, ſine vlla recuſatione, quia ſi ſubditi viſitati recuſare poſſent, iam viſitationis effectus illuderetur. Quod maximè admitti debet, cum non repe-

reperiatur ordinariorum induſtria electa, nec prohibita delegatio,& ſuccedit reg.c. ſi pro debilitate, cap. ſuper quæſtionum de offici. delegat. quare non videtur in recuſatione viſitatorum differentia conſtituenda cum conſilij verba ad res dirigantur, & ad cauſas,nō ad perſonas. Reperi tamen Senatum aliter cenſuiſſe, viſitatoremque poſt recuſationem precedentem vim inferre, nec Cardinalium declarationem perſonam Epiſcopi egredi, quod non puto ſuſtineri poſſe, ex his quæ in viſitatione religioſorum,& monialium non poſſe Reges ſe intromittere, per viam violentiæ ſtatuit lex Caſtellæ 40. titul. 5. lib.2. Ceuallos d.4.p.q.678.num. 287. Illud tamen aduertendum puto quod debet differentia conſtitui inter eum Epiſcopum, vel viſitatorem qui recuſatur in actu viſitationis, vel quando iam antea ſuſpectus iudicatus erat, & nihilominus viſitare intendit, nam licet in priori caſu habeant locum ſupradicta, ſecus tamen erit in iam ſuſpecto, quia is contrahit inhabilitatem ad exequendum, licet enim dum generaliter inquirit, & viſitat ſuſpectus dici nequeat, quando tamen finita inquiſitione executioni mandare intendit quæ ordinat, vel corrigit ſi iam ſuſpectus eſt nullo modo valide ſe intromittere poteſt, contra eos quibus ſuſpectus erat á parte ante. Pondero in argumentum huius aſſertionis Ordinationem lib. 3. tit. 88. §. pen. dum in executione ſententiæ repellit recuſationem ex reg. l. ab executore ff. de appel. Roland. conſ. 43. numer. 5. lib. 1. niſi quando exceſſus cauſa proponatur, Roland. vbi ſup. n.5. Crauet. conſ. 273. n. 14. Magon. deciſ. Lucenſ.18. & d. 48. n.1. vt procedat, in eo qui tempore executionis recuſatur, non vero in iam recuſato, & ſuſpecto, quia hic per ſententiam fit inhabilis, ad cognoſcendum de cauſa, nec aliud probat Ordinat. eod. lib. 3. tit.88. agit enim de non proponendis ſecundis impedimẽtis ſententiæ, & inquit quod ſi pars ignorabat iudicem ſuſpectum, tunc ex capitali inimicitia impedimenta offerre poſsit, dixerat ſup. tit. 2. §. 6. etiam ſi ſint ſecundæ, prohibet tamen ne hęc ſecunda impedimẽta offerantur executioni, ſententiæ, & ex hoc non poteſt elici quod iudex ſuſpectus poteſt exequi ſententiã, ſed quod non poſſunt ſecũda impedimenta fundata in ſuſpitione iudicis offerri, etiã ex inimicitia capitali, quæ alias poterant proponi coram iudice non ſuſpecto exequente, nec ex illis executio retardetur, vel ſententia lata retractetur, ibi. *naõ ſendo porem a ſuſpeiçaõ poſta na execuçaõ,* quæ verba referuntur ad recuſationem illo tempore de nouo factã nõ vero quando iam ſuſpitionis cauſa eſſet deciſa. Nec ab hoc

ſenſu me monent illa verba, *ou de lhe ſer o Iuiz em outra cauſa julgado de ſuſpeito*, quibus videtur etiam includere caſum quo ſuſpectus iudex eſſet iudicatus, quia illa verba debent accipi de ea ſuſpitione in alia cauſa, quæ generalis non erat ad omnes cauſas, ſed ex particulari ratione, quæ iterum de nouo proponenda foret, quia hæc recuſatio pro noua reputatur, faciunt verba Ordinationis, ibi. *por cauſa que ainda dure*, in quibus ſupponit ſuſpitionem eius eſſe naturæ quod nõ impedibat in totum, ſed pro cauſa, & tempore, & ideo conſiderat quod cauſa recuſandi durabat, vt de nouo proponi poſſet, & merito eo caſu præcipit ne talis recuſatio proponatur in executione, quia ſupponit quod paſſus eſt, cauſam agitari, coram eodem iudice quem modo in executione repellere intẽdit. Quod ſi quis replicet, quod poteſt conſiderari, quod executor non cognouit de cauſa: tunc ſatisfit quod recte diſponit ne de nouo recuſari valeat, non tamen tollit, vt iam ſuſpectus, nec ad exequendum admittatur arg. Ordinat. lib. 1. tit. 49. §. 11.

19 Tertius caſus ſit an illi qui ad Regem recurrunt poſsint ex tali facto puniri á iudicibus Eccleſiaſticis, & excommunicari, & compelli vt deſiſtant.

Sæpè in Senatu hæ quærimoniæ exaudiuntur, Prælati nanque ægré ferentes, vt Eccleſiaſtici in cauſis violentiæ ad Regium Tribunal recurrant, ipſos cenſuris compellunt, vt deſiſtant, & miſeri opprimerentur, niſi manus Regia labantes fulciret; nituntur verbis Bullæ Cœnæ, quæ prohibet ne prætextu violentiæ prohibendæ, ad Regia tribunalia habeatur recurſus, cauſa 14. 15. & 16.

Et comprobatur authoritate S. Concilij ſeſſ. 25. de reforma. c. 3. quod in ipſos iudices dirigitur, qui talia admittunt non enim poteſt clericus iudici Regio ſe ſubmittere, eiuſque officium implorare, in cauſis Eccleſiaſticis, vt probat cap. inolita cap. placuit 11. q. 1. Bernard. reg. 92. Mexia in pragmat. concluſ. 5. n. 33. Guterrez lib. 1. practicar. q. 24. Verum his non obſtantibus poteſt quilibet oppreſſus ad Regis manum conuolare, vt eum defendat, nec ex tali recurſu puniri poteſt, cũ proprijs manibus iniuriam propulſare poſſet, & vrbanius agat, addito Rege, cuius auxilio implorato, priſtinum recuperare ius intendit d. cap. Regum cum vulgar. Oſaſcus deciſ. 180. aliàs 30. num. 4. & 19. Seſe de inhibitio Aragon. § 3. n. 107. Bobadill. lib. 2. cap. 18. num. 140. Nec obſtabunt verba Bullæ Cœnæ quia ad omnes, & ſolos impedientes Bullarum Appoſtolicarum executionem, diriguntur, etiam prætextu violentiæ, & de illis agunt iudicibus inferioribus, qui animo impediendi iuriſdictionem Eccleſiaſticã cognoſcunt,

noſcunt, non vero de Rege qui eiuſque iudex Regius (qui eum repreſentat) via ſubſidij, & defenſionis ſe intromittunt, quia eo caſu, nec executio litterarum impeditur, & omnia fiunt ex tacita aprobatione Pontificis, non in cõtemptum temere, & præſumptuoſè, ſed in obſequium quouſque S. Pontifex conſulatur, vel ad eum poſsit haberi recurſus, vel quando res moram non patitur, & iniuria de facto incuſſa tollitur, cum Regibus namque naſcitur hoc defenſionis ius, & protectionis, ex Azeued. lib.2. titul.6. lib. 1. nouæ recop. & titul. 1. l. 15. num. 12. ſicque explicat Bullam Corduba in tractat caſuum cap. 35. Viuald. in Candelabr. 2. p. in explicatione d. Bul.cauſ.16.num. 144. Bobadil. vbi ſup.num. 139. Garcia de nobilit.gloſ.9. á.n. 46. & maximè 51. Seſe d. §. 3 n. 83. & pro hac parte in Rotta ſæpè iudicatum eſt ex Achile deciſ.36. de appel. Mandoſ. in tractat. comiſ.num.14. verbo reuocaudi, ſic à Farinacio iudicatum refert Seſe de inhibitio. d. §.3. n. 184. ſicque debent explicari plures deciſiones Farinacij vbi habet recurrentes ad Regium tribunal excomunicatos cenſeri, vt habet in deciſ. 179. à num.7. & 167. num.3.& 4. & 348.num.3.& 103.num.1.& 281. num. 6. quia ipſe iudicatum refert deciſ.212. n.8.& 103.n. 3.& 4. hoc non habere locum in illis qui ob ſui, vel bonorum defenſionem recurrunt ad tribunalia Regia, prout vt in noſtris legibus diſponitur.

Neque obſtabit quod in eodé caſu refert idem Seſe ſententiam Farinacij in Rotta reuocatam, n. 109. nam ſatisfit (vltra ea quæ ſup. diximus,) quod ideo eo caſu excõmunicatio in curſa fuit, quia præpoſtero ordine inhibitio iudicis ſæcularis decreta fuit, ne iudex Eccleſiaſticus ſententiam exequeretur, cum prius iuſtitia Aragonũ debuerit examinare proceſſum, & videre an iuſte appellatum, & ob denegatam iuſtam appellationem prouidere appellanti, Ceuallos d. 4. p. in Epiſtola num.95. ſicque iudicatum fuit in Portuenſi Senatu in fauorem Antonij Lopez da Maya Cannonici Conimbricenſis, contra quem Epiſcopus Conimbricenſis procedebat virtutæ Buliæ, ſeu executoriæ Apoſtolicæ, eo quod ad Regium tribunal recurriſſet, & omnium Senatorum votis illi ſuccurrendũ fore euictum eſt, licet ipſe ad Curiam procuratores miſiſſet ad ſe defendendum, cauſaque delata ad Senatores aulicos in forma Ordinationis lib.1.tit.12. §. 6. ſancitũ rectè illi prouiſum extitiſſe 6. Ianuarij 1610. per Ferdinandum de Magalhaés, Antonium da Cunha, primarium iuris ciuilis profeſſorem Ludouicum Machado de Gouuea, Franciſcum Vaz Pinto, ſcriba Rebelo.

20 Alter eſt caſus in quo Eccle-

ſiaſtici Regia tribunalia adeunt, non quando pro violentia notoria, & oppreſsione reparáda adeũt illud tribunal; ſed quando iudicem ſæcularem interpellant ordinarium loci, coram quo contra alium clericum agunt, pro vi comiſſa, & ſe reſtitui poſtulant iuxta Ordinat. lib. 2. tit. 1. §. 2. Si hoc caſu excomunicantur an ad Regium iudicem pateat additus, & licet hic caſus videatur magis cõuenire vſurpatæ iuriſdictioni, tamen quia à ſuperiori dependet de eo hic agere inſtitui; & videtur Epiſcopum rectè poſſe ſuis ſubditis prohibere, ne ſuper beneficialibus, vel ſimilibus coram iudice ſæculari agant, quia ſine cõſenſu ſui Epiſcopi, nec alterius Prælati Eccleſiaſtici iuriſdictionẽ prorogant, cap. ſignificaſti de foro comp. Peres ad l. 1. tit 4. lib. 3. Ordina. col. 4. Gama d. 222. á num. 10. Rotta antiqua 13. de Cõſuetud. Iaſ. num. 18. in l. ſi conuenerit ff. de Iuriſd. omni Iudic. & multo minus iudicis ſæcularis deinde facit Ord. lib. 2. tit. 1. §. 14. vbi pariter ſæculares Principes, prohibent ſuis ſubditis, ne iudicium Epiſcopi prorogent, vt ergo vtriuſque poteſtatis æqualis conditio ſit, pariter debet poſſe prohibere Epiſcopus ſuis ſubditis ne pro iuſtitia aſſequenda, Regem adeant, quia vtroque caſu eadem eſt prohibitionis ratio, & pro Epiſcopo faciunt quæ pro Rege dicimus in d. §. 14. Facit deinde quia licet omnes feré doctores aſſerãt iudicem laicum cognoſcere poſſe, de poſſeſſoria cauſa beneficij, ex Guido d. 1. & 71. & 85. Franciſco Marco d. 1060. p. 1. & deciſ. 1191 p. 2. & in quocunque interdicto Menoc. de recup. remed. 15. num. 211. Valaſ. conſ. 93. tamen poteſt dici quod illud locum habet tantum, vbi clericus conuenit laicum prout declarat Roland. conſ. 23. num. 16. p. 2. Menoc. d. remed. 15. num. 222. quos ſequitur Marta de iuriſd. 4. p. Centur. 1. caſ. 38. n. 15. non vero quando ipſe eſt Reus, nec obſtat cap. petimus 11. q. 1. cap. quidam monachi 16. q. 1. & cap. omnis 7. q. 1. quæ iura citat Aflict. deciſ. 24. num. 10. quia illa iura procedunt quando Regum ab Epiſcopis imploratur auxilium; Marta 1. p. cap. fin. Soares aduerſus Angliæ errores lib. 4. cap. 34. num. 31. Quare cum in hoc caſu clericus clericum pulſet videtur quod rectê à ſuo ſuperiori prohiberi poteſt ne agat, & iubere, vt deſiſtat eum ad ſuum forum reuocando.

21 Verum, & in hoc caſu militat ſuprapoſita reſolutio cum Regibus huius regni, ita competat facultas occurrendi violentijs per modum ſubſidij, ac ordinariè per viam actionis, quia hoc vltimo caſu etiam ſpeciali iuuantur concordia de qua Cabed. d. 82. vnde dum Epiſcopus ſuum ſubditum reuocat, nihil aliud intendit, quã impedire exercitium iuriſdictionis

nis Regiæ, in caſibus ſibi iure cõſuetudine, & concordia permiſſis; quo præiudicio dato ceſſant omnia iura ſup. in contrarium adducta cum illis caſibus non ſit iuriſdictio aliena ſed propria, vnde vel Clericus ad Principem, & iudicem Regiæ Coronæ recurrat pro ſubſidio aſſequendo in caſibus ſibi permiſsis, vel ordinarie agat, intra annum in ſæculari, pro bonis, & poſſeſsione recuperãda, ſi excommunicetur, vtroque caſu iuriſdictio Regia offenditur, & per excommunicationem opprimitur, quia ad Regem recurrit in caſu licito, & eſt regula quod vna iuriſdictio non debet perturbare aliam, cap. ex tenore de foro cõp. cap. nouit de Iudic. ibi. non putet aliquis &c. gloſ. in cap. 2. de priuil. Auiles prætorum cap. 20. verbo vſurpan, Bobad. lib. 2. cap. 17. num. 185. & cap. 18. n. 15. Azeued. lib. 4. tit. 1. l. 11. n. 10. adeo vt armis liceat Principi ſuam iuriſdictionem tueri, Bobad. vbi ſup. num. 60. Franciſcus Marcus q. 215. Menoc. de retin. remed. 3. num. 356. & iuſte eo caſu cenſuras latas deprecatur, vt tollantur, quia nullæ, & ſine cauſa, & fundamento, cum quibus grauamen ſucceſsiuũ ſubditis infertur, quod omni tempore auferri poteſt Bald. in l. 2. C. de Epiſcopal. aud. 3. col. & in l. 1. in fin. C. ſentent. reſcind. non poſſ. Abb. & alij in cap. ex parte 1. de appel. Marſil. in ſua pract. §. attingam 3. col. verſ. alterius Iaſ. in l. prætor ait §. ſi aliquando n. 9. ff. de noui oper. & in l. ita demũ C. de procurator. Felin. in cap. quoad conſultationem ex n. 22. de re iudic. Gomez 3. tom. cap. 9. num. 10. Pinel in l. 2. p. 2. cap. 1. n. 27. Pechius de iure ſiſti. cap. 24. verſ. penultimo.

In caſu ſimili prouiſum fuit in Portuenſi Senatu Ioanni Freire clerico, qui cum ſuum grauamẽ ad curiam proſequeretur, in itinere captus eſt, per Eccleſiaſticos miniſtros, & de nouo à captura ſuplicauit illique prouiſum extitit, non in forma conſueta petendo vt relaxaretur, ſed iubendo vt fieret in hæc verba, *mandaõ que o ſupplicante ſeja ſolto da priſaõ em que eſtà, & requeira ſua juſtiça liuremente*, iubent vt relaxetur à vinculis, vt ſuum ius libere perſequatur, quod videtur ex eo factũ quia in contemptum iudicum ſæcularium captura decreta videbatur, ac quaſi attentatum cõtra ſtatum cauſæ reuocandum decreuere iudices arg. cap. non ſolum de appel. in 6. de quo infra num. 25.

22 Nec omittendum duxi agere de eo quod ſæpe controuerti ſolet, quomodo poſsit Princeps ſæcularis eiuſque nomine iudex Regius, ex vi ſuæ defenſionis, cenſuras nulliter latas declarare, & iubere ne obſeruetur, hoc enim multorum torquet ingenia, cum poteſtas tollendi cenſuras ſit ſpiritualis, cuius laicus incapax eſt, nec

nec ea vti poteſt, nec ſub prætextu neceſsitatis, quia non ceſſat exemptio in aliquo caſu ex parte materiæ, cum ſit alligata ordini, tollere nanque cenſuras ſupponit poteſtatem ex parte iudicantis facit cap. 1. de his quæ vi metus vè cauſ. lib. 6. vbi excommunicantur qui abſolutiones metu extorquet ibi. eos qui abſolutionem, vel reuocationem huius modi, vi vel metu extorſerint, excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere, & ſuccedit diſpoſ. S. Concilij Trident. ceſſ. 25. de reformat. cap. 3. vbi eo caſu quo Eccleſiaſtici abutuntur poteſtate claui um, & cenſuras contra formam Conſilij proferunt, prohibet ne ſæculares magiſtratus illas tollere iubeant, in hæc verba ibi. nefas autem ſit ſæculari cuilibet magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico iudici ne quem excõmunicet, aut mandare, vt latam excomunicatione reuocet, ſub prætextu quod contenta in præſenti decreto non ſint obſeruata, cum non ad ſæculares ſed ad Eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat, &c. Iudicatum in Rotta refert Seſe de inhibitio §. 3. n. 104. Nauar. in manu. c. 27 n. 40. Soar. diſput. 7. ſect. 2. & diſput. 19. ſect. 2. n. 3. niſi in articulo mortis d. diſput. 7. n. 11. Guterrez lib. 1. Cano. cap. 1. & cap. 2. num. 3. Vnde veriſsimũ videtur non poſſe iudicem Regium ſe intromittere decernendo, aut iudicando, cenſuræ nullitatem, quæ ipſius poteſtati nullo modo ſubeſt, ſolum igitur pronuntiare poterit in occurrenti caſu quando iudex Eccleſiaſticus ſpreta iuris forma excõmunicationis ſubſtantiali, (de qua Soares de Cenſur. diſput. 4. ſect. 7. in caſibus in quibus ratione illatæ violentiæ cognoſcit de nullitate cenſuræ agendo per modum cauſæ explicando defectus quos patitur, & in quibus peccat contra iuris præcepta, iubendo, vt tollatur per modum ſimplicis declarationis facti, vt dixit Felin. conſ. 93. Panormi. in cap. ab excommunicato de reſcript. col. 3. verſ. ſed dubitari, & in c. Odoardus de ſolutio. idem Felin. in cap. inter cæteras 2. concl. de re iudic. & in cap. ſolicitudinem §. ſi vero notorium de appel. Bal. in l. 1. in fin. C. quomodo & quando iudex, & in l. conſulta C. de teſtam. q. 1. Barboſa in l. titia n. 34. & 52. vbi dicit illam declarationem intelligi factam per modum cauſæ, prout iam dixerat Nauar. in cap. cum contingat, ſicq; debet accipi Ordinatio lib. 2. tit. 1. §. 14. dum cenſuras non obſeruandas decernit, latas contra laicum prorogantem iuriſdictionem Epiſcopi, in caſibus ad ſæcularem poteſtatem ſpectantibus.

23 Adhuc tamen graue ſupereſt dubium, an lata ea ſententia in fauorem ſubditi, adhuc teneatur pro abſolutionis beneficio excommunicantem addire, vt eum abſoluat, vel an poſsit acquieſcere

ſententiæ

ſententiæ, & declarationi iudicis Regij, in qua quæſtione, & alijs olim conſultus Pater Franciſcus Soares cuius fama ſidera pulſat reſpõdit, cum diſtinctione in hæc verba, prima interrogatio eſt, quã do iudex Regiæ Coronæ iudicat cenſuram eſſe iniuſtam, & ideo iubet, aut petit cenſuras non mãdari executioni per Eccleſiaſticũ executorem, ſed potius tolli, ſi ab ipſo ſint latæ, vel procurari ab eodem vt â ſuperiori tollantur, ſi ab ipſo poſitæ fuerunt, an pars excommunicata teneatur petere abſolutionem, ab eo qui cenſurã tulit, ſi executor non poteſt, aut non vult illam concedere.

In quo puncto diſtinguendum eſſe cenſeo, an cenſura iudicetur non ſolum iniuſta, ſed etiam inualida, nam in priori caſu ſi ſententia iudicis Regij ſit iuſta, & data ex fundamentis moraliter certis, & euidentibus, poterit perſona quæ excommunicata fuerit, in illa ſententia quieſcere, nec tenebitur amplius ad Eccleſiaſticum iudicem recurrere, vt abſolutionem, vel declarationem petat, ratio huius partis eſt, quia licet iudex Regius non poſsit abſoluere, á cenſura neque habeat iuriſdictionem ſpiritualem, neque directam in materia Eccleſiaſtica, nihilominus poteſt declarare nullitatem cenſuræ ſuppoſita conſuetudine, (quam ſuppono eſſe iuſtam) & ideo eius ſententia quo ad talem declarationem reputari poteſt authentica; & ſufficiens quandiu de illius errore non conſtiterit, vt autem iudex talem ſententiam iuſtè, & ſine ſcrupulo ferat, oportet vt tam ex probationibus facti, quam ex iure clarum, certum, & euidens ſit ſententiam cenſuræ fuiſſe non ſolum iniuſtã, ſed etiam habuiſſe impedimentũ irritans, & annullans illam, quia in dubio potius debet faueri validitati actus, & iuri ſuperioris pro quo ſemper præſumitur.

24 At vero ſi ſententia ſit valida, quamuis iniuſta neceſſarium eſt, vt perſona excommunicata ab aliquo iudice Eccleſiaſtico abſoluatur, alioquin ſemper ſub cẽſura manebit, & illam obſeruare tenebitur, etiam ſi iudex Regius millies in fauorem eius iudicet. Quo circa ſi ſententia ſit lata ab ipſomet executore, ipſe poterit ab illa abſoluere, & iudex Regius ſi re vera iudicet ſententiam fuiſſe iniuſtam quãuis validam poteſt ab illo iuſtê petere, & conſueto modo illum rogare, vt abſoluat, ſi tamen defacto noluerit, & per Regiam poteſtatem non poſsit adhoc induci, neceſſarium eſt, excommunicato ad ſuperiorem, & ligitimum Eccleſiaſticum iudicẽ pro remedio recurrere. Vnde fortiori ratione ſi excommunicatio non ſit lata ab executore, ſed á ſuperiore quãuis executor propter ſententiam iudicis Regij, executionem ſuſpendat, neceſſarium eſt excommunicato ab illo iudice

Eccle-

Eccleſiaſtico qui excommunicationem tulit, vel ab illius ſuperiori abſolutionem procurare, ac proinde ſi cenſura proxime manauit à S. Pontifice, vel ab eius auditore, ad illum neceſſario recurrendum eſt, vt abſoluat, vel poteſtatem abſoluendi deleget, ratio omnium eſt quia excommunicatio ſemel valida, ſiue iuſtè, ſiue iniuſte lata fuerit, ligat, & cũ ſemel inhæret non aufertur neq; auferri poteſt, niſi per abſolutionem, nullum enim aliud remediũ in iure Cannonico inuenitur, nec poteſt niſi in virtute iuris Cannonici auferri, abſolutio autem à cenſura lata ab homine per particularem ſententiam dari non poteſt, niſi ab eo qui illam tulit, vel eius ligitimo ſuperiore, & ideo ſi ſit Papa oportet ad tribunal eius recurrere.

Secundum punctum erat an concubinarij poſsint puniri pœna pecuniaria, ante trinam monitionem poſt Concil. Trident. & reſpondeo poſſe, ſicut antea poterat quia conſilium ſolum poſuit illum ordinem quoad excomunicationem ferendam, pro cõtumacia in illo crimine per hoc autem non abſtulit, alias pœnas contra adulteros, & concubinarios inflictas, vt expreſsè ipſummet conſilium in fine capitis monet, & ita inuenio expreſsè declaratum à Cardinalibus in manu ſcriptis declarationibus, in quibus inuenio reſponſionem datam ad tertium punctum per hęc verba etiam cum diuerſis concubinis, & mihi valde placet reſponſio, quia contumacia in delicto eadem eſt, vnde cenſeo poſt trinam monitionem excommunicari poſſe, etiam ſi concubinatus ſit cum diuerſis, quia intentio præcipiẽtis non eſt tantum, vt caueat á tali fæmina, ſed vt caueat à tali delicto, in quo ille contumax eſt, & in corrigibilis perſeuerat Fran. Sôares.

Cuius reſponſionis tenorem quæ in prima parte agit de noſtro caſu, hic libuit tranſcribere, ob ſummam viri authoritatem, & ſcientiam, quem nihil latere exiſtimabam, nec obſtabunt ſupradictis verba S. Concilij quia loquitur in magiſtratibus inferioribus, non vero cum ipſis Regibus, quibus illa facultas cognoſcendi iure conſuetudine, & concordijs indulgetur, explicat Cenẽd. collect.17.num.2 Salzedo in pract. canno. cap.102. verſ. parique. Gaſpar Rodriguez de redditibus q.17.num.73. Azeuedo in l. 2.tit.6. lib.2. & alij quos citat Ceuallos d.q. 897.n.133.& 255.

Dubitari adhuc poteſt quid dicendum quando in foro Regis pronuntiatum extitit quod violentia comiſſa eſt, & pendente recurſu iudex ad vlteriora proceſsit & pars quæ ſupplicauit ad Regẽ nihilominus appellauit ad ligitimum ſuperiorem Eccleſiaſticum, qui tamen protulit ſententiã pro

cenſura

cenſura,& iuſtam decreuit,cui pa rendum eſt,& puto quod ſentētia recurſus ſeruanda eſt, quia illud tribunal eſt competens ad iudicandum de violentiæ articulo, vel denegationis iuris naturalis, vel iuriſdictionis vſurpatæ, & ſic licet Eccleſiaſtici procedant in cauſa ſententia Regis eſt obſeruanda, & exequenda quia priuatiuè cognoſcit,& recurſus ſuſpendit iuriſdictionem iudicis in futurum,& geſta reuocat text. in d. l.eos C.de appe.cap.licet in fine de Election. quia ſucedit loco appellationis ex Bald. in cap. ſancimus n. 2. quo tempore miles Ceuallos caſ.14.in fin.Vnde ſi recurrens contingat pendente recurſu non admitti ad chorum, & ideo priuari ſuis diſtributionibus, vel reditibus, ſi agat in ſæculari ordinarie interdicto vnde vi iuxta Ordinationem lib. 2. tit. 1. §. 2. debet audiri, & reſtitui quia, iudex ſæcularis cognoſcit de cauſa ſpolij etiam inter Eccleſiaſticos, & ſententia recurſus in eo foro obſeruanda eſt, ſic iudicatum fuit, vt omnia reuocarentur pendente recurſu in ſupplicatione facta à D. Carolo Brandaõ cum excommunicaretur á Ioanne de Lucena 12. Iunij 1602. iudice Aluaro Lopez Moniz ſub n.157.á me poſito in proceſſu.

25. Eſt quæſtio quãdo patronus laicus eſt in quaſi poſſeſsione præſentandi, & ille eſt vltimus ſtatus Eccleſiæ iuxta regulam c.conſultationibus de iur.patron.ſi cõtingat quod Epiſcopus præſentatum ab ipſo nõ admittat,immo iubeat vt de nouo de iure præſentandi doceat, prætextu Conſilij ceſſ.25. de reform.c.9.an eo caſu patronus quaſi deiectus à iure ſuo,& ab illo ſtatu,in quo per præſentationẽ quæ ſortita eſt effectum conſtitutus erat,poſsit tanquam ſpoliatus ad Regiam manum recurrere. in quo duo caſus diſtinguẽdi ſunt primus quando patronus ſuum præſentatum cõfirmari poſtulat, Epiſcopus tamen iubet vt doceat de iure ſuo, & oſtendat titulum atque de vltimo Eccleſiæ ſtatu.Secundus quãdo adductis ligitimis titulis & probato vltimo ſtatu,patronum reppellit eo quod non ligitime probauerit ius patronatus in forma Conſilij. In primo caſu non eſt dubitandũ Epiſcopum ad quem Eccleſiarum ſuæ diocæſis gubernatio ſpectat c.omnes baſilicæ 96.d. teneri ex neceſsitate officij pugnare pro libertate Eccleſiarũ,nec pati eas in ſeruitutẽ redigi, niſi quãdo illa ligitime probetur, & modis â iure approbatis,& á ſacro Cõſilio. Ius enim patronatus eſt quædam ſeruitus,vt tradit Archidiac.in c. nullus 16.q.6. Innocent. in cap. cum venerabilis de Exception. Abb. conſ. 54. col. 2. lib.1. & conſ.76. & conſ. 106. lib. 2. Paulus de citadinis de iure patron.3.p.ſecunda cauſ.n.7. Decius conſ.117. col.1. & fin. Lambertin. de iur.patron.p. 2.7.artic.num.1.

& ſeqq. Menoc. lib. 3. præſump. 90. n. 1. nullum ergo grauamen infert, dum iubet vt ſui iuris documenta patronus oſtendat, vel edictalia figit, vt ſua intereſſe putantes compareant, quod omitti ſolet quando notorie conſtet Eccleſiam eſſe patronatam, & certæ perſonæ, cuius præſentationes ſolitæ ſunt ſortiri effectum, hoc tamen vrbanitatem potius quam neceſſitatem inducit, vnde ſi nihilominus Prælatus velit, edicta figere ad valuas Eccleſiæ nullum grauamen aut iniuriam irrogat patrono, ſed ſtatim dubitari ſolet, ſuppoſito quod patronus ſuam quaſi poſſeſsionem per ſe, & anteceſſores ſuos oſtendat, vltimumq; Eccleſiæ ſtatum, & Epiſcopus nihilominus inſtet, iubeatque vt fiſcalis promotor nomine ſuæ Eccleſiæ contradicat, & litem inſtituat, vtrum liceat tunc ad Regem conuolare, & videtur poſſe quia eo caſu in effectu iure ſuo deturbatur illud enim importat quaſi poſſeſsio iuris præſentandi, vt patronus qui iam præsētauit, vel cuius prædeceſſor præſentauit, in eodē iure conſeruetur, & fructus ſui iuris percipiat, ſunt enim præſentationes ipſæ fructus iuris patronatus, gloſ. verbo capitulum in cap. cum olim de cauſ. poſſ. recepta comuniter vt per Gonzales gl, 45 §. 2. n. 9. vnde ſicut ille qui eſt in poſſeſsione leuandi fructus poſſet dici deiectus ſi á iudice prohiberetur, ne fructus colligeret, ſic pariter patronus ſuis fructibus priuatur, dum oſtenſa ſuorū prædeceſſorum quaſi poſſeſsione nihilominus reppellitur, niſi de nouo probet, in quo reducitur ad ſtatum non poſſeſſoris, conſtat enim quod licet in rebus corporalibus, ius & dominium trāſeat, non tamen poſſeſsio, l. cum hæredes ff de acq. poſſ. tamen in iuribus incorporalibus, cuius proprietas non diſtinguitur à poſſeſſione, vel vſu, poſſeſsio ſeu quaſi tranſit ad ſucceſſores, quia inſeparabiliter proprietati cohæret, c. cū Eccleſia ſutrina de cauſ. poſſ. & ideo dicitur in l. 3. ff. de interdictis quod in his caſibus poſſeſsio ad mixtam habet proprietatis cauſam, ſuppoſito ergo quod qui in quaſi poſſeſsione eſt, quoties occaſio occurrit poteſt hos leuare fructus, præſentādo, & ſi prohibetur non conſeruatur in ſuo ſtatu, immo ab illo deijcitur, & ſuccedit regula c. quærellam de electione.

26 Maximê ſi conſideremus quod quaſi præſentandi poſſeſsio per vnicum actum acquiritur, ex reg. text. in d. Conſultationibus, quando ſuum ille actus effectum cōſequutus eſt, gloſ. verbo in triū in d. cap. cum Eccleſia de cauſ. poſſ. vbi Innocent. n. 1. Rippa qui dicit communem n. 91. Rochus verbo competens q. 10. ex n. 32. & q. 19. n. 45. Lambertin. lib. 2. p. 1. q. 3. art. 6. num. 1. Garcia de benefic. p. 5. c. 5. n. 59. Gonzal. gloſ. 45. §. 2. n. 6. Couar. pract.

q.14.n.2. Valaſ. q. 9.n.26. & conſ. 163.n.9. Cabed. de iur. patron. c. 6.n.7. Caldas Pereyra conſ.5.n.24 facit Ord.lib.2.tit.1. §.7. Innocent. in cap.2. de in integrum reſt. & in cap. in literis de reſt. ſpol. Abb. conſ. 54. num. 2. vol. 1. Tomas Gramati conſ.62. in cauſa, Rebuf. 3.tom. ad leges Gal. in præfat n. 188.

27 Nec obſtabit decretum S. Conſilij ceſſ.25. d. c.9. vbi habet quod debeat verificari ius patronatus ex fundatione aut dotatione, aut ſucceſsiua centenaria præſcriptione quod receptum eſt tam in proprietatis iudicio quam in poſſeſſorio, vt per Gonzales gloſ. 18. n. 23. & 25. Garcia d. 5.p. c.9. n. 48. & cap.5. num. 40. Marcus Antonius Genuenſ. cap. 61. num. 3. quia illud decretum loquitur eo caſu quo vertitur quæſtio ſuper iure patronatus conſtituendo, vt Eccleſia in ſeruitutem redigatur, patet ex illis verbis conſilij ſic etiam vt hoc colore beneficia Eccleſiaſtica in ſeruitutem, quod à multis impudenter fit, redigantur, non eſt permittendum &c. & ſub hac exordij ratione diſponit, & ſubiungit, quod titulus ſit ex fundatione, vel dotatione, ſiue ex multiplicatis præſentationibus per tempus quod hominum memoriam excedat, quod quidem nullo modo conuenit caſui in quo non dubitatur de iure patronatus conſtituendo, vel probando, vt hoc colore in ſeruitutem redigatur, ſed ſuper iam conſtituto de quo non dubitatur, explicat Cephalus conſ. 681. n. 13. niſi ad quem pertineat, in quo de ſola quaſi poſſeſsione, & vltimo ſtatu probando controuertitur, ad quem effectũ vnus tantũ ſufficit actus, iure attento qui effectum ſortius ſit, ſicque deciſum fuit in Rotta, in hac verba decretum Conſilij procedit quando eſt controuerſia ſuper libertate beneficij ſecus quando agitur inter præſentatos, ſuper pertinentia, iuris patronatus, nam hoc caſu Conſilium nihil innouat refert Garcia de benefi. d. cap. 5. nu.140. vbi plures ſimiles adducit declarationes faciunt quæ Couar. in regul. poſſeſſor 2.part. §.3. n.10. Azeued. l. 1. tit. 6. lib.2. nouæ recop. Menoc.lib.3. præſump. 90. à n.24. cum ſeqq. vbi late interpretatur Conſilij verba, cuius ſentẽtiæ fuit Guterrez lib.3. pract. q.42.n.46. Oldrad. conſ.212. n. 2. Decius cõſ.117. Rolãd. cõſ.47.n.28 Caſſaneus conſ.20.n.10. Ceuallos q.117. à n. 4. & poſt hæc ſcripta de cognitione per viam violentiæ reperi Ceuillos q. 94. à n.19.

28 Vnde non oportet quod patronus in qualibet vaccatione doceat de iure ſuo, ſed ſufficit, ſemel docuiſſe, & præuia iuſtificatione in poſſeſsionem præſentandi fuiſſe immiſſum, Gonzales gloſ. 18. num. 23. & ſuppoſito quod poſt Conſilium præſentauit, præſumendum eſt omnia ſolemniter

acta, ex Abbate Decio, & alijs quos citat Maſcard. concluſ. 958. num. 23. Rotta in nouis deciſ. 423. maximè in his quæ fiunt ex neceſsitate officij Epiſcopalis in quibus non eſt præſumendum Epiſcopum negligentem fuiſſe, immo ex temporis ligitimo curſu hæc omnia interueniſſe credendū eſt, antequam præſentatus confirmaretur, nec videtur bene ſentire Mena q. 23. n. 95. dicens quod titulus ex tempore præſumi non poſsit, ad quod multos citat n. 94 & addit n. ſeq. pariter nec ſolénitatem tituli, præſumi poſſe, quia ſolemnitas inquit eſt pars tituli eſſentialis, quod quidem neſcio quo fundamento dictū, cū tritum ſit ſolemnitates actuū habere ſe tanque accidentia, quæ ſubſtantiam non corrumpunt, niſi quādo decretum additum ſit virtute cuius actus deficiat, vnde illius opinio ſolum admitti poterit, in his actibus, & titulis, in quibus fit ſolemnitatis mētio præhabitæ, adeo vt alias expediri nequeant, tunc enim cum ex inſpectione conſtet defeciſſe ſolemnitatem, quæ neceſſario inſeri debuit, non eſt præſumptioni locus, ex his quæ Valaſ. conſ. 162. n. fin. verum in his caſibus in quibus titulus de per ſe ſtat, licet aliquæ ſolemnitates deciant, ſi oſtendatur titulus ſolemnitates ex tempore præſumi apud omnes in confeſſo eſt, ex Aflict. deciſ. 245. n. 4. & deciſ. 107. Oſaſcus d. Pedam. 172. Menoc. de arbitr. lib. 2. centur. 5. caſu 433. n. 24. Craueta conſ. 317. n. 2. libr. 2. Maſcardus concl. 482. Roland. conſ. 90. á n. 38. lib. 1. Meno. conſ. 133. libr. 2. num. 17. idem Flores libr. 1. q. 2. á num. 3. Valaſc. vbi ſup.

29 Si enim hoc caſu patronus compelleretur, de nouo de iure ſuo docere, vtique iam á ſua quaſi poſſeſsione deturbaretur, poſſeſſoris enim ius in eo conſiſtit, vt ſua vtatur poſſeſsione ſine vlla contradictione, ſi ergo modo nō admittitur, niſi prius doceat ad ius ſuum reuertentem reppellit, Epiſcopus, & ſucedit regul. text. in l. peregre §. qui ad nundinas ff. de acquir. poſſ. maximè quia ex parte Epiſcopi, ille actus confirmationis non eſt liberalis, ſed neceſſarius, Panormi. in c. poſtquā n. 1. de Electión. Bart. in l. & quia ff. de iuriſd. omni iudic. quē Epiſcopus denegare nō poteſt, ſine partis iniuria, quia videbitur vele fraudare præſentationem patroni, quē eo caſu vere ſpoliat, atq; ex his manet reſoluta ſecundi caſus hæſitatio, & in eo minus eſt dubij ex ſupradictis, & his caſibus prouiſum fuit in Senatu in ſupplicatione D. Emanuelis Coutinho qui cum coram Epiſcopo Portuenſi clericum præſentaſſet ad beneficium ſui patronatus, Epiſcopus confirmationē diſtulit, iuſsitq; vt promotor litem moueret, quod nō iuſtificabatur poſſeſsio in forma Cōſilij, & cū in Senatu ei prouideretur

cauſa

cauſa delata fuit ad Senatores aulicos, vbi ſancitum fuit chartas bene fuiſſe expeditas, & Epiſcopus præſentatum confirmauit. Similis deciſio emanauit in cauſa Vicecomitis Villæ nouæ 6. Februarij 1615. cui denegabatur ſui præſentati cõfirmatio cum de ſua quaſi poſſeſsione, & vltimo ſtatu doceret.

30 Non ommittam aliũ caſum. qui quotidie in manus incidit, nempe quando agitur de prouiſione beneficij iuris patronatus mixti, quod ex vocibus ſæcularibus, & Eccleſiaſticis componitur, an fiat vis patrono ſæculari, ſi per concurſum prouideatur, iuxta formam Conſilij ceſſ. 24. cap. 18, non vero ad præſentationem patroni.

Et videtur ſine dubio eſſe quod tale beneficium debet per concurſum prouideri, quaſi in totum ſit Eccleſiaſticum, quia qualitas illa dignior eſt laicali gloſ. fin. in cap. vnico de iure patron. lib. 6. & propter eam fruitur patronus ſæcularis ſemeſtri quod Eccleſiaſtieo á iure conceditur, vt in d. c. 1. §. 1. quia quodlibet mixtum ſequitur naturam ſimplicis dignioris. Couar. pract. c. 36. n. 5. Mandoſ. regul 1. chancel. q. 10. n. 8. ſicut alias ſi in Collegio concurrunt Clerici, & laici, collegium dicitur Eccleſiaſticum, ex Burgenſ. in cap cum dilecti de Emption. n. 14. Couar. pract. cap. 34. num. 1. & in duobus ſocijs delinquentibus quorum ſi alter eſt clericus cauſam communem trahit ad iudicium Eccleſiaſticum, dixit Bartol. in l. præcipimus §. eo obſeruando C. de appel. & de iure Clarus §. fin. q. 36. num. 46. quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, c. quanto de Iudic. Gomez in cap. 1. n. 47. in fine de reſcrip. lib. 6. dicit comunem Boſsius tit. de foro comp. num. 116. Foller. in pract. criminal fo. 75. n. 79. Arnoldus ſoliloquio 57. licet ex ſtilo & praxi hodierna hoc immutatũ ſit ex Capit. d. 173. plures relati à Couar. d. cap. 34. n. 1. in fin. ſicut alias quando in præſentando cõcurrunt Maſculus, & fæmina præferendam præſentationé maſculi tanquam dignioris dixit Bal. in l. 1. C. de ſeuator. Decius in l. fœminæ num. 50. Iuuat doctrina Panorm. in cap. ſuper quæſtienum §. ſi vero col. 2. de officio deleg. vbi reſoluit quod compoſitum ſequitur illam qualitatem ſecundum quam magis accedit iuri communi, & negari non poteſt, ſecundum ius eſſe, vt Eccleſiæ ab Epiſcopo prouideantur dignioribus, non vero á patronis, cum eo caſu à ſeruitute liberentur, maximê quia cũ collatores ſub peccato teneantur dignioribus prouidere, vt dixit Nauar. in manu. cap 17. num. 71. quia tam Epiſcopus quam Patronus tenentur Eccleſiæ conſulere, meliori modo quo poſsint, illud quidé nõ æque bene fit, niſi quãdo

facto concurſu Eccleſiæ prouidetur. Ergo illo modo magis ſecundum ius prouidetur prout explicat Rochus de iure patron. verbo ius num. 15. q. 7. Balb. 1. p. 5. princ. q. 4. 1. prin. num. 35. Staphil. de liter. gratiæ fo. 100. Rebuf. in praxi fo. 174. num. 68. Peres ad l. 1. titul. 3. lib. 1. Ordinat. col. 12.

Nec obſtabit ſi dicamus per hanc interprætationem maximũ inferri præiudiciũ patronis (quod iura abhorrent,) & ideo regulæ reſeruatoriæ ipſos non compræhendunt, ne ab Eccleſiarum fundatione retrahantur Couar. d. c. 36. num. 6. Simoneta de reſeruat. q. 9. Gonza. gloſ. 9. ſ. 1. num. 68. Reſpondetur enim quod reſeruæ ſunt odioſæ, & vti tales, ex intentione Pontificis non compræhendunt ius patronatus mixtum, ſemotta tamen reſeruatione aliud dicendum eſt, circa alia extra reſeruationem, explicat Garcia 5. p. cap. 1. n. 558. & 9. p. cap. 2. n. 283. & ſeq.

Confirmat hanc partem ipſius beneficij vtilitas, quæ principaliter attendi debet, poſtpoſito patronorum præiudicio, quod ſecundarium eſt, cap. cum veniſſent de reſtit. ſpol. ſuſtinetur nanque actus ex principali intento, vt per Deci. conſ. 271. in fin. maximè cum concurſus non reppellat patronum laicum á ſuo iure præſentandi, quia iuxta formam d. c. 18. de probatis ab ordinario poterit eligere, quem digniorem viderit, quare modicum ei infertur præiudicium, cui præferri debet Eccleſiæ vtilitas, & animarum ad quam dignior per concurſum eligitur.

31 Vltimo facit quia in caſibus ſimplicibus loquens diſpoſitio, comprehendit etiam caſum mixtum l. ſi ita ſcriptum ff. de liber, & poſthum vbi legato relicto filio, & eo non nato filiæ, diuiditur, eadem porportione ſeruata, quando vterque naſcitur, Bart. & alij cum Marco Antonio Aquila, in l. Gallus illo tit. num. 87. vbi Ruinus in princ. quod ſine dubio procedit, in indiuiduis, ex Cuia. lib. 17. obſeruat. cap. 38. Gilbertus Regius lib. 2. cap. 11. Boer. deciſ. 73. n. 4. Anton, de amatis deciſ. prouincial march. 222. fo. 420. licet in pænalibus, & odioſis mixtum nõ compræhẽdatur ſub ſimplicibus, Tiraq. ad l. Conubial gloſ. 5. num. 71. atque hoc ita obſeruari in Curia, vt beneficia iuris patronatus mixti per concurſum prouideantur Garcia d. 9. part. cap. 2. num. 283.

32 Verum his non obſtantibus veriſsimum puto, beneficia iuris patronatus mixti nullo modo per concurſum prouideri poſſe, quæ veritas primo comendatur, ex eo quod ius patronatus laicorũ adeo fauorabile eſt, vt ſemper debeat manere illæſum, niſi de illo ſpecifica fiat mentio, quia cum priuilegium contineat in corpore

iuris

iuris clauſum, nunquam per legem generalem ſublatum cenſetur, niſi aliũde colligatur animus reuocandi, gloſ. in auth. quia (vbi de crimi. communiter ibi recepta gloſ. in l. hæres abſens ff. de Iudic. verbo excuſatur gl. 1. in l. 3. C. de ſilentiar. lib. 10. ibi. non præiudicatura quacunque generalitate pragmatica, doctores in cap. non nulli de reſcrip. lib. 6. Panormit. in cap. cum inſtantia de Cenſibus num. 5. & oportet vt talia verba addantur ex quibus colligamus Principem per legem generalem tollere priuilegia intendiſſe, proſequitur Cabed. 2. p. deciſ. 94. n. fin & d. 75. & 79. d. 86. n. 9. quod magis ſine dubio procedit in priuilegio in remunerationem conceſſo, quia tranſiuit in contractũ, & ſpecialis illius mentio requiritur, quale hoc eſt, conceſſum patronis propter Eccleſiarum ædificationem, immo talia priuilegia irreuocabilia teſtatur Tiraq. in l. ſi vnquam verbo donatione num. 14. de quo Cened. 3. p. Collect. 14. Barboſa 1 p. l. 1. num. 10. ff. ſol. matri. Soares de legib. lib. 8. cap. 38. á n. 3.

Vnde cum in d. cap. 18. Conſilij nulla derogatio generalis nec ſpecialis ſit, per quam priuilegio patroni laici derogatum ſit, illæſum eſſe debet, etiã quãdo beneficium ſit mixtum, vt ſuo præſentandi iure fruatur, ſine vlla diminutione ex reg. cap. 2. de priuil. vbi S. Pontifex teſtatur ſe nunquã laicorum priuilegijs derogare intendiſſe, & ita eſſe de iure tenet Gonza. gloſ. 18. à num. 8. Immo ſemper amplectitur illud quod patrono fauorabilius eſt, aduertit Couar. d. cap. 36. num. 5. Felin. in tract. quando literæ Appoſtolicæ noceant patron. ampli. 6. Mandoſ. regl. 1. q. 8. vbi refert ſic Roctam iudicaſſe Germon. in tract. de Indultis Cardin. §. volumus num. 29. quod quidem comprobatur, quia ſi in d. cap. 18. intelligeremus ſæcularium patronorũ priuilegia derogata eſſe, vtique negari non poſſet quod talis reuocatio eſſet tacita, cum expreſſa ibi non reperiatur, tacita autem reuocatio tunc datur quando Princeps facit aliquem actum, qui nõ poteſt ſubſiſtere ſine derogatione priuilegij, prius conceſsi, tũc enim cum illæ duæ voluntates Principis ſint contrariæ, neceſſe eſt, vt vna impediat aliam, & ſic poſterior præualet, ſi habeat omnes conditiones neceſſarias ad virtualem voluntatem vnius obiecti in alio, vel effectus in ſua cauſa, quia in moralibus virtualis voluntas, æquiualet formali, & ideo in iure tacitum æquiparatur expreſſo, quod tamen ita accipi debet, quãdo S. Princeps notitiam habuerit præcedentis priuilegij, & inſuper quod actum ſecundo loco geſtũ repugnet priuilegio, ita vt vnus ab alio impediatur, arg. l. idem Vlpianus §. ſunt & alij ff. de excuſ. tutor, vbi data facultate tutori

ad mutandum domicilium, dicitur data virtualis licentia dimittẽdi munus, quæ reſolutio noſtro caſui nullo modo conuenit, cum verba conſilij in alijs beneficijs verificari poſsint, licet non comprænhendant ſub ſe beneficia iuris patronatus, ſæcularis mixti, cum loquatur de beneficijs iuris patronatus Eccleſiaſtici ſimpliciter, qualia non ſunt illa quæ pro parte non ſunt Eccleſiaſtica; nec ad illa debet fieri extenſio, cum verba non adſtringãt, & mens Principis abeſſe videatur, cum patroni ſub ſpe priuilegij ſibi conceſsi Eccleſias dotauerint, & conſtruxerint ex quibus Princeps non modicũ emolumentum accepit, quo caſu priuilegium plenam ſecuritatem conſequitur, ſicut alias quando donatio fit â Principe, propter ſeruitia exhibenda, ſi poſtea aliquid fiat, ex quo comodum Princeps recipiat, comenſuratum donatis, ſi poſtea conceſſa reuocet, dolum comittet, niſi fiat ex publica, & vigenti cauſa Menoch. conſ. 331. num. 75. & 83. qua ſuggerente licet Principi vti bonis ſubditorũ, in bonum commune, l. Lutius ff. de euictio. l. item is §. 1. ff. de rei vindic. reg. quod ſemel de reg. iur. lib. 6. ibi niſi ex cauſa Pinel. in l. 1. 3. p. num. 62. illat. 17. Soares de legib. lib. 8. cap. 25. num. 22. Caſſador. d. 1. de pact. num. vlt. Puteus lib. 1. d. 52. Pallati. in rub. §. 69. á num. 13. idem Soares d. lib. 8. cap. 37. num. 9. vbi tenet quod hoc caſu debet fieri compenſatio rei acceptæ, vnde illa conſtitutio ſic ample intellecta nullo modo poſſet trahi ad Eccleſias patronatas, ante Conſilium, conſtructas, & ideo vt hæ ambages tollantur verius eſt in neutris verificari poſſe aut locum habere.

33 Nec obſtabunt ſupra in contrarium adducta; ad primum nãque reſpõdetur quod licet ratione ſocietatis ſæcularis fruatur ſemeſtri, quod Eccleſiaſtico ſocio competit, non ideo dicitur aſſumere naturam Eccleſiaſtici, regulare nanque eſt in his quæ prodeſſe poſſunt ſocium iuuari priuilegio ſocij, vt eſt text. in l. Ariſto ff. quæ res pignor. ibi quodquis ex ſua perſona non habet, per extraneam perſonã habere poteſt, ſimilis l. hæreditariæ 70. ff. de furtis iuncta l. his tamen 72. eod. l. cum autem ff. ædilit. ædict. §. item ſi legatum, quia ſicut ſæcularis priuilegio temporis gaudet, ſic pariter Eccleſiaſticus fruitur priuilegio ſæcularis, ne contineatur in reſeruationibus Appoſtolicis, prout realiter ius patronatus mixtum non continetur, ratione partis ſæcularis, Couar. d. c. 36. num. 1. Staphil. de liter. gratiæ tit. de vi, & effectu clauſul. §. ſub ſequenter num. 17. Rebuf. in praxi tit. tertia pars ſignaturæ num. 5. ne patroni ab ædificatione Eccleſiarum retardentur, Flam. de reſigna. lib. 8. q. 9. num. 111. Zechius cap. 28. de parrocho. n. 6. Marcus Anton.

Antòn.Genuenſ.c.65.n.5. Leſsius de Iuſti.cap.34.lib.2. num. 58. & 81. Gonzal.gloſ.6. num.134. quæ ratio etiam hodie viget, quia poterunt retardari á redificatione, ſi ædifitia corruant, nec eſt maior ratio, vt non compræhendatur in reſeruationibus Appoſtolicis,quã vt non prouideatur per concurſum licet inter hæc duo Garcia d. lib.9.cap.2.num. 255. differentiã conſtituat, neminem citans, niſi vſum Rottæ quem eſſe in contrarium infra oſtendam.

34 Ad ſecundum de magis digno &c. reſpondetur non procedere in iure patronatu quia vbi primum eſt mixtum totum laicale reputatur,quoad iuris effectus,ſic quæ debent exponi verba conſ.d. cap. 18. quod concurſum ſolum exigat quando Eccleſia ſit liberæ collationis aut patronatus Eccleſiaſtici inſolidum, quia verba illa debent intelligi in potiori ſignificatu l. 1. §. fin. ff. ſi ager vectigal eo maxime ſi conſideremus ius patronatum mixtum, non dici ſimpliciter ius patronatum, ſed cum illo additamento mixtum. Ergo cum lex ſimpliciter loquatur de patronatu Eccleſiaſtico,nõ debet intelligi de mixto, ſicut alias lex loquens de vnione beneficiorum intelligenda eſt de vnione perpetua, non ad vitam, quoniam hæc ſimpliciter non dicitur vnio, ſed cum illo additamento ad vitam, Bart.in l.lutius §. quæſitum ff, de legat.3.ſic regula tex. in cap. licet Cannon de Electiondum iubet quod qui Eccleſiam habet intra annum promoueatur, non comprehendit collegiatam,quæ etiam ſi Eccleſia ſit,non tamen ſimpliciter eſt Eccleſia,ſed Collegiata. Sicque conciliantur d. cap. licet, & cap. ſtatutum de reſcrip.lib.6. Nec illud quod aditur quod á digniori fit denominatio, ſemper obtinet,nam ceſſare oportet quando aliqua ratio in contrarium moueat,dixit Purpuratus in l. Imperium ff. de iuriſd. omni. Iud. fal.3.n. 10. Iacobus de nigris in l.1. ff.de verbor. obligat. num.113. ratio autem hoc caſu mouet, vt interprætemur in fauorem patroni laici, ne â fundatiône retrahatur, vel á redificatione, ſi modo contingat poſt Conſiliũ quod Eccleſia corruat, vel aliqua indigeat reparatione.

35 Ad illud vero quod per concurſum melius prouidetur, reſpondetur quod poſsibile eſt per præſentationem, vel melius, vel æque bene prouideri poſſe Eccleſiæ,faciunt quæ Nauar.de pœnit. fo. 317. poſt num. 170. vbi firmat hac ratione non concedi patrono plures præſentare, quia non ſequitur ex eo quod plures præſentauit melius poſſe prouideri Eccleſiæ, nec illa vtilitas quam ſup. ponderauimus, eſt in conſideratione attẽto iure quia vtilius etiã eſſet Eccleſiæ, vt patroni laici tranſacto quadrimeſtri excluderentur á iure præſentandi, vt Eccleſia

cleſia exiret á ſeruitute, pro illa parte, & tamen propter iuris mixturam patrono laico ſemeſtre cóceſſum eſt, contempta tali vtilitate proſequitur Lambertin. de iure patron. lib. 2. q. 9. artic. 9. ante num. 2.

36 Nec tandem obſtabit quod lex loquens in ſimplicibus compræhédat mixtum quod declarádũ eſt cũ Benincaſ. in §. omnium inſtit. de actio. num. 240. & 247. vbi reſoluit ſolum in tribus caſibus comprehẽdi caſum mixtum, primo in fauorabilius, ſecundo vt euitetur contrarietas, tertio ſi lex vlterius procedens mixtum caſum expreſſerit, dicit communem poſt alios Iaſ. in l. 2. ff. de ver. bor. obligatio. Tiraq. ad leges conubial. gloſ. 5. n. 71. late Sanches lib. 8. diſp. 2. n. 28. Surdus conſ. 33. num. 29.

Quam reſolutionem non ſolum tenendam cenſeo in iure patronatus mixto, quãdo maiorem, vel æqualem partem habet ſæcularem, ſed & quando Eccleſiaſtica ſit maior, nam licet eo caſu in totum reputari Eccleſiaſticum, ſentiant plures ex Gambaro de offic. deleg. lib. 3. num. 369. Felin. in cap ex litteris de Conſtitution. Gonzales d. gloſ. 18. n. 15. Couar. d. cap. 36. num. 5. Rotta diuerſorũ d. 574 num. 7. & ſeqq. Tamen illuſtriſsimi Cardinales in quadã ardua controuerſia, & poſtea iterum ſuper beneficio de Ribadancora interrogati de hoc dubio veluti cæleſti oraculo ſic reſponderunt, interroganti Petro Lopez Leitaõ, in Curia reſidenti modo Bracharenſi Cannonico. Primo ſi beneficium curatum iuris patronatus Eccleſiaſtici in menſibus Sedi Appoſtolicæ reſeruatis vaccauerit, Epiſcopus ipſe ordinarius nulla habita ratione patronorũ, debet edicta concurſus proponere, & idoneum eligere ac Romam mittere cum fide ordinaria, à S. Pontifice inſtituendum, ſicut fit in alijs curatis quæ non ſunt de iure patronatus. Secundo ſi ius patronatus mixtum ſit laicale, & Eccleſiaſticum, quoad examen velut Eccleſiaſticum cenſendum eſt. Tertio ſi in collatione Eccleſiæ parrochialis quæſit iuris patronatus partim laici ſeruanda eſt forma examinis per concurſum hic poſita quam Conſilium præſtitit in conferenda parrochiali quæſit iuris patronatus mere Eccleſiaſtici, item quid dicendum eſt quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicos, & pro vna tantum ad Eccleſiaſticum.

Super primo congregatio Conſilij voluit particulariter videri ſtandum regulæ 8. menſium reſeruatorum per quam ſanctitas ſua reſeruat liberæ ſuæ diſpoſitioni, omnia beneficia etiam iuris patronatus Eccleſiaſtici, ſuper ſecundo. Cenſuit tanquam laicale eſſe iudicandum, ſuper tertio vt ad proximum? Hieronymus Cardinalis,

dinalis, quæ declaratio apud me eſt authentica.

Secunda declaratio ſic habet ſtante reſolutione in hac ſacra cõgregatione edita, Epiſcopum ſuſpitionis allegatione, ac probatione impediri non poſſe quominus viſitationem aggredi perficere atque exequi poſsit, quæritur an idem ſit dicendum in alijs viſitationibus, ſiue ſint Archidiaconi, ac Decani, & alijs de quibus loquitur Conſilium ceſſ.24. cap.3. ſiue viſitatoris nomine Archiepiſcopi viſitantis.

Secundo occurrente vaccatione parrochialis quæ ſit de iure patronatus pro vna parte laicalis, & pro alijs duabus partibus iuris patronatus Eccleſiaſtici, quæritur an hæc parrochialis debeat prouideri tanquam de iure patronatus Eccleſiaſtico, in qua viget maior pars, aut vero vt laicali in qua viget vna tantum, & hoc ius patronatus an ſit laicale, aut Eccleſiaſticum iudicandum. Tertio an Cappellani ad nutum ſeu temporarij in Eccleſijs vnitis, ſeu annexis monaſterijs regularium debeant omnino examinari, & approbari, ab ordinario, ſeu eius Vicario, iuxta decretum Conſilij ceſſ.25.cap. 11. de regular. qua illis concedebatur, vt in ſuis Eccleſijs vnitis poſſent ponere quoſcunque clericos abſque licentia, & conſenſu ipſius Epiſcopi, quæ concordia á 120. annis citra celebrata fuit, & eſt in obſeruantia ſed non eſt à Sede Appoſtolica approbata, Congregatio Conſilij ad primum reſpondit iam editam Congregationis deciſionẽ in his quoque viſitatoribus ſibi locum vindicace. Ad ſecundum ſi parrochialis ſit iuris patronatus mixti, ideſt partim laicalis, partim Eccleſiaſtici minime ſubiacere formæ concurſus præſcriptæ decreto 18. ceſſ. 24. quamuis pro pluribus partibus ſit iuris patronatus Eccleſiaſtici. Ad tertium ſi huiuſmodi Eccleſijs cura animarum incumbat ad eam exercendam deputandum debere examinari, & approbari, ab Epiſcopo, quod ſi regulares ob allegatam concordiam aliud prætendant adeant Congregationem à qua audientur Paulus Æmilius Cardin. ſancti Marcelli.

37 Atque ex his apparet non bene dixiſſe Garciam de ſtillo Curiæ eſſe vt hæc beneficia mixta prouideantur per concurſum, cũ contrarium ſtillus obſeruet licet ipſe num.278. alias declarationes afferat de quibus non conſtat, & forte fuerunt noſtris antiquiores, nam ſuprapoſita declaratio anno 1604. emanauit.

Vnde inferendo ad propoſitũ de quo agimus, quia res eſt dubia, & diuerſæ extant declarationes non puto quod ordinarius decernens concurſum, vim notoriam committat, pro qua ad Regium tribunal pateat aditus, cum dubia ſemper ſit pro cuius reparatione

ratione eius ſuperiores adeundi ſunt, ſolum eo caſu patronus ad manum Regis conuolare poterit quando ſcilicet ipſe in poſſeſsione ſit præſentandi eo modo ſine concurſu,& Epiſcopus ſemel collationem illius beneficij ad eius præſentationem fecerit, quia ſi reppellatur eius præſentatus mutatur ſuæ poſſeſsionis forma, á qua deijci non poteſt, ſine manifeſta violentia, ſufficit nanque poſſeſſori pro ſe habere Cardinalium reſponſionem, & in eo eſſe ſtatu,vt deturbatio ab eo vim inducat ex reg. d. c. quærellam de Election. cum vulgaribus. Inueni ſic Senatum cẽſuiſſe anno 1614. in ſententia pro lata pro illuſtriſſimo Marchione de Villa real eiuſque præſentato Abbate Sebaſtiano Rodriguez da Mota viro nobiliſsimo, cui cum ordinarius denegaret, vt ad ſe examinandum accederet, ſupplicauit,& ei prouiſum extitit, proceſſus eſt apud ſcribam hac nota 251. quia omnes proceſſus Regiæ Coronæ vidi mandato Principis,& notaui ſimilibus notis vt facilius inueniri poſſent, & licet ibi fiat mẽtio ſententiæ iam latæ quoad illum effectum collandi, tamen vtroque caſu idem eſt ius.

38 Quæri poteſt an ſit violentia notoria quoties laicus ad iudiciũ Eccleſiæ vocatur ratione decimarum,quas ipſe negat, ſe vnquam ſoluiſſe, & quia de materia agemus in Ordinat. lib.2.tit.1.§.6.modo ſolum immorabimur in diſcutiendo,an eo caſu violentia cõſiderari poſsit, ſi ad ſoluendum cenſuris compellatur, in quo duo caſus diſtinguendi ſunt,quod vel ſæculares vocantur ad iudicium Epiſcopi, vt ordinarie diſcutiatur, an debeant,vel antequam de cauſa cognoſcatur cenſuris compelluntur ad ſoluendas decimas inſolitas. Primo caſu nulla violentia ineſt, quia cum hæc cauſa decimarum ſit mere Eccleſiaſtica,priuatiuè ſpectat ad iudicium Epiſcopi cap. fin. de rerum permut. Clem diſpendioſam de Iudic.cap.tuá nobis §.fin.de decim. cap. poſtulaſti de homicid. cap. cauſam de præſcriptio. cap. ex tenore iuncta gloſ. verbo Eccleſiaſticum de foro comp. gloſ. in ſumma 11. q. 1. gloſ. in cap. placuit verbo decimarum 16. q. 3. ſpecul.in tit. de compet.Iud. add. num.16. Guterr.3.p. q.26.num.11. Fulgo. conſ.166. num. 4. Caſſan. conſ.45.num.12. Barboſ. in l.titia ff. ſol matrim.num 47. verſ.cum enim quæſtio, adeo vt etiam contra exemptos Epiſcopus agnoſcat cap. 1. §. diceſani de decim lib. 6. Quare vt hoc caſu cõſiderari poſsit violentia, oportet vt in modo petendi vis fiat,exigendo decimas inſolitas via executiua vt in ſecũdo caſu,in quo laicis ſuccurre poſſe teſtatur Couar. pract. cap. 35. num.5. cui ſubſcribit Guterrez ad leges regni 1.p.q.14. num.5.Menchaca illuſtrium.cap. 89. elegãter Guilel.

Guilel. verb. ſi abſque liber tit. de fideicom. ſubſt. n.46. ibi & inde eſt quod literæ dictim cócedũtur in cãcellaria Regia, quod plus eſt ſuper nouis decimis, ne à laicis vltra debitũ, & cóſuetũ modũ exigãtur, de quo habét Galli expreſsã ordinationé Philippi pulchri latã anno 1304. c.19. Idé Couar. á Carolo Cæſare cautũ dicit 1. reſol. c.17. n. 8. verſ. nono. eleganter Barboſa in l. titia ff. ſol matri n.47. Ceuallos 4. p. q. 897. n. 241. agens de nouis impoſitionibus, & redecimis.

Nó tamé puto ſecure procedere poſſe quæ d. n.47. dicit doctiſſimus Barboſ. dũ admittit dari poſſe violétiã ſi laicus neget ſe teneri ſoluere decimas, quia ligitima præſcriptione munitus eſt, quia licet laici iuris decimandi ſint incapaces, c. cauſam de præſcript. tamen præſcriptione poſsũt ſe ab illarũ ſolutione eximere, c. in aliquibus de decim. Couar. d. c.17. n. 10. Nauar. in manu. c.21. n.30.

Hæc nanq; doctrina ita generaliter accepta ſtare nó poteſt, quia exceptio præſcriptionis eſt coram eodé iudice Eccleſiaſtico proponéda arg. Ord. lib. 3. tit. 20. §.15. & adhuc pédet á futuris probationibus, quę cauſæ diſcuſsioné exigũt circa bonã fidé titulũ, & poſſeſsionis modũ, & téporis curſum, quæ omnia ad illud iudiciũ ſpectãt, c. ex tenore de foro cóp. vbi gl. verb. Eccleſiaſticũ Barboſa d. n.47. vbi citat Paulũ conſ. 263. Quare non eſt dubiũ poſſe decimas cenſuris exigi etiam ſi laici præſcriptioné allegent quia ſunt ſolitæ ſolui attento iure quod excomunicatori aſsiſtit donec de priuilegio, aut præſcriptione appareat, nec ea violentia eſt notoria, vt habeat locũ lex Regia, ſed dubia & valde dubia, adeo vt etiam ſi pronũtiatum ſit contra d. præſcriptioné, adhuc hic recurſus non pateat, ſed ad ſuperiores Eccleſiaſticos, inſolitæ autem tunc ſolum decimæ intelliguntur, quando vltra conſuetũ iuris modum, vel bonam terræ conſuetudinem exiguntur cenſuris, tunc enim quia ius laicis aſsiſtit, eis violétia incutitur in modo petendi, ſi cenſuris petantur nó ordinarie, & ſuper ea tãtum patebit recurſus, quando iudex Eccleſiaſticus nolit deſiſtere quouſque ſoluant, & adhoc aduertédũ quia in his maxima datur æquiuocatio, faciuntq; Barboſ. vbi ſup. n.48 vbi dicit quæſtioné facti decimarum eſſe mixti fori, cũ ergo hoc caſu quæſtio ſit facti, an prę̨ſcriptę̨ decimæ ſint, vel an priuilegiũ duret, nó eſt dubium præocupatam eſſe iuriſdictioné in foro Eccleſiæ, de hoc latius agemus in Ord. lib. 2. d. §.6. vbi videbis.

Semper tamen notabis quod pro decimis debitis Regi ex priuilegio appoſtolico nó cognoſcit iudex Eccleſiaſticus quia hæ effectæ ſunt temporales ex titulo habito à Pontifice explicat Barboſa in l. titia á n.40. & ſequentibus, & cum dentur Regi fiunt ius re-

gale earumque cognitio ad Regios ſpectat miniſtros ſicque iudicatum reperies contra Archiepiſcopum hujus almæ Vrbis pro Marchione de Villa Real anno 1612. proceſſus eſt apud ſcribam Regium in hac nota r74. in frōte ſcripta, & in alia ſupplicatione à Luppo Rodriguez Mēdes interpoſita à Ioanne Peixoto de Souſa Vicario Eborēſi.28.Iunij 1611.n.675

39 Quæri poteſt an detur notoria violentia quando laicus condemnatus in iudicio Eccleſiaſtico conuenitur pro executione ſententiæ, & dum pignora offert nihilo minus excōmunicatur, quouſque ſoluat, cum effectu, & an eo caſu valeat ad Regium tribunal recurrere, & videtur nullam eo caſu notoriam oppreſsionem verſari, cū iudex potuerit ſuum animū mouere á circunſtantijs loci, & perſonæ, Afflict. d. 28. n.4. Cumque ſibi conſtiterit reum condemnatum malitioſê, & vt executionem differat nole ſoluere, cum ſumma ſit parua, & reus forte notoriè diues, recte poteſt vt fraudibus non pateat occaſio, iubere vt ſoluat, cum effectu, & in contumaciam non parentis, ſententiam proferre excōmunicationis, vnde illud præceptum iudicis vt ſoluat non poteſt dici quod notoriam contineat oppreſsionem, quia ad ſummum erit iniuſtum, ſi debitæ circunſtantiæ non obſeruētur, dū in pecunia numerata ſolutionem petit. Maximè quia nec iniuſtitiā videtur continere, nam ſi quis cōdemnatur vt ſoluat, centum non paret ſententiæ dādo pignora, vel fideiuſſores ſed ſoluēdo cū effectu l. itē liberatur 6. ff. quibus mod. pignus, l. 4. § 1. ff. de re iud. l. promiſſor 21. §. fin ff. de Cōſt. pecu. l quod ſi non 10. ff. de pignor. act. differūt enim ſatisfacere, & ſoluere inter ſe, nā primū impletur quādo ſecurº reditur creditor, l. 1. ff. qui ſatiſd. cogāt. At vero qui ſoluere tenetur debet omnino liberare ſe per ſolutionē, l. liberationis 47. ff. de verb. ſign. Nec aliud probat l. ſolution. 174. ff. de verb. ſign. dū probat verbū ſolutionis ſignificare omnē ſatisfactionē, nā reſpondetur quod ideo in eo text. tūc ſatisfactio habetur pro ſolutione, quādo creditor acceptauerit, nā tūc quatenus reſpicit cōſēſū creditoris perinde habetur, ac ſi debitor perfecte ſoluiſſet, nā aliud pro alio volēte creditore ſolui poteſt, l. 2. §. 1. ff. ſi cert. petat, quæ declaratio deducitur ex l. ſatisfactio 52. ff. de ſolut. vbi habet quod ſatisfactio facta volēti creditori pro ſolutione eſt, atq; ita liberatur debitor ac ſi verè ſoluiſſet, obſtat tamen l. reſcripto 6. verſ. plane ff. de muner. & honor. vbi ille qui Reip. debitor erat, ſatis eſt vt offerat pignora, & gl. fin. in d. l. item liberatur dicit illud eo caſu ſpeciale eſſe, quod Bart. & alij ſequūtur, nullā ſpecialitatis rationē aſsignātes, idē Bart. in §. 1. illius legis aliter reſpōdit n. 1. quod tex. in d. l. reſcripto illū caſum ſatisfactionis

ctionis expreſsit,atq;ex eo nō habere locum iura ſupra citata,quæ procedunt in dubio quādo aliter diſpoſitum non reperiatur,ſed minus hic intellectus ſatisfacit,verus igitur ſenſus eſt, quod in eo text. in §. debitoris dictum fuerat quod debitores ciuitatis ad publica munera non eligantur, antequam ſufficienter cauerint,vel ſatisfecerint, l. ſemper §.Conducto res ff.de iur. immunit. cum igitur in text.exprimatur,vt non eligantur ad honores ante ſatisfactionem,recte pignora,& fideiuſſores admittuntur, l. promiſſor. 21. §. fin.ff.de Conſtit.pecun.dum ergo poſtea in d.§.plane text. ait quod ſufficiat dare pignora loco ſolutionis intelligi debet, quod ideo ſufficiat quia in eo text.nō ſolutio ſed ſatisfactio requirebatur, cur autem eo caſu non ſolutio,ſed ſatiſfactio deſideretur ea videtur ratio, quia in eo text. non agitur de liberando debitore, ſed de eo admittendo ad munera publica, & honores, atque ex eo ſatis viſum fuit vt admitteretur, ſi præſtita cautione,vel fideiuſſoribus Reſp. ſe cura remaneret, nam ſi ageretur deliberando debitore Reip. neceſſaria eſſet ſolutio.

40 Ex quibus redeūdo ad propoſiti caſus quæſtionem cum illa ſentētia contineat præceptum, vt condemnatus ſoluat, nō ſatisfacit dādo pignora,quidquid exiſtimauerit labeo quem ſaluat Vlpian. in d.§.1. quando magna cauſa ſuperueniat,vel magnum debitum, quod faciliter ſolui non poteſt, requiritur enim vt ſpecialiter pecuniam numeret, l. ſolutam 49. ff. de ſolutio. ſolum enim pignora admitti poterunt quando quātitas debita non ſit liquida, per text. in l. ſtatuliber 5. ff. de ſtatuliber. quare in noſtro caſu dum iudex iuſsit, vt ſolueretur quantitas debita, tantum abeſt vt oppreſsionem faceret, quin immo ſecundum ius, pronuntiauit, & caſu quo fateremur ipſum perperam iudicaſſe, à ſuis ſuperioribus debuit corrigi, non vero per recurſum ad Regem, ex d. Conſ. ceſſ.25. c.3.Contrarium tamen in Senatu iudicatum inueni ſed non aſſentio, quia licet in d. cap. 3. iuſſum ſit Prælatis ne cenſuris vtantur niſi in ſubſidiū, quando alia deficiant remedia, quia illa pœna eſt omnium maxima,cap. corripiantur 24.quæſt. 3. & Reges ſint Conſilij protectores idem Conſ. ceſſ. 25. cap. 20. Belarmin. de laicis lib.3. cap. 18. fo. 1347. tamen hoc non ſufficit vt Regia tribunalia ſe in his intromittant, prætextu violentiæ contra prohibitionem d. c. 3. in fine quæ licet nōn loquatur cum Regibus vt explicat Rodrigues de reddit. lib. 1. quæſt. 17. num. 73. tamen non adhuc cognoſci poteſt niſi vbi notoria ſit violentia.

41 Non omittēdū duxi caſum qui quotidie ingenia Senatorum

torquet, an poſsit per viam violentiæ prouideri Regio Magiſtratui qui dum à clerico factis, & conuitijs impeditur, ne publicam iuriſdictioně exerceat, cum per familiam capere iuſsit, & ob hoc factum excomunicatus fuit,eiuſque miniſtri quod manus violentas in clericum iniecerint, & videtur hoc caſu nullo modo patere additum ad Regium tribunal, nam clerici ratione delicti nõ fiunt de foro iudicis ſæcularis, nec ab ipſo capi poſſunt, abſque excomunicationis in curſu c.ſi vero de ſent.excomun.verſ. cœperit comunem dicit Boſsius tit. de foro comp n. 150. & tit. de captura n. 55. Farin.tit. de inquiſitione q. 8. n. 115. & tit.de Carcer. & carcerat q.32.num.72. & hanc opinionem quod capi nequeant, licet offendant iuriſdictionem ſæcularem, tenuit Azeued. l. 3. tit. 1. lib. 4.n.3. vbi citat gloſ. 2. in l. 57. tit. 6. part. 1. Immo nec capi poſſe animo eum ducendi ad ſuum iudicem, dixit Marta de iuriſdict. 4. p. cent. 1. caſ.42. num.17. Nec obſtabit quod plurimi aſſerunt poſſe clericum in flagranti delicto capi; vt per Clarum §. fin. q. 77. verſ. ſed quæro. Sintagma comun. 1. tom. loc. 1. cap. 5. Ordinat. lib. 2.tit.1.§.fin. & alibi qui omnes ex doctrina Innocentij loquuntur in d. c. ſi vero nam ſi ad verba illius text.reſpicimus eo loci talem capturam permittit pro defenſione propriæ perſonæ,quãdo aliter mors ipſius capientis vitari non poſſet, & ideo permittit capturam quia veram, & propriam eo caſu continet defenſionem, ratione cuius eum occidere liceret, l. vt vim ff. de vi. Soares aduerſus Angl. errores lib. 4. cap. 34. num. 30. ſecus vero eſt hoc caſu vbi iudex ratione conuitij clericum capit, in quo punitionem intendit, & criminis vindictam non vero defenſionem. Deinde dum iudex Eccleſiaſticus ſæcularem punit, ratione ſacrilegij; iudicium Epiſcopi eſt omnino competens, ratione qualitatis propoſitæ Ordinat. lib.2. tit 9. §. 3. cuius expreſsio ſola ſufficit, in citatione vel libello,vt fundatum ſuper ea iudicium conſiſtat, Barboſ. in l. ſiquis ex aliena ff. de Iudic. num. 147. Bobad. lib.2. cap. 18. n. 161. Couar lib. 1. variar. c.4. n. 2. Soares de Prima. lib.4. cap. 14. n.15. Menoc.conſ. 1045 n. 14. in fin. vnde dum pro exceſſu iudex conuenitur, licet non ſatis probetur illa ſentẽtia iniuſta erit, & contra ius partis, & continebit violentiam (ſi illa conſiderari poteſt) valde dubiam, non vero notoriam.

42 Nec obſtabit receptiſsimũ eſſe clericum capi poſſe à ſæculari magiſtratu quando illum iniuria afficit,vt dixit Tiber.decian.tom. 1. lib.4. cap.9. num.141 vbi citat Aufrer.in Clement.1. de offic. ordin.limit.14.num.22. Chaſſan in Conſuetud. Burgund. rub.1. §. 5.

des

Des juſtices n.83. Bobab. lib. 2. c. 18. num. 89. in fin. vbi addit quod etiam pecuniaria pœna puniri poteſt, propter irreuerentiam, vel ſi judicem ſæcularem conſulto non ſalutaret, vel ſi illi exequenti reſiſtat, per text. in l. addictos C. de Epiſcop. aud. cap. Romana de pœn. lib. 6. tiber vbi ſup. n. 142. Gregor. in l. 57. tit. 6. part. 1. gloſ. 2. Guillelmus in c. verbo & vxorem 2. n. 139. Carolus de Graſ. de regal. Franc. priuil. 17. verſ. tertius caſus Auil. prætor c. 3. gloſ. iuriſdicion. n. 3. & cap. 20. gloſ. vſurpan. n. 9. Garcia de nobilit. gloſ. 9. num. 32. & facit l. 6. titul. 5. lib. 1. recopil. & circa eximentes captos de manu familiæ ſecularis, plures citat Bobad. lib. 1. cap. 23. num. 134. & lib. 1. titul. 9. §. 12. cuius ſententiæ ea eſt ratio, quia eo caſu clericale priuilegium remiſſum cenſetur, quia eorum iuriſdictioni ex permiſsione Cannonum ſe Clericus ſubmittit, in aliena iuriſdictione delinquendo, ſaltem ad illum effectum, vt capi poſsit, vt ſuo præſentetur iudici, intra 24. horas vt dicit obſeruandum Bobad. lib. 2. cap. 18. n. 51 & 327. Ceuallos 4. p. q. 897. n. 635. ſicque explicanda eſt l. 2. tit. 13. lib. 8. ordinam. Marta d. Iuriſd. 2. p. cap. 34.

Satisfit nanque clericum capi poſſe quando reſiſtit, vt ſuo præſentetur Epiſcopo decenter, & ſine exceſſu, nam qui impeditur ne publicum officium exerceat, dum tollit impedimenta, nō manus iniurioſas ponit, ſed iuſtas nō offendit, ſed ſuo muneri inſiſtit. c. ſi vero ſecundo de ſent. excom. Garcia d. gl. 9. n 36 gl. in c. cū nō ab homine de iud. verbo deprehenſos Lucas de Pena in l. 2. C. de nauib. non excuſ. lib. 11. Abb. Hoſtienſ. & Inno. in cap. vt famæ de ſent. excomun. Verum licet hoc iuſte fiat non tamen euincit, quod ſi iudex, vel miniſter ſæcularis vocetur ad iudicium Eccleſiæ, eo quod manus violentas iniecerit, & ratione exceſſus, & ſi non compareat excomunicetur quod ad iudicem Regiū pateat additus; quia qualitas ſacrilegij propoſita ſufficit, vt ille forus fiat competens, & dum examinatis actis non apparet an realiter exceſſerit, nulla quærimoniæ cauſa ſubeſt.

Nec ſecūdo obſtabit quod qualitas propoſita contra Magiſtratū Regium eo caſu fraudulenta eſt, & poſita ad eum finem, vt efficiatur illius fori, & vt ſæculares miniſtri deterreantur, & ne ſuas proſequantur iniurias, & conuitia, & ne ſuorum ſuperiorum exequantur mandata, quo caſu qualitas per fraudem, & conſulto appoſita, nō fundat iudicis iuriſdictionem, vt in ſimili Felin. in c. atſi clerici de Iudic. poſt n. 10. verſ. fallit tamen vbi n. 12. idem probat Angel. in §. idem iuris inſtit. de exceptio n. 43. plura citat Valaſ. conſ. 162. n. 3. Fari, d. q. 8. num. 101. gloſ. verbo ſæculari in cap. relatum de

iur. patron. quam comendat Abb. in cap. cum dillecti de arbitr. Maſcard. concluſ. 689. Bobad. lib. 2. c. 18. num. 326. quia ſatisfit, quod quando appareat qualitatem in fraudem iuriſdictionis Regiæ appoſitam, ex actis non dubitamus iudicem Regium adiri poſſe, vel ex capite notoriæ violentiæ, vel ab abuſu, & vſurpata iuriſdictione, quando enim illa impeditur quodammodo vſurpatur, ſed de his debet cõſtare ex proceſſu, nec ſufficiet rem eſſe dubiam, quia in dubio pro Eccleſia iudicãdum ſibi nanque ſolum notoriæ violentiæ cognitionem Principes reſeruarunt.

44 Siquis obijciat quod qualitas ſacrilegij, propoſita non debet ſufficere, vt miniſter Regius ad iudicium Epiſcopi deferatur, quia ipſi exequenti mandata ſui ſuperioris ius aſsiſtit, & habet pro ſe præſumptionem quo caſu, vt ceſſet, non ſola allegatio, ſed vera probatio qualitatis præcedere debet, ex his quæ Bart. in l. præſcriptione C. ſi contra ius Barboſ. in d. l. ſiquis ex aliena num. 133. & probat gloſ. in verbo Conſeruatores de off. deleg. lib. 6. & in terminis Gail. lib. 1. obſer. 31. num. 4. & 5. Ordinat. d. tit. 9. §. 3. ibi, *nos caſos em que ſe nelle encorreo*, vbi ſe reſtringit ad caſus in quibus probetur, vel conſtet excommunicationem fuiſſe incurſam, quaſi non aliter reus ad illum forum trahi poſsit, niſi de eo prius appareat, ſatisfit quod non negamus teneri Eccleſiaſticum iudicem prius ſumariam accipere informationẽ, ſuper qualitate ſacrilegij, vel excomunicationis, pro fundamẽto ſuæ iuriſdictionis, qua aſſumpta, & Reo vocato, licet iniuſte procedat, tenetur comparere, & ibi de ſua docere innocentia, & caſu quo grauetur contra acta, & probationes exceſſus, quem probatur ipſum non comiſiſſe, tunc ad Regiũ tribunal poteſt patere additus, nõ vt iniuſtitiam ſententiæ iudex Regius corrigat, non enim ſub eo fundamento poteſt ſententiam proferre, quia iniuſtitia ſententiæ non eſt notoria oppreſsio, & ad ſuperiores Eccleſiaſticos ſpectat, ſed debet aſſumere fundamentũ ex fraudata iuriſdictione Regia, cuius debita executio, & publicæ functiones impediuntur, cum tamen de iure ſit vt vna iuriſdictio alteram impedire non poſsit, cap. ex tenore de foro comp. cap. nouit de Iudic, ibi non putet aliquis &c. gloſ. in cap. 2. de priuil. Bobad. lib. 2. cap. 17. num. 185. & cap. 18. num. 15. Azeued. lib. 4. titul. 1. l. 11 num. 10. Decian. in tractat. Criminal. lib. 4. cap. 11. & quibus armis hoc fieri poſsit Bobad. vbi ſup. num. 60. Franciſcus Marcus q. 215. Menoc. de retin. remed. 3. á num. 356. Salzed. in pract. c. 102. & hoc caſu videtur quod nõ erit ſufficiens excuſatio ſi miniſter, dicat ſe comiſiſſe exceſſum mãdato ſui ſuperioris, quia oportebit vt

iuſtum

iuſtum alias mandatum exequatur, non contra libertatem Eccleſiæ, in caſibus in quibus iudex ſæcularis cognoſcere non poteſt, quia hæc ignorantia cum iuris ſit, non excuſat nec iudicem, nec executorem qui obedire non tenetur niſi iuſta præcipienti, & licet mitius agendum ſit cum miniſtro, qui imperanti obtemperat, cum eius non ſit cognoſcere iuſtè, vel an iniuſtè ſuperior iudicet, aut præcipiat, tamen non omnino excuſatur á facto, quia hæc excuſatio proderit vt releuetur á pœna, non tamen euincit ne conueniri poſsit. Vide tamen de hoc concordiam Regis Dioniſij artic. 14. & 5. Regis Petri vbi videtur quod exceſſus à Rege punitur nõ vero ab Eccleſiaſtico niſi dixeris non tollere quod Eccleſiaſticus cognoſcat & quod detur in cognoſcendo præuentio, vt iudicatũ fuit in proceſſu de Ines Luis de Beja, in ſupplicatione à Vicario generali qui petebat cauſam ad ſuum forum remitti, & tamen quia de offenſione præuenta iam in ſæculari agebatur ſupplicanti prouiſum fuit 6. die Marci 1617. ſub num. 160. apud ſcribam Regium.

Altera ſententia lata fuit 17. Mai anno 1595. á Luppo de Barros iudice Regio in ſupplicatione facta à Senatore Chriſtophoro Borges quod contra eum excommunicationes prolatæ eſſent à Vicario huius Vrbis eo quod clericum vinculis mancipauit, & ſuo remiſit iudici propter conuitia, & cum ratione ſacrilegij eum vocaſſent ad iudicium Eccleſiaſticum, ipſe ſupplicauit, & denegata fuit prouiſio, patebit ex proceſſu ſignato num. 349. quod ex eo profluere videtur quia qualitas ſacrilegij ſufficit vt in illo foro agiretur cauſa.

Quod ſi ex propoſitione libelli vel aliunde colligatur in fraudem qualitatem ſacrilegij imponi, vt vexetur capiens tunc ſolet in tribunali Regio prouideri, vt in ſupplicatione Chriſtophori Borges Prouiſoris de Beja à Vicario Eborenſi, iudice Antonio da Gama ſub n. 641.

45 An autem à mero executore exequente ſententiam verbi gratia Romæ vel alibi latam, in caſibus in quibus notoria violentia detur, veluti quia per iniqui iuris impetrationem, cum falſis narrationibus, aliquod emanauit mandatum, quo cauetur vt aliquis ſuo beneficio ſpolietur forte inauditus, vel ſimile, quo executor de facto obediens, & incumbens executioni, Reum notificauit, vt recedat à beneficio, á ligitimo ſuperiore cum tit. Cannonico, & colorato obtento, ſub excommunicationis pœna. An eo caſu ob difficultatem recurſus ad ſummum Præſulem, quia res moram non patitur, liceat ad Regem ſupplicare, & videtur quod non, cum ipſe nudam recipiat facti execu-

tionem, & á delegante debeat ſupplicari, cuius nomine & mandato executio dimanauit, maximè quia eo caſu ſi conquæritur ſupplicans, quod indebite excomunicatus fuerit, & iudex Regius prouidet, vt cenſuræ tollat executor qui eas protulit, præceptum fit impoſsibile, quia peracto illo facto nudo excomunicandi, ipſe qui cenſuras tulit, abſoluendi eſt incapax, & debet ad delegantem recurri, qui ſibi abſolutionem reſeruauit, & ommiſsis his quæ ad quæſtionis explicationem requirebantur, quæ alij loco remittimus, quod ad propoſitum illud ſufficit, quod ſtilus obſeruat, ab hoc executore ad iudicem Regiũ ſupplicari poſſe, ex ſup. d. cauſa ex auth. Bart. in l. à diuo pio §. ſententiam Romæ ff. de re iudic. ibi. tunc ſi præſtat auxilium iuris putá excomunicando, vel interdicendo, vel iuriſdictionem denegando, tunc ab ipſo appellatur, quoniam ipſe actus eſt qui me lædit, vnde elicitur quod cum ipſe executor vim inferat, nihil intereſt, an mandato alterius faciat, quia ipſe mandantem repræſentat, & ab ipſo tanquam á mandante ſupplicatur, argum. l. 1. §. deijciſſe ff. de vi, l. non ſolum §. ſi mandata ff. de vſur. l. denique §. fin. ff. quod vi aut clam, quia cum violentiæ imperatæ à ſuo authore ipſe executor famuletur, ex authoris dolo tenetur, arg. l. apud Celſum §. de Authore ff. de dol. exceptio. Sicut ille qui de facto ſpoliat aut turbat, de facto cõpellitur vt reſtituat, quod abſtulit, & in ſpoliante reſoluit gloſ. in l. 1. §. hoc interdictum ff. ſi mulier ventr. nomi. Valaſ. conſ. 191. num. 8. Menoc. de recup. remed. 15. num. 487. Gama deciſ. 259. num. 2. Aflict. deciſ. 217. Oldrad. conſ. 88. atque ex his fundamentis, chartæ Regiæ ad ipſum executorem diriguntur, vt tollat cenſuras vel procuret vt tollantur à delegante, quando hæc omnia ad partis inſtantiam fiunt, & hic in regno adeſt tunc ipſi notificatur, vt cenſuras tollat, vel procuret vt tollantur termino aſsignato, & ſi non obediat capitur, & in carceratur vt ex Aragonia dixit Seſe de inhibitio cap. 9. §. 1. num. 63: & Latius c. 10. §. 1. per tot hoc vltimum non vidi practicari in hoc regno, primum vero ſæpiſsimè, & non ſine dubio eſt ideo cum maxima cautella procedi debet examinata violentia, an talis ſit cui alio modo ſuccurri non poſsit, & quando alia via non pateat, ſolet ex ſtilo regni, procedi contra ipſum executorem, ad occupationem temporalitatum, & priuationem naturalitatis, donec per ſe, vel ſuum ſuperiorem à quo mandatum habuit excomunicationem tollat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 NOtoria oppreſsio, & notoria violētia non defferunt in ſubſtantia ſed in modo procedendi, & cognoſcendi.
Latis tribus ſententijs cōformibus non amplius appellatur. ibi.
In Portuenſi Senatu fuit prouiſum illi qui impedimenta obtulit tres non eſſe conformes ne in executione procedatur donec impedimentorum cauſa decidi-tur. ibi.
Vltima ſententia obtenta per deſertionem non operatur effectus trium conformium. ibi.
Executio etiam trium ſententiarum impeditur quando opponitur de defectu iuriſdictionis. ibi.
2 *Iudicari ſentētias eſse vel non eſse conformes non continet notoriam oppreſsionem.*
3 *Comiſſarius Bullæ Cruciatæ non poteſt excomunicare decuriones ob non ſeruata priuilegia à Principe ſibi conceſſa.*
Supplicare poſſunt exactores Cruciatæ vel ad Regia tribunalia, vel ad ſuum Comiſſarium. ibi.
Cauſæ Cruciatæ non deducuntur ad Regia tribunalia per viam recurſus. ibi.
Quod intelligitur in his quæ reſpiciunt ipſam exactionem non vero circa priuilegia à Principe ſæculari conceſſa. ibi.
4 Priuilegiatum electum ad officium publicum, ſi non excuſat ille qui eum eligit non propterea poteſt excomunicari.
Sed reprobatur Senatus Areſtum eo caſu. ibi.
5 *Iudex ordinarius occupās poſseſsionem mādato Principis excomunicari non poteſt.*
6 *Decuriones dum ſeruitutes publicas occupatas recuperant*

cupeant excomunicari nõ poſſunt.
Quando iniuria non eſt notoria, ſed dubia conſeruator non cognoſcit ſed cauſam decidendam remittit iudici ordinario.
Ordinat. lib. 2. tit. 1. §. 5. non procedit in delegato reſpectu probationis qualitatis de qua agit.
7 Iudex datus à Principe ad diuidendas terras ſi Religioſos citat ad diuiſionem excomunicari nequit.
Reprobatur Areſtum Senatus. ibi.
Monachi qui ſuum habent iudicem, nec prætextu diuiſionis poſſunt trahi ad forũ ſæcularem. ibi.
8 Pro decimis exigendis ſi laici negãt ſe debere ſtatim remitti ſolent.
Cõtraria melior opinio. ib.
Oblationes cenſuris exigi poſſunt. ibi.
9 An pro ſepulturæ pretio, ſeu elemoſina laicus in foro Epiſcopi conueniri poſſit.
Ponderatur text. in cap. quæſta 13. q. 2. ibi.
Hoc caſu quia exactio iure reprobata debent laici pulſari in ſæculari.
10 Verum contrariæ opinio eſt verior.
Ad forum Eccleſiæ ſpectat cognoſcere de validitate conſuetudinis exigendæ oblationis.
11 An a nõ obſeruato aliquo decreto Sacri Cõſilij pateat ad Regẽ recurſus, & quod non.
Fallit ſi in prima inſtantia cauſa auocetur ab ordinario quia datur maxima oppreſſio. ibi.

Ex notoria oppreſsione ad Ordin. lib. 1. tit. 9. §. 12.

CAP. VIII.

1 EX capite notoriæ oppreſsionis patet cōquærentibus Regium tribunal, vt vi oppreſſos de manu calumniantium liberet, & defendat, & licet notoria oppreſsio, & violentia fere inter ſe conueniant, vt quæ præcedenti ſectione de manifeſta violentia diximus, notoriæ oppreſsioni conuenire certum ſit, licet Ord. Regia d. lib. tit. 9. §. 12. vtatur illis verbis notoria oppreſſaō ou força, quaſi vis per ſe ſumpta ſemper denotet actum iniurioſum cui occurri poſsit, non ſic oppreſsio quæ aliquando erit iuſta, & non notoria tamen ſup. diximus vtroque caſu notorietatē requiri, vnde differunt ſolū circa modum cognoſcendi, & iudicandi, aliquos tamen caſus ſubiungam in quibus hæc notoria oppreſsio principaliter conſiderari poteſt, vt ex infra dicendis apparebit.

Primo ſe ſe offert caſus quotidianus quando latis tribus ſententijs conformibus, in iudicio Eccleſiaſtico, quarū vltima agendi via præcluditur, ex reg. cap. ſua nobis de appel. Clem. 1. de re iudic Couar. practicar. cap. 15. n. 3. & 8. & cap. 25. num. 6. Duenas reg. 50. Maranta 3. part. 6. principal actu 2. á num. 269. Vantius tit. quoties & intra á num. 3. Octauian. lib. 7. de ſtil. Curiæ, cap. de appellatione verſ. generaliter ſi tamen pars aduerſa impedimenta obtulit, & illa pendent indeciſa, ſi iudex ad executionem procedat, an conſiderari eo caſu debeat notoria oppreſsio, niſi ſubſiſtat executio, quouſque impedimentorum finiatur cauſa. In hoc caſu vidimus in Senatu prouiſum ſupplicanti, & in Portuenſi Senatu olim prouidet D. Ignatius Ferreira iudex Regius ex tempeſtate vir quidem inſignis noſtri Colligij D. Pauli collega meritiſsimus, multis nominibus decorandus priori de Agoas Bellas Emanueli do Couto anno 1594. allegabat prior contra ſententias latas in fauorem Doni Aluari, quod vltima non erat talis, ex qua poſſent dici tres conformes, quia obtenta per deſertionē appellationis fuerat, quæ deſertio non operatur effectus vltimæ ſententiæ, ſed tamen operatur vt ſecunda maneat in ſuo robore, ac ſi non fuiſſet appellata, ſentit Imola in cap. interpoſita §. ille de appel. Aflict. libr. 2. conſtitut. rub. 45. num. 51. vbi aiunt licere appellanti deſiſtere á ſua appellatione, vel illi renuntiare,

tiare, quorum ſententia coadiuuatur iure Regio ex Ordin. lib.3. tit.70.§.3.& tit.69.§ 6.& tit.68. in princ.& tit. 72. §.1. in fine ibi. *ſe ſe deceo da ditta appellaçaõ que he auido como ſe da ditta ſentença naõ appellaſſe.* Deinde opponebat duas primas ſententias notoriè nullas, ex defectu iuriſdictionis, quam ex actis & comiſsione arguebat, & eſt regula,quod etiam trium ſententiarum conformium executio impeditur, quādo defectus iuriſdictionis obijcitur, quia etiā vbi repelluntur omnes exceptiones, illa admittur quæ iudicantis poteſtatem intuetur, ex gloſ. ad hoc celebri in Clem. 1. de ſeques poſſ. doctores in Clem. 1. de re iudic. vbi Lapus qui ſententiam à non habente poteſtatem latam, nomē ſententiæ nō mereri, ait, Brecheus aphoriſ.164.& ſuccedunt quæ D. Caldas Pereira de nomi. q. 5.n. 28. maximè ſi nullitas in continenti probetur,Caſſan fo.73. n.12. Couar.pract. cap. 24. num.5. attento nanque iure Cannonico cui in hoc caſu ſtandum eſt, Ord. lib. 2. tit.1. §.6.& lib.3.tit.64.& lib.4. tit.67.§.pen. quando impedimēta nullitatis obijciuntur, ſtatim executio ſubſiſtit, Bart. & alij in l. 4. §.Condemnatum ff. de re iud.Bal. in l.ab executore col. 7. C. quorū appel. Francus in cap. dillecto q. 10.de appēl. Aflict.d.283. Vantius tit.quot & quibus mod.num. 32. Roman. ſingul. 287. Rota & alij relati à Couar.practicar. cap. 25. à num.5. ſic limitata reg.Clem.1. de re iudic. quod etiam poſt tres conformes exceptio incompetentiæ operetur ſuum effectum, ne vlterius progrediatur, executio, ex Alex. conſ. 77. num. 8. lib. 2. Felin.cap.paſtoralis col. 4. de exceptio quos ſequitur Couar.d. c. 25.n.4. Paris conſ.23.n.102.vol.2. & conſ 45. num.28.lib.1. vbi ampliat, & ſi ſtatuto nullitas ſublata foret, Felin in rub.de foro comp. num. 2. amplians etiam ſi iuramento renuntiatum eſſet nullitati, Goz ad conſ.72. n.6. quæ nullitas cum ex contextu, & delegationis forma ſtatim appareat, neceſſario admittenda eſt, vt d. executionem impediat, ex Alex. conſ. 33. num. vlt. lib.1. & conſ.95. lib. 2.num.8. ſatiſdocet l. fin. C. ſi ex falſis inſtrum. Bald.in d.l.ab executore n.8. Hipolit.in rub.n. 160, Couar. d.c.25.n.2.

2 Hæc quidem aures de mulcere videntur, & prima facie animū mouent, vt iudici de facto procedenti, & tanquam priuato occurri poſsit, ne vaſſalus opprimatur, verum alio me rapit mens, cum videam non omni oppreſsioni in illo tribunali occurrendum, niſi quæ notoriam contineat cauſam, & iniuriam, quæ plus habeat facti quam iuris, quod autem hoc caſu ſit oppreſsio, dubia nemo negabit, ex d. Clem. 1. de re iud. determinatio autem illa quod fuerint tres conformes, ad ſummum continebit iniuſtitiam, cuius non eſt

eſt iudex ſæcularis Princeps, ſed ſuperiores Eccleſiaſtici deinde nõ exiſtimo, Principem poſſe iudicare pro oppreſsione notoria illã repudiationem exceptionis nullitatis, cum ipſe in ſuo foro non ſoleat ſuperſedere in executionibus, prætextu talium exceptionũ, niſi ſit de enumeratis in Ord. lib.3.tit.87.§.1.Valaſ.conſ.119.n.17. Si ergo illa repulſio, in ſuo foro non offendit, ius naturale, nec notoriam oppreſsionem habet, quo modo iudicabit aliud in foro Eccleſiæ, ex quibus non quod Romæ factum, ſed quod fieri debuit inſpiciendum eſt. Vidimus dubitatum in caſu cuiuſdam priuilegiati SanctæCruciatæ cui ſua priuilegia conceſſa â ſæculari Principe à decurionibus non obſeruabantur ob hoc factum comiſſarius d. Bullæ ſententiam excomunicationis protulit in decuriones, quaſi in ſuam deliquiſſent iuriſdictionem, ſupplicantibus fuit prouiſum, iuſte quidem, ex ea enim cauſa fuerant ex communicati quod priuilegium á Principe ſæculari conceſſum exactoribus elemoſiuarũ Bullæ non fuerant obſeruata, quo caſu non videbatur competere Comiſſario poteſtas excomunicandi, vrbium gubernatores, nam tanquã Comiſſarius poſſet quidem priuilegia per Bullam conceſſa facere obſeruari, quæ poteſtas non extẽditur ad priuilegia iiſdẽ ex actoribus data á Principe ſæculari, quorũm obſeruatio ſuis miniſtris ſæcularibus comẽdatur, nec aliqua poteſtas Comiſſario indulta reperitur, & in hoc tanquam priuatus procedit cum notoria ſubditorum oppreſsione arg. l. fin. ff. de iuriſd. omni iudic. qui caſus etiam conuenire poteſt vſurpatæ iuriſdictioni de quo infra.

Inſuper ad ſummum cumulatiuẽ hæc poteſtas comunicata cenſeri debet, vt exactor cui priuilegia non obſeruãtur, vel ad Regios miniſtros recurrat; vel ad ſuum Cõmiſſarium, hoc quidem tunc habere locum poterit, quando res adhuc integra ſit, nam ſi prius in ſæculari actum ſit, & contra priuilegium ſit pronũtiatum, vel quia priuilegiatus non rite electus eſt, vel quia non habet qualitates requiſitas, vt ſubiectum fiat priuilegij capax, præuenta debet cenſeri iuriſdictio, vt in eo iudicio in quo prius actum eſt, ibi finiatur cauſa, vel apud illius ſuperiores, & ſententia lata in eo iudicio parit exceptionem in Eccleſiaſtico cap. fin. de exceptio. lib.6. Valaſ.conſ.65.n.1.

3 Nec obſtabit quod inter cauſas de quibus ad Regiũ tribunal non patet recurſus per viam violentiæ, enumerantur caſus Bullæ Cruciatæ vt explicat Ceuallos 4. part.q.897.n.284. vbi enumerat cauſas Criminales, & Ciuiles de quibus Inquiſitores cognoſcunt, vt etiam tradit Simanch. de Cathol.tit.36. num.2. Salzed. d. cap.

102. verſ. & licet Rodrigues de annuis reddit q. 17.num.75. quos citat idem Ceuallos caſus Cruciatæ addens ex Regio reſcripto cuius tenorem ibi citat, quia vltra quod non habemus ſimilem legem in hoc regno, illud quidem procedere poterit in his quæ reſpiciunt ipſam exactionem, vel contributionem, non vero in priuilegijs conceſsis á Principe ſæculari, quæ cum dimanarint ab eius dipplomate in quo certæ perſonarum qualitates requiruntur, vtique ſi de illis dubitetur ſicut ad concedentem ſic ad ipſius tribunalia cognitio ſpectare debet.

4 Sic pariter prouiſum reperi iudici ſæculari qui colonum religionis Melitenſis elegerat, vt officio hirenarchæ inſeruiret, vulgo iurado, & quod eum non excuſabat, Conſeruator religionis, eum excomunicauit, cum notoria oppreſsione non enim eſt in manu eligentis electum excuſare, ſed ſuperiorum, qua data impoſsibilitate, ceſſat præcepti iuſtitia, & contumacia, hæc ſunt fundamenta ſententiæ quibus nõ acquieſco, nec aſſentio quia ſi priuilegium eſt notorium, & de eo conſtat, non videtur bona excuſatio, dum infringitur, quod priuiligiatus ad ſuperiorem recurrat, pro remedio obtinendo, ſufficit enim Conſeruatori, vt pugnet pro obſeruantia priuilegiorum, religionis, inter quæ hoc reperitur, quod videat ſubditum priuiligiatum vexari, cum detrimento, & dedecore religionis, vt etiam parte non petente inſurgat, arg. Ordinationis lib. 1. titul.12. §. 3. in fin. Pas in praxi 2. part. prælud. vlt. in fin. Rodrigues de annuis redditib. q. 17. n.71. Menoc. cõſ. 322. vol.4. Ceuallos 4.p. q.897.n.276. maximè quia vt ſup. dixi in caſu ſimili, executorem appoſtolicum obligamus, vt abſoluat, quãdo inique grauat, cum tamen impoſſibile ſit, vt ipſe abſoluere poſsit, vel ſaltem præcipitur, vt procuret abſolutionem, vt ergo hęc duo quæ ita conformant, non deformiter iudicentur, pariter iudex ſæcularis, qui priuiligiatum eligit, vel eum dimittat, vel ſuperiores conſulat, vt dimittere poſsit, maximẽ quia hoc caſu nihil impedit, quominus ſi eligatur, vel in habilis, vel priuiligiatus; vt noua fiat electio, quaſi prima nulliter celebrata fuerit; atque ideo hoc Senatus Areſtum non probo latum anno 1515. inter Antonium Conçaluez, & Cannonicum Franciſcum de Gouuea Conſeruatorem Religionis.

5 In iudicem ordinarium occupantem poſſeſsionem beneficij vaccantis mãdato Principis ſentẽtia excomunicationis prolata fuit per prouiſorem Bracharenſis Archiepiſcopatus anno 1590. cui in Senatu prouiſum fuit, ex varijs fundamentis, omiſſumque fuit

fuit illud quod erat fundamētum eneuitabile, nempe quod beneficium erat iuriſpatronatus Regij, quo caſu virtute concordatæ cognitio poſſeſsionis ad Regium tribunal ſpectat, ex Ordinat. lib. 2. tit. 1. §. 7. & lib. 1. titul. 40. videndus Cabed. de iur. patron. c. 49. & lib. 2. Areſt. 91. idem Cabed. c. 6. n. 7. & 10. D. Caldas Pereyra conſ. 5. n. 21. vbi habent ex his actibus poſſeſsionem Principis conſeruari.

6 . Non leuis fuit exorta dubitatio in Senatu inter Monachos S. Bernardi, & decuriones oppidi de Monte mor dum prædicti monachi lacum quendam, vallo ambire conabantur, prohibendo vicinis piſcationem. & pecorum ad aquam appulſum, quem dicti decuriones manu armata præ via in formatione iuxta diſpoſitionem legis Regiæ, lib. 1. tit. 66. §. 11. deſtruxarant, ob quod Monachorum Conſeruator, prætextu notoriæ oppreſsionis, ſententiam protulit, excommunicationis, in deſtruentes vallum, ob notoriam violentiam, contra monaſterium, arg. cap. conquæſtus de foro comp. & his quæ Lappus alleg. 72. & 88. Pallati. in repetit. cap. §. ſed eſt pulchra n. 3. Salzed. in pract. cap. 3. verbo punire verſ. nota quod tunc dicetur quod procedit etiam ſi partes negent, ex Inno. in cap. 1. num. 5. & 6. de offic. delegat. & eſt communis ex Emanuele Rodriguez 1. tom. regul. q. 65. art. 11. verſ. ſed contraria Tuſcus 2. tom. Comun. concl. 760. num. 4 lit C. fo. 219.

Verum in Senatu ſententia prolata fuit in fauorem decurionum, ex eo fundamento quod non erat iniuria notoria, quando vterque ex litigātibus ſuam poſſeſsionem defendere contendebat, quo caſu Cōſeruator cauſam ad iudicium ordinarium remittere tenebatur probabant nanque decuriones Lacum publico pecorum vſui, & appulſui ſemper patuiſſe, & quod Vallo ſupradicto ſeruitutis publicæ vſus impediebatur, vnde Ordinatio lib. 2. tit. 1. §. 5. quæ habet quod quando Eccleſia violentiæ qualitates proponit, eo caſu laicus, & ſi neget debet ſubire Epiſcopi, ſeu Eccleſiæ iudicium, vt ex Barboſa in l. ſiquis ex aliena num. 147. ſup. probauimus, non procedit in delegato, ſeu Conſeruatore, ſed reſpectu iudicis ordinarij ex Aufrer. de poteſtat. Eccleſi. ſuper lai. num. 54. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 205. Guterrez Canno. 1. part. cap. 34. verſ. nihilominus, non negabimus tamen quod vbi Conſeruator tueatur Eccleſiæ poſſeſsionem, quæ notoria ſit, illius ſententia euacuari nequeat, cum nulla inter ſit violentia, ex parte illius qui ſe defendit, niſi quando modus excedatur, cap. dilecto de ſentēt. excomun. lib. 6.

7 Iudex deſsignatus à Principe

cipe vt terras ſocietatis Ieſu Conimbricẽſis deſcriberet cũ ad partitiones,&diuiſiones conſtituẽdas accederet, citauit Monachos da Salzeda,quorum conſeruator ſtatim excomunicationes fulminauit, prætextu notoriæ violentiæ ſeu oppreſsionis,quia d.monaſterium pro iniuſte poſſeſsis,erat coram ſuo iudice conueniendum, in Senatu iudici ſupplicanti fuit prouiſum, quia nulla aderat violentia,cum ad cauſam citarentur ordinarie per agendam, 5. Iullij 1586. Luppo de Barros iudice cui ſententiæ non acquieſco,quia decretus ſeu ordinatus iudex ad diuiſiones bonorum, Monaſterij, per agendas, non poteſt dici conſtitutus cum præiuditio iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, cui Reges nullo modo derogare poſſunt, vt ſup.ſatis probatũ eſt, igitur inter ſuos ſubditos loquitur, nec alienos comprehẽdit, quos Princeps non poſſet licet velet, immo nec illius iuriſdictionem monaſteriũ prorogare poſſet, cum iudex ſit prohibitus, & vetitus,cuius iuriſdictio non prorogatur,Ord.lib.3. tit. 49. §. 2. ibi. *Se for capaz de prorogaçaõ*, Cabed. d. 22.1. p. Gama deciſ. 219. Menoch. libr. 2. præſumpt. 119. num.6. quod ſine dubio eſt, quando monaſterium prætendit ſe præſcriptione munitum, vel alio titulo, pro cuius reſciſione coram ſuo iudice conueniri oportet, nec pariter obſtabit, quod hæc monaſteria non habent in regno ordinarium iudicem, & ideo ſuccedit Regia Ordinat. lib. 2. tit. 1. in prin. vt conueniantur coram Rege,qui cauſam modo comittere poteſt iudici ſæculari, quia ſatisfit quod etiam ſtante illa Ordinatione, exempti à iuriſdictione ordinaria non conueniuntur in ſæculari, niſi pro contractibus proprijs,& ſuper bonis patrimonialibus,quæ Eccleſiæ non ſint,cũ igitur bona de quibus agitur,ſint Eccleſiæ, quæ á ſuis prælatis gubernantur,ſeu adminiſtrantur, ceſſat d. ordinationis argumentum, ex quo fit quod niſi monaſteriũ voluntariè accedat, ad diuiſiones, ineundas, compelli nullo modo poteſt, & iuſtiſsimè eius Conſeruator ſententias excomunicationis promulgauit,quæ nõ ſine ſcrupulo tolli poſſunt eo caſu, vel iuberi vt tollantur Vicentius, Azeuedus in l.3.tit.7.lib.7. recopil. n. 3.Salzedus ad Bernard.cap.55.facit quia cauſa finium regundorum continet cauſam proprietatis l. ſiquis C.finium regũd.plura citat Ceuall. q. 128. à n.6. libro de las fuerças.

8 Pro oblationibus parrochis debitis, ſi parrochiani excomunicantur quãdo à ſolutione ſolitarũ oblationũ ceſſant ſæpe cõtrouerti ſolet,cũ hic ſolitas,ille inſolitas,& ex eo indebitas eſſe ſtudeant, ſoletque in Senatu prouideri vbi primum laici negant, ſe teneri quaſi notoria ſit oppreſsio, ſi negantes

negantes compellantur prius quã coram ſuo iudice pulſentur, verum ego ſemper contrarium verius duxi, & quod eo caſu, & iudicium Eccleſiæ ſit competens,& priuatiuum ad alios iudices; ita vt nullo modo prouideri debeat conquærentibus, dum excomunicantur, pro ſoluendis oblationibus ſolitis, cuius rei liquidatio, & certificatio ad illud idem iudicium ſpectat, ex his quæ Thom.22.q.86.art.1. vbi quatuor enumerat cauſas, ex quibus debentur, inter quas illa eſt, ſi conſuetudine laudabili, ſolui conſueuerunt,ſequitur Roman.conſ. 344. num. 6. Gofredus in ſumma de Parroch. num.2. vbi Abb. Anton. & Cardin. Syluester verbo decima num.4. Armilla. verbo oblatio §. 3. Oſaſcus deciſ. 99. num 17. l. 9. titul. 19. part. 1. de quo eſt text. in cap. ad appoſtolicam de ſimon. vbi indulget, vt oblationes cenſuris exigantur, ibi. pias conſuetudines præcipimus obſeruari, & per Epiſcopum loci veritate cognita compeſcantur, qui malitioſe nituntur laudabiles conſuetudines immutare, explicat Couar. cap. 17. numer. 3. Rebuf. de decim. quæſt. 1. numer. 26. & 28. Azor. inſtit. moral. lib. 7.cap. 38. verſ. 16. Aflict. lib. 1. Conſtitut. rub.7. num. 32. d. l. 9. ibi. Obiſpo, o Prelado, Soares lib.5. de diuino cultu cap. 5 Tuſcus 5.tom. concluſ. 11. lit. O. num. 11. Iacob. de Grafis lib.2. 2.p.deciſ. aur. c. 27. num. 3.

Quare his caſibus non eſt deneganda iudici Eccleſiaſtico cognitio,etiam conrra laicos, in quæſtione facti, nec cenſuræ ea occaſione latæ tolli poſſunt, propter oppreſsionem, niſi eo caſu in quo partes negent ſe teneri, ſi excomunicentur antequam conueniantur, & audiantur de iure ſuo, an realiter talis detur conſuetudo, cuius diſcuſsio in eodem iudicio Eccleſiæ facienda eſt, non in ſæculari, vel quando comparentes offerant ſeliti,& abſolutionem petant, quæ ſi eis denegetur tunc conſiderari poterit notoria oppreſsio niſi abſoluantur, vt agant & doceant de iure ſuo,quia circa illud factum cauſa eſt mixti fori, & eſt præuentioni locus, ex his quæ Barboſa in d.l. titia n. 47.

9 Ab hac reſolutione pendet quid circa funerarias expenſas reſoluendum ſit,vulgo couagens,& offertas, an laici in foro Eccleſiæ cõueniri valeãt,dubiũ facit tex.in c.quæſta 13.q.2.ibi. quæſta eſt nobis Nereida fæmina, quod ab ea 100.ſolidos pro filiæ ſepulturæ fraternitas veſtra velet exigere,& infra peti vero aliquid,vel exigi,omnino prohibemus, ne quod valde irreligiosũ eſt,aut vænalis fortaſſe dicatur Eccleſia,aut vos de humanis videamini morte gratulari, ſi ex eorũ cadaueribꝰ ſtudeatis quærere quolibet modo cõpẽdiũ, idẽ

probat cap. poſtquam, cap. in Eccleſiaſtico eadem cauſ. & q. facit cap. penul. de ſepultur. vbi Innocentius tale petitorium improbat, & in cap. non ſatis de Simon. & in cap. in Eccleſia eod. omnem conſuetudinem in contrarium improbantes, Thom. 2. 2. q 100. art. 4. ad tertium. Rippa de peſte fo 69 num. 9.

Vnde fit quod cum hæc exactio ſit inſolita immo & iure reprobata, neceſſario laici coram ſuis iudicibus ſæcularibus conueniendi ſunt, nec obſtabit quod poteſt contingere, vt exprimatur qualitas violentiæ, vt laici efficiãtur de foro Eccleſiæ, Ordinat. lib. 2. tit. 1. §. 5. quia iura ſupraposita non tollunt laudabiles conſuetudines, quæ ex nouis cauſis potuerunt introduci, vt in cap. ad appoſtolicam de ſimon. & ſuccedit reg. text. in l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. ibi. non debent aliquo modo immutari, ſatisfit nanque quod cum omnis reprobata ſit conſuetudo in contrarium, in c. non ſatis de ſimon. qualitas violentiæ eſt in fraudem appoſita, & nihil debet operari vt ſupra diximus, & ideo ſi proferatur excomunicatio, vt ſoluat tolli debet per recurſum ad Regium tribunal.

10 Verum licet ita iudicatum reperiſſem nunquam placere potuit, cum videam has funerarias oblationes exigi ratione Eccleſiaſticæ ſepulturæ, in qua exactione diſcuti debet an conſuetudo de nouo introducta ſit Cannonica, & habeat ſufficientem cauſam, vt valere poſsit, & an ſimoniaca, quæ omnia tam ratione loci, quã cauſæ, ad iudicium Eccleſiæ ſpectant, probat d. cap. ad appoſtolicam de ſimon. ibi per loci Epiſcopum veritate cognita compeſcantur vbi notat Abb. ibi nota caſum in quo laicus ſit de foro Eccleſiæ, l. Caſtel 7. tit. 9. part. 1. Trident. ceſſ. 25. de reform. cap. 12. Azeued. lib. 2. tit. 5. l. 1. num. 9. vltra alios Couar. variar. cap. 17. num. 3. ibi. laici cogendi ſunt authoritate Prælatorum plures citat Oſaſcus deciſ. 99. num. 17. Curia Phillipi 1. p. §. 5. num. 2. de ſupradictis eſt vrgens ratio, quia hæ funerariæ oblationes offeruntur ratione miniſterij ſpiritualis, quatenus pro defunctorum animis clerici ſuffragijs intercedunt, ac proinde ſunt res ſpiritualibus annexæ, c. 3. de iudic Curiæ Philip. vbi ſup. § 5. n. 2. l. 6. tit. 19. part. 1. qua de cauſa hæ oblationes quæ altari offeruntur, manu oſculata, non locantur laicis, vt multis conſtitutionibus ſinodalibus cauetur vt in Portuenſi tit. 21. conſt. 5. Valaſ. conſ. 14. num. 5. Couar. d. cap. 17. num. 4. & ita declaratum fuit per Cardinal in reformatione conſ. Bracharenſ. act. 4. 2. p. cap. 30. Vnde vel circa factum, vel circa ius harum oblationum actum ſit, quæſtio eſt fori Eccleſiaſtici.

11 Sic pariter reſpuenda eſt altera

tera praxis quæ maximé inualuit pluribus ſententijs Senatus corroborata, quod ad Regium tribunal ſupplicare liceat, quoties aliquod Conſilij Tridentini decretum ab Epiſcopo non obſeruatur, quaſi Reges ſint Conſilij protectores, hoc enim repugnat ipſi Conſilio ceſſ. 25. de reformat. cap. 3. nec his caſibus violentia ineſt cui occurri per ſæcularem debeat. Vno tamen caſu, non ſine fundamento admitti poteſt, quádo legatus vel Collector, cauſas in prima inſtantia auocat, â iudicio Epiſcoporum ad ſuum tribunal contra formam Conſilij ceſſ. 24. de reform. c. 20. cum apperta nullitate ratione illius decreti, de quo alibi dicimus, eo tamen caſu non ex ſola non obſeruantia Cõſilij, iudex Regius ſe intromittit, ſed ex notoria oppreſsione, quæ ſubditis infertur, cum perturbatione, & vſurpatione iuriſdictionis ordinariorum regni Bobad. lib. 2. cap. 18. num. 194. & inſuper quia Collector eo caſu non habet ſuperiorem, ad quem recurri poſſit, quæ omnia ſic conſiderata oppreſsionem non modicam inducunt, & pluries prouiſum vidi, ſed non audeo probare ſapiens iudicabit.

SVMMARIVM.

1 *IVris naturalis denegatio tunc maximè conſideratur, cũ citatio ommittitur.*

Sine citatione partis nihil
2 *iuſtum ſequi poteſt. ibi.*

Quando cauſa exigit ne audiatur pars tunc ſatis audita cenſetur. ibi.

Interpretatur c. 1. de cauſ. poſſeſ.

Jn capitalibus requiritur perſonalis citatio. ibi.

In Regio tribunali occurritur ſi ſententia exequitur lata ommiſſa citatione partis.

2 *Sententia quæ iniquê lata eſt ſine citatione cum maiori iniquitate exequitur cõtra non citatum.*

Eo caſu Princeps dum executionem ſententiæ impedit ſubditum defendit, & Summi Pontifici famulatur. ibi.

Violentia violenter facta, vel per modos iuris an differant. ibi.

Violentia verè, & propriè

vtroque caſu datur. ibi.
Vim reppellere eſt de primo iure naturali. ibi.
3. Violentia quæ ex actis colligitur non eſt notoria. ibi.
Inter ea quæ notoria ſunt, talia dicuntur quæ colligũtur ex actis. ibi.
Defenſio debet exhiberi cum debito moderamine. ibi.
Violentia nõ reperitur vbi pars poteſt ad ſuperiores ligitimos ſupplicare. ibi.
Quando ſententia interim dum ad ſuperiores recurritur exequenda eſt, Princeps occurrere poteſt propter grauamen irreparabile ibi.
4 Quando citatio ad Romanam Curiam in prima inſtantia fuit decreta, Princeps iuſte occurrit.
5 De obligato ſoluere penſionem in forma Cameræ Cameralis obligatio vnde ortum habetio. ibi.
6 Æquiparatur ſententiæ.
In omni excutione interdicitur appellat. ibi.
Appellatio admittitur ab executore excedente. ibi.
Aliqui ſunt caſus in quibus omnis appellatio remouetur. ibi.
Sic pariter ſunt caſus in quibus ſemper appellatur ſolum cum deuolutiuo effectu. ibi.
7 In Camerali obligatione appellatio non operatur effectum ſuſpenſiuum.
In quolibet inſtrumẽto guarentigio idem eſt. ibi.
Impugnatur opinio Ceuallos. ibi.
8 Non eſt ſimpliciter verũ in obligationibus in forma Cameræ appellari non poſſe.
Plures ſunt caſus in quibus appellatur cum retardatione executionis. ibi.
Plures caſus referuntur. ibi.
Exceptio quæ naſcitur ex ipſo contractu pari priuilegio gaudet. ibi.
9 Si obligatio Cameræ apparet nulla non exequitur.
Vel ſi opponatur defectus implement. ibi.
Vel obligatio ſit conditionalis. ibi.
Vel ſi probetur ſimulatio. ibi.

Quid

10 *Quid quando clericus in regno excomunicatur prætextu obligationis Cameralis.*

Clericus non poteſt citari ad Curiam pro ea obligatione nec prorogare. ibi.

Pactum vt excomunicari poſsit contrahens non valet. ibi.

Excomunicatio eo caſu videtur ferri ex contumacia præcedenti. ibi.

Excomunicatio eo caſu fertur ſub conditione ſi non ſoluerit. ibi.

Contumacia ad validitatem cenſuræ neceſſaria eſt. ibi.

11 *Debitor poteſt ab initio ſuſcipere cenſuras referuntur verba Hoſtienſis. ibi.*

12 *Aliud eſt præcedere cōſēſum aliud cauſam ad cenſuram incurrendam. ibi.*

13 *Licet practica Cameralis ſequenda ſit adhuc iuriſdictio Principis offenditur, & manet obligatio ſine effectu.*

Originarius huius regni non poteſt conſentire vt citetur ad Curiam.

14 *Praxis Curiæ in hoc caſu non probatur.*

15 *An reiecta nullitate pateat recurſus ad Regem.*

16 *Quādo exceptio ex actis probatur ſuſpenditur executio.*

17 *Si nullitas proponatur per viam actionis non ſuſpenditur executio.*

18 *Quando in executione fieret damnum irreparabile licet in continenti non probetur exceptio ſuper ſedendum eſt.*

Interpret Clem.1. de re iudic ibi.

Ab interlocutoria cū damno irreparabili appellatur. ibi.

Vel ſi tractum habet ſucceſsiuum. ibi.

Captura continet damnum irreparabile, & oppoſita falſitate ſuſpenditur.

Limitatur ſi periculum ſit in mora. ibi.

20 *Exceptio quæ fundatur in deffectu iuriſdictionis licet ſtatim non probetur ſuſpendit.*

21 *Idem effectus tribuēdus eſt reſtitutioni.*

Interpretatur cap. ſuſcitata. ibi.

Reſti-

Reſtititutio tunc operatur ſuſpenſionem cum allegata eſt & conceſſa. ibi.

22 *Quæ eſt notoria, & conſtat ex actis potentior.*

Executor ſuper nullitate quæ conſtat ex actis poteſt pronuntiare. ibi.

Exceptio probata, & probanda differunt. ibi.

Exceptio probata intra tẽpus datum ad ſoluendum dicitur probata in continẽti. ibi.

Si exceptio probatur perfecta iam executione, retractatur. ibi.

23 *Explicatur* Clem. 1. *de re iudic.*

Contra tres ſententias exceptio nullitatis admittitur perfecta iam executione. ibi.

24 *Explicatur Ordin. lib. 3. tit. 86. §. 1.*

Stãte ordinatione exceptio nullitatis probata in continenti debet ſuſpendere executionem. ibi.

Lex quæ reppellit nullitates non intelligitur de notorijs. ibi.

Executor vel eſt primæ ſententiæ, vel trium conformium. ibi.

Tres ſententiæ vel ſunt competenter latæ vel poſt prouiſionem in recurſo regio. ibi.

25 *Primo caſu oppoſita nullitas non operatur, vt ſit locus recurſui.*

26 *In primæ citationis omiſſione includitur offenſio iuris naturalis.*

Si iudex ſuſpectus eſt, & cognoſcit pariter tollitur defenſio. ibi.

27 *Ex capite abuſus iuriſdictionis patet recurſus ad Regem, & facit ceſſare executionem.*

28 *Poſt latam ſententiam in recurſu ſi iudex Eccleſiaſticus procedit ad tres ſententias omniũ executio impeditur.*

29 *Iudex recuſatus ſi cognoſcit facit vim, & offendit ius naturale.*

Aliquæ ſunt perſonæ quæ recuſari nequeunt. ibi.

30 *Princeps ex iuſta cauſa tollit recuſationem, & ipſam primam citationem. ibi.*

Summus Pontifex cauſam comittit iudici ſuſpecto. ibi.

Sed

Sed non ex eo tollit ne recuſari valeat. ibi.
Pater in cauſa filij iudex eſt donec recuſetur. ibi.
Prælatus in cauſa ſuæ Eccleſiæ iudex eſt quouſque recuſetur. ibi.
Plures ſunt cauſæ ex quibus recuſatus poteſt non ſuperſedere.
De iure ciuili, & cannonico requiritur expreſsio cauſæ in recuſando. ibi.
32 *Si cauſa eſt friuola poteſt recuſatus non ſuperſedere.*
33 *Cõtraria verior & quod recuſatus teneatur ſuperſedere.*
34 *Reſponſio ad oppoſita.*
Recuſationis defectus non à iudice recuſato, ſed ab arbitris reformari debet.
35 *Reſponſio ad illud argumentum quod poteſt recuſatus friuolam recuſationem repellere.*
Geſta poſt recuſationem ipſo iure nulla ſunt. ibi.
Poſſe eſſe friuolam recuſationem non impedit recurſũ ex vi materiæ quia euincit ne prouideatur ſupplicanti, non tamen vt denegetur ſupplicatio. ibi.

Ex denegato iure naturali.

CAP. IX.

1 OB denegationem naturalis iuris, Reges ſubditis oppreſsis ſuccurrere ſolent, eſt enim hoc remedium cæteris vberius, & pinguius, & in pluribus ex ſuprapoſitis caſibus conſiderari poteſt, hæc iuris naturalis denegatio, & præcipue verſatur in his cauſis, in quibus ommiſſa partium citatione, proceditur, prima enim citatio ad cauſam iuris naturalis rationem repræſentat, & quandam ciuilem defenſiouem, quæ à naturali multũ dependet, Tragicus in Medea ait qui ſtatuit aliquid parte inaudita, altera, æquũ licet ſtatuerit, haud æquus fuit, materia eſt trita, & ſine citatione nulla cauſæ diſcuſſio eſt, de quo vltra alios Caſ. in conſuetud. rub. 1. §. 6. fo. 266. n. 91. quotuplex citatio Azeued. lib. 4. nouæ recopil. tit. 3. in princ. & l. 2. num. 11. agens de criminalibus, & l. 14. & 15. Valaſ. de partitio cap. 7. num. 2. quæ citatio expedita

pedita reſpectu vnius actus corruit quando ille actus in ſubſtantia, vel qualitate varietur Decius conſ.449.num.1.Bart.in l.aut qui aliter ff. quod vi aut Clam. ſolus enim Princeps omiſſa citatione procedit, quando id cauſa poſtulat, vt eo modo procedatur, quia ſatis defenſus eſt reus vel ſatis auditus, licet non citetur, ſicq; procedit ix in cap. 1. de cauſ. poſſ. ibi nec nos contra partem inauditam aliquid poſſumus definire, vt ſcilicet intelligatur de facili,nō de poſsibili,quod limitat Curtius ſenior conſ.20. num.8. in ſubdito non naturaliter ſed ratione criminis,vnde in capitalibus, & rebus magni præiuditij citatio requiritur perſonalis, Gonzales gloſ. 9. in annotatio num.119 nec omiſſa, præſumitur intercesſiſſe,ex Felin. in cap.tenor 1. de re iudic. Tiraq. de præſcrip. fo. 62. Menoc. lib.2. præſumptio.522. Maſcard. concl. 290.& 1315.num.9. Flamin.de reſigna. libr. 10. q. 8. num. 57. illud tamen eſt notabile pro abſente latam ſententiam, & non citato valere, & per ipſum poſſe ratificari Maranta 4.p.d.8.num.27.& d.17. n.8.& n.26.& ſeqq.

2 In Regio igitur tribunali prouideri ſolet ne exequatur ſententia quando de ligitima partis citatione non conſtat, & probatur ab allegante citationis defectus. In quo articulo duo ſunt caſus. Primus quando nulla omnino citatio ad cauſam intercesſit. Secundus quando citatio decreta fuit, ad eum tamen locum vel illud tribunal,& iudicium quod ſubditi Regij addire non poſſunt, ex legis Regiæ prohibitione, veluti ſi laicus citetur ad iudicium Epiſcopi,in illis caſibus in quibus Regia iuriſdictio læditur, legeſque Regni prorogationem vetant, vt habetur in Ordinat. lib.2. titul.1. §.14. & tit.13.in prin.& §.1.

Primo caſu ſi notorie conſtet ex corpore ſententiæ, de citationis defectu,etiam ſi ſentētia Rotæ proponatur, nomen ſententiæ non meretur, cum ſine fundamēto non ſubſiſtat ædificatum, cap. cnm Paulus 1.q.1. doctores in l.4 §.cōdemnatum ff.de re iud.Viui. & Bella. comb. lib.7. comun. to. 2.tit.15.num. 131. Pinel.in l.1.C.de bon.mater.3 p.num.50.& in auth. niſi num.21. Tiraq.de retract. lig. §. 36. gl. 2. n.38. Gratian. diſcep. Forenſ. cap.266. num.13.Barboſa in l. maritum. num.51 ff. ſol. matrim. & in l. ſi prætor ff. de iudic. á num 24. Gama deciſ.110. n. 42. idem Gratian. cap. 103. á num. 18. Caldas Pereyra foren. lib. 2. q 37. & cōſ.7.n.49.Farin.deciſ.1. á n. 1.& deciſ.41. 47.70.& 81.vel ſi ex actis vel alijs ligitimis documentis cōſtiterit,citationem nunquam fuiſſe exequtam, illo modo quo negatiua ſit prægnans, & coarctari poteſt,vt illius probatio fieri poſſit de quo per doctores in c.quoniam contra deprobatio, Fuluius de probatio. cap. 37. & ſeqq. vel emanaſſe

emanaſſe ad diuerſum actum, qui diuerſi mode vel in ſubſtantia, vel qualitate expeditus fuit, vnde illud idē ius naturale quod à principio offenditur, dum iudex ſine citatione proceſsit, modo offenditur longegrauius, dum talis ſententia exequitur, & ideo Reges, per modum defenſionis occurrunt, non vt Rotalium ſententiarum effectum impediant, ſed vt magis Summo Pontifici inſeruiant, & morem gerāt quia contra ipſius intentionem eſt, vt tales ſententiæ exequantur, & ſecundum ipſam ne executioni mandentur, ita vt defenſionem ſubire dicatur, qui executioni ſe opponit, non reſiſtere, quia vis dum repellitur, non fit vis, cum defenſio ex ſuo genere omnibus licita ſit, atque etiam contra ipſum Papā, defenſionem competere notat Cayetan. in opuſculo de poteſtat. Pap. cap. 27. Victor. in relectione 1. de poteſtat. Eccleſ. n. 8. Caſtillo in l. 49. taur. n. 3. quos & alios citat Soares lib. 4. de primat. Sum. Pontifi. cap. 34. num. 30. quod ſi non admitteretur, ſummopere opprimerentur ſæculares, quibus ob maximam loci diſtantiam difficilimus immo pene impoſsibilis eſſet, ad Curiā Romanam recurſus, & ſicut cuilibet ſui ipſius defenſio competit, l. vt vim ff. de iuſtitia, ſic Reipub. reſpectu ſuorum membrorum. quæ poteſtatem cum ab ipſa in Regem tranſlata fuerit, in ipſo tanquam in capite excellentius reſsidet, quam in particularibus, nec poteſt dici eſſe contra exemptionem Eccleſiaſticā, quia à defenſione nemo reperitur exēptus.

3 Nec obſtabit quod ſupradicta obtinent in violentia quæ de facto incutitur, non tamen debent extendi ad illam quæ ex iudicatis procedit, quia in his non eſt violentia, violenter incuſſa, ſed per modos à iure aprobatos, lata ſententia quæ debet exequi l. à diuo pio §. 1. de re iudic. nec Princeps ſæcularis occurrit, eo caſu naturali modo, prout priuatus faceret, à quo ipſe poteſtatem accepit, qui non poterat exequenti ſententiam reſiſtere, ſed per inuentos iuris modos ius ſuū deducere, addito ſuperiore, exequentis, dum ergo alio modo defenſionem explicat, alio modo quam naturali defendit, ſcilicet iuriſdictionali, decernendo talem ſententiam non exequendā, quæ poteſtas hoc formali cognoſcendi modo nullo iure Principi conceſſa reperitur, vt videre eſt ex cap. Regum, & c. Principes 23. q. 5. c. Maximianus 23. q. 3. & iuribus ſimilibus.

Satisfit nanq; quod denegatio iuris naturalis, in ſe continet violentiam, quæ intra ſuam latitudinem, tam conuenit violentiæ quæ de facto fit á priuatis, vel de facto à iudice forma iuris ommiſſa quo caſu & ipſe priuatus cenſe-

tur c. conquerente de reſt. ſpol. & vtrique violentiæ cum ſuccurrendum dictet, ius naturale quia vim reppellere eſt de primo iure naturali, teſte Iſidoro lib. 5. etimologiar. cap. 4. Thomas 2.2.q.96. art.4.c.ſignificaſti 2. de homicid. nõ tamen æquali ſed diuerſo medio, occurri oportet, armatæ nanque violẽtiæ, & corporeæ corpore & armis ipſa pars occurrit, quãdo res moram non patitur, quia illud medium tanquam adæquatum propriæ conſeruationi conceſſum eſt. At vero in violẽtia quæ in forma iuris fit, cognoſcẽdo, & iudicãdo, pariter illa cognoſcẽdo, & iudicãdo, tolli debet, á ſupremo Principe vt ſicut enſi, enſis, ſic calamus calamo opponatur quia eo caſu violentia non per ſe, nota eſt, ſed examinato proceſſu, in quo inuoluta eſt, qui cognitioni facti inſeruit, & ſuppoſito recurſu ad Principem ipſe naturaliter nõ alio modo quam ſupradicto occurrere poteſt cognito facto ex actis.

3 Nec pariter obſtabit quod hæc violentia non eſt clara, & notoria ſed dubia, cum actis inuoluatur quo caſu non ſufficit, quod probabili iudicio Princeps feratur, ſed oportet vt certo, quia iam ſupponimus quod ſi manifeſta non ſit, iuris naturalis denegatio, Princeps nequeat ſe intromittere, verũ hæc notorietas ex actis elegantiſsime depræhẽditur, quia inter ea quæ notoria ſunt, talia dicuntur quæ colligũtur ex actis; c. veſtra de cohabit. clericor. Socin. conſ.38. num.15. lib.1. quod ſi obijciatur quod adhuc requiritur quod talis defenſio, exhibeatur cũ debito moderamine, quod quidem non reperitur, quando pars grauata, poteſt ad ſuperiores Eccleſiaſticos recurrere, quia actiones quibus defenſio impartitur, non debent excedere hos limites, dummodo ſint prudẽtis arbitrio moderatæ; reſpondetur, quod fatemur Principem non ſe poſſe intromittere, niſi quando denegato iure naturali, ſubditus grauatur, & executionem patitur, ſententiæ nulliter habitæ, quẽ non ſubleuat ad ſuperiorem recurſus, quia interim exequenda eſt, quia licet nullitas in continenti probata ſoleat impedire executionem, ex his quæ Burſat. libr.1. conſ. 73. & 74. Couar. pract. cap. 25. tamen in his ſententijs Appoſtolicis, ſolent clauſulæ apponi, ne executores de aliquo cognoſcant, ſed omnia ſine retardatione executionis, ad Rottæ iudicium remittantur, quo caſu ſi Reges non occurrerent, notorijs nullitatibus impoſsibile penitus oppreſsis redderetur remedium, vnde ſi ſententia ſit lata in regno ita vt facile poſſit addito ſuperiore reformari maius erit dubium, & ſi ex alio defectu quam citationis impugnetur vel alio ſimili, ad ſuperiores Eccleſiaſticos recurrẽdum eſt, non ad Regem.

4 In ſecundo vero caſu quãdo

realiter

realiter citatio emanauit ſed in prima inſtantia ad Curiam Romanam fuit decreta, ſi virtute illius ſententia lata fuerit, & eius imploretur executio an pateat ad iudicem Regium aditus longa eſt quæſtio, quæ hic eſſet peroranda ſed quia ſuum locum habet ad Ord. lib. 2. tit. 13. §. 1. ibi de ea agere pollicemur de qua multa Menchaca illuſtrium lib. 3. cap. 41. tit. 20. & cap. 51. n. 40.

Et quia per exempla magis res aperietur, aliquos percurram caſus, qui frequentius in Senatu incidunt.

5 Primus caſus ſit de obligato ſoluere penſionem in forma Cameræ, qui cum adhoc regnum remeaſſet, veniente die ſuæ obligationis moram in ſoluendo contraxit, & illico ad inſtar fulminis excommunicatio irrupit, qua ipſe publice excommunicatus nuntiatur, & ſi Cannonicus eſt ſtatim Cannonicis inhibetur ne admittatur in choro, deputato executore qui velo leuato, nec condemnatum audit, nec oris aperitionem concedit, & quæri poteſt an pateat hoc caſu ad Regem recurſus, & notandum eſt, quod huius Cameralis obligationis veſtigium reperitur, an l. abſtinendum C. quorum appel. ibi abſtinēdū prorſus ab appellatione ſancimus, quoties fiſcalis calculi ſatisfactio poſtulatur, Maſſa q. 2. ad form. Camer. n. 1. cauſam introducendæ huius obligationis quæ fuerit late Marcheſan i. p. de Comiſsion. appel. à Cameral. obligat. c. 16. á n. 1. videndus Flamin. de reſignat. lib. 6. q. 2. n. 181. & lib. 14. quæſt. 1. num. 11. & q. 7. num. 54. & libr. 9. q. 17. num. 55. Gratian. quæſt. 363. à. num. 30. Lancelotus de attentat. 2. part. cap. 12. limit. 53. n. fin.

6 Quæ quidem Cameralis obligatio, æqui paratur ſententiæ, & rei iudicatæ, quia ſumma liquida exiſtente, & debito confeſſato, procurator in ea conſtitutus, ille eſt qui pro ſumma liquida debitum fatetur, ſicque partis cōfeſsionem exequendo, dat iudex mandatum à quo denegatur appellatio, Maſſa quæſt. 4. num. 13. & 18. & 20. ſicut alias regulariter in omni executione interdicitur appellatio ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum veſtrius in praxi libr. 7. cap. 3. ſub numer. 17. Maſſa de obligat. in forma Camer part. 3. rubr. de liquidat. in fine numero 20. Lancelotus vbi ſupra. Ruginel. tractatu de appellationib. §. ſecundo capite 3. numero 127. & 130. Scacia libr. 1. capite 62. numero 17. quæſtion. 4. & lib. 3. cap. 2. quæſt. 17. limit. 9. numer. 4. facit apud nos Ordinat. lib. 3. tit. 86. §. 3. ibi *ſem embargo de receber appellação, va com ſua execução por diante*, ſicut alias non appellatur á præcepto de exequendo Veraldus deciſ. 40. part. 1. Menchac. vſu frequenti. cap. 38. numer. 6. Surdus deciſ. 57. n. 1. Menoc. rem.

8. recup. n. 84. Capi d. 34. n. 4. Azeued. ad l.3. n. 4. tit.21. lib.4. ſolum nanque ab executore qui excedit admittitur Lab. executione C.quorum appel. Viuius tom. 2. comunium opin.7.tit.21 n.197. Rebuf. tomo 1. ad leges Gal. tit. de ſenten. executor. art 7.gloſ.14. n.14. Cornaza. deciſ.10. num.28. Azeued.in d.l.3.tit.21.lib.4.n.5.recopil. Gratian. cap. 333. num 13. & 17. & fuit Bartol. in l. à diuo pio §. ſententiam Romæ ff. de re iudic. idem Gratianus cap.146. numer. 37. Ceuallos in tract. de las fuerças part. 2. quæſt. 27. licet aliqui ſint caſus in quibus omnis appellatio remouetur, vt ſunt quatuor quorum meminit l. 13. titul.23. partita 3.videlicet ab interlocutoria, ſi ita partes conueniant, in debito fiſcali, & tandem quãdo Principi placuit cauſam decidendam appellatione remotta alios caſus enumerat gloſ. per text. ibi in l. 16. titul 10. part. 3. & l. 17. titul.10 part.3. & l.6.tit. 18. libr.4. recopilatien. ſicut alias plures ſunt, in quibus ſolum quoad deuolutiuum effectum appellatio à prima ſententia admittitur de quibus Surdus de alimentis titul. 8. priuil. 60. num.6. Barboſ.in l.1.p.1 n.57.Stephanus Gratian. Marchiæ deciſ.72. & d. 220. num. 4 & deciſ. 214. num. 18. plures refert Surdus de aliment. titul. 8. priuil. 60.à num.6. & 7.

7 Vnde cum Cameralis obligatio per ſe inducat executionẽ, appellatio in ea operari non poteſt effectum ſuſpenſiuum, ſicut in quolibet inſtrumento guarentigio quia vtriuſque idem eſt effectus, Marcheſan. vbi ſup. num. 25. licet ipſe d. loco ex ſententia Maſſæ, & aliorum aliquas differentias conſtituendas aſſerat n. 37. de quo theſau. d. deciſ. 26. à n. 12.& vtcunque ſit illud in Camerali obligatione receptum eſt quod executio retardari non poteſt prætextu appellationis interpoſitæ, ex quo infert Ceuallos de las fuerças 2.p.q.135.vim non fieri in tali executione, ex qua ad Regium tribunal recurſus pateat, in quo non mihi videtur bene ſentire nec ſecundum veras traditiones locutus, ita abſolute denegando recurſum, citando corrupte Lancelotum Marcheſanum, & theſaurum cui aliqua imponit quæ apud ipſum non reperiuntur.

8 Quare in his Cameræ obligationibus plura conſiderari poſſunt, ratione quorum non ſine manifeſta iniuria partis allegatio, eiuſdemque appellatio, reppellitur à iudice executore, quia non eſt ſimpliciter verum, in executionibus obligationum in forma Cameræ, appellari non poſſe, cum aliud iure cautum reperiatur, plures nanque caſus ſunt in quibus appellatio concedenda erit etiam quoad effectum ſuſpẽſiuum, & retardata executione, nempe

nempe quando ex ipſo inſtrumento oriatur exceptio, veluti ſi ſe obligauit ab adepta poſſeſsione ſoluere penſionem, quam tamen non adhuc cæpit, quia non poteſt dici impugnare inſtrumentum qui ex ipſo agit, & excipit, Maſſa 2. part. princip. ad quartam partem q. 1. numer. 8. vel ſi obligatio non eſſet liquida, & in continenti liquidatio offeratur, ex qua appareat ſummã declaratam non deberi, Roman. conſ. 244. n. 5. Marcheſ. d. cap. 16. num. 40. & deducitur ex l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic vbi Ripa n. 29. Canar. de exequend. inſtrum. quæſt. 51. Seraphin. de priuil. iur. priu. 77. num. 78. Galleſius Maſſa vbi ſup. part. 5. q. 1. num. 1. ſicque debet explicari Aflict. d. 63. puteus deciſ. 223. & ſeq. part. tertia, vt loquantur in exceptione, quæ in continenti probari non poteſt, qualis eſt exceptio non numeratæ pecuniæ, & ſimiles. Ricius in collect. 452. Moedan. 1. de excep & d. 3. licet aliud ſit in exceptione falſitatis ex veral. d. 274. part. 2. Secus in alia, quia exceptio quæ naſcitur ex ipſo contractu pari priuilegio gaudet ac principalis actio, ex Bal. in l. ex medijs ff. de euictio. & in l. ex placito col. fin. verſ. vlt. C. de rerum permut. Barz. in tract. de Exeq. inſtrum. verſ. 20. num. 56. Galleſius Maſſa part. 2. quæſt. 1. ad 4. part. numer. 8. & his caſibus retardatur executio, & permittitur appellatio. Caſſad. d. 2. de reſcrip. Nata conſ. 572. n. 10. Alex. conſ. 105. vol. 3. in fine Rota de 626. n. 10. p. 1. diuerſ.

9 Deinde idem erit ſi appareat obligationem eſſe nullam Marchelan. vbi ſup. num. 47. Burſatus conſ. 12. n. 1 vol. 1. vel ſi conueniatur tertius poſſeſſor l. á diuo pio §. ſi ſuper rebus ff de re iud. Galleſius vbi ſup. part. 3. quæſt. 2. de vi inſtrum. Cameral. num. 15. conducunt quæ Barboſ. in l. ſi alienam à num. 19. ff. ſol. matr. Valaſ. conſ. 55. à princ. Ordin. lib. 3. tit. 86. §. 17. quia eo caſu retardatur executio, & appellatio conceditur quoad vtrunque effectum. Angel. in l. poſtulante vbi Alex. num. 7. ff. ad Trebel. Bart. in l. ſi deceſſerint ff. qui ſatiſ [illegible]ogant. Socin. conſ. 120. num. 8. vol. 1. Maſſa d. part. 3. quæſt. 2. num. 2. vel ſi opponatur defectus implementi ex parte agẽtis. Roma cõſ. 417. Tiraq. in tract. cauſ. ceſſante limit. 21. numer. 4. Maſſa. vbi ſup. 4. p. q. 1. n. 17. & deducitur ex l. Iullianus §. offerri ff. de actio. emp. vel obligatio ſit conditionalis quia ante aduentum ceſſabit via executiua l. hoc iure ff. de verbor. obligat. Guido d. 15. doctores in l. ſeruum comunem §. ſi titium ff. de vulgar. quod ad priuatam apocham extendit Couar. reſolut. libr. 2. cap. 11. n. 4. Marcheſ. vbi ſupr. numer. 70. vel ſi opponatur ſimulatio ſaltem probata iuris præſumptione

O 3 vel

vel nouatio, vel iuriſdictionis exceſſus Marcheſan. vbi ſup. num. 58. quibus omnibus caſibus, & executio retardatur, & appellationi fit locus in quibus nemo mediocriter doctus dicet quod ſi iudex appellatione remotta exequatur vim non facit cui in tribunali Regio occurri oporteat.

10 Hæc quidem attēto iure procedunt, & proprius ad noſtras leges Regias accedendo, adhuc vltimus labor ſupereſt circa caſum qui quotidie in manus Senatorū incidit, quando præhabita Camerali obligatione, pro penſione Romæ ſoluenda, clericus qui in hoc regno eſt, excommunicatur, quod tempore ſtatuto non ſoluerit, an á tali executore pateat querella ad Regem quando nulla ex his cauſis opponatur quas diximus, executionem ſuſpendere, & primo excomunicationi obſtat, quod clericus eo caſu prorogat iuriſdictioné alieni iudicis, quod fieri non poteſt ſine proprij Epiſcopi conſenſu, cap. ſignificaſti de foro comp. adeo vt nec laicus in caſibus mixti fori præiudicare prorogando queat, proprio Epiſcopo, vt comuniter receptum eſt contra diſtinctionem Butrij. Deinde dubitari poteſt an valeat pactum quod à iudice etiam cōpetenti, poſsit ſic obligatus excomunicari, non præcedente monitione ſeu citatione, & cōtumacia, & eſt communis ſentētia pactum non valere, ne virtute pacti videatur excomunicationem ferri poſſe, nam virtute pacti nemo ſe ad pœnam excomunicationis obligat, ita vt pactum maneat cauſa immediata excomunicationis.

Nec obſtabit ſiquis dicat, non pendere excomunicationem à pacto ſed à contumacia qua quis cō tractum, & obligationem præcedentem non implet. Conſtat namque quod debitor confitetur debitum coram iudice, & iudex ex tunc condemnat eum, ad ſoluendum creditori, & conſentiente debitore, fert excomunicationem, ſub conditione niſi ſatisfaciat, in termino, tunc enim eo elapſo ſuſtinetur excomunicatio abſque alia monitione, & eo modo non ipſum pactum, ſed contumacia vera, vel præſumpta, in non ſoluendo, tempore debito eſt cauſa excomunicationis, illa que cominatio niſi infra terminum ſoluat, habet vim monitionis, quæ ad validitatem cēſuræ neceſſaria eſt, cap. ſacro de ſent. excomun. Soares de Cenſur. diſput. 3. ſect. 10. num. 6. quia reſpondetur quod hoc caſu ab initio ſuſcipitur obligatio cum illa cenſura, & amplius non citatur debitor, vt conſtituatur in contumacia, neque ad videndum ſe excomunicari, quo caſu nemo ambigit obſtare cap. Romana de appel. in 6. quod nō patitur pro futura culpa quem excomunicari poſſe, etiam ſub conditione, niſi ipſa cauſa præcedat, deinde non videtur poſſe partem

tem pati ſe pœna mortis affici poſſe ſi non ſoluat nec pactum valebit conſtat nanque cenſuram maiorem eſſe pœnam Eccleſiæ, qua excomunicatus moritur.

11 Neque obſtabit ſiquis replicet eſſe receptiſsimam traditionem poſſe debitorem ſuſcipere ab initio cẽſuras ex doctrina Hoſtienſ. in cap. P. & G. de officio deleg. 2.colum. cuius verba ſunt ex præmiſsis colligi poteſt quod ſiquis in hac materia, caute ſibi vult prouidere, debet ſibi cauere, vt non ſolum fiat iuriſdictionis prorogatio, ſed ſtatim per iudicẽ conſentiente, & inſtanter petente debitore, feratur in eum excomunicatio, niſi intra terminum plene ſatisfecerit, tunc enim nulla alia monitio neceſſaria eſt, quia dies pro homine interpellat, cap. 1. de locato, l. magnam C. de Cõtrah. vel comit. ſtipulat. nec valebit appellatio, ſi appellauerit interim, quia ex quo ſemel conſenſit in alterius præiudicium diſſentire non poteſt, arg. cap. cum cauſa de re iudic. §. 1. cap. per tuas de probatio. §. fin. non enim grauatur niſi à ſe ipſo, non á iudice, & tollitur contrarium cap. præterea de appel. cum Hoſtienſi trãſeunt omnes in d. cap. P. & G. vbi Antonius de Butrio col. 4. verſ. ex præmiſsis in idem Ioann. Andr. vbi Abb. 3.colun. vbi ait quod eo caſu fertur cenſura non ex cauſa futura, ſed de præterito, cum conſenſus debitoris præceſſerit ſicq; ſatisfacit d. cap. Romana.

12 Quia ſatisfit quod hoc ſolum euincit quod præcedit conſenſus debitoris, non tamen cauſa, quæ ex poſt facto ortum habet, debitore in termino non ſoluente, & adhuc dubitamus, an ſufficiat talis conſenſus, quo quis petit ſe excomunicari inſtanter, vt Hoſtienſis ait, ſicut non debet iudex annuere precibus petentis ſe occidi, nec iuſte ex eo occidet, nec conſenſus eo modo præſtitus, poteſt dici conſenſus, cum conſenſus mentis complacentiam importet, cap. cum locum de ſponſal. l. 1. ff. de pact. ibi placitum, & conſenſus, quomodo ergo dici poteſt quod placui vel placere potuit excomunicari, facit quod pactũ quo quis ſe poſſe capi, & carcerari nullo ordine iuris ſeruato permittit non valet ex Angel. in auth. vt non fiant pignor. in fine, & in l. ſi vnus §. pacta ff. de pact. Dyn. Bart. imol. Alex. in l. alia §. eleganter ff. ſol. matr. Imol. in cap. cum contingat de iure iur. adeo vt hæc etiam de iudicis authoritate fieri nequeãt, quia nõ poſsũt partes remittere ordinẽ iuris gl. in Clem. ſæpe verſ. & neceſſario de verb. ſign. cap. fin. de re iudic. lib. 6.

13 Sed eſto illam practicam ſequamur illud quidem obtinebit reſpectu partis, ſed adhuc, obſtat præiudicium Principis eiuſque iuriſdictionis de quo eſt Ord. lib. 2. tit. 1.

tit 1. §. 14. quæ non patitur vt in præiudiciũ iuriſdictionis Regiæ fiat prorogatio in alienum Principem ſimilis lex 3. tit. 1. libr. 3. Ordinat. Cabed. d. 32. nec obſtabit quod illa lex Regia procedit inter laicos qui alios ſæculares vocant ad iudicium Eccleſiæ explicat Cuterres lib. 3. pract. q. 30. n. 2. Barboſa in l. 1. artic. 3. n. 166. & 139. Bobad. lib. 2. cap 17 num. 192. Azeued. lib. 4. tit. 1. l. 10. recopil. quia ſatisfit quod in hoc regno eſt quodam breue Iulij tertij, quo Regibus huius regni indultum eſt à Sede Appoſtolica, ne cauſæ è regni finibus extrahantur vt á iudicibus exteris iudicentur, vnde dum originarius huius regni vel perſonaliter, vel procuratore conſtituto ſe obligat in forma Cameræ, nunquam ius Principis lædi poteſt, vt ſubditum etiam inuitum defendat, & tueatur, quare hæc omnia prudentis iudicis arbitrio reliquenda ſunt, vt æſtimatis circunſtantijs loci, temporis, perſonarum, & cauſæ, ſubueniendum parti decernat, vel non; vt debitor coram ſuo Epiſcopo pulſetur iuxta decretum conſilij de reformat. ceſſ. 24. cap. 20. aliter enim in effectu citaretur ad Curiam in prima inſtantia quia ab hoc mandato ſi pars ſe opponit cauſa ad Curiam reddit quare cautus iudex quando talis allegatio fiat quæ ſuadeat, retardandam executionem, & appellationem concedendam, id quidem ex meritis cauſæ, & iuſtitiæ ſtatuat, ne occaſione executorialium miſeri ſubditi, cum magno diſpendio, & difficilimo recurſu ad Romanam Curiam, vexari contingat.

14 Ad praxim vero Curiæ in contrarium dici poteſt quod hæc praxis contraria ſola nititur authoritate Abbatis, in cap. de cauſis de officio deleg. vbi tenuit poſſe inter ſe partes paciſci, vt nullus ordo iudiciarius inter eos obſeruetur, ſicut alias poſſunt approbare ſententiam nullam, & habebit vim pacti, notatur in l. 2. C. comun. vtriuſque iudicij, pariter ergo poterunt à principio de eodem paciſci, & vt ab executione incipiatur, cui tamẽ ſatisfit, quod ſententia Abbatis non ſufficit cõtra tot viros doctiſsimos, deinde quod dictum Abbatis procedit, in ordine iudicario in fauorem vtriuſque partis, non alterius tantum, deinde procedit in his quæ á partibus remitti poſſunt, non vero in ſententia excomunicationis ferenda, quæ ſi nulla eſt non poteſt ab illis validari, quia ſpirituale vinculum continet quod eſt alterius ordinis.

15 Secundo offertur differere, an ad Regem recurri poſsit quando à iudice Eccleſiaſtico reijcitur nullitatis exceptio quæ concludat iuriſdictionis defectum, & ſententiam non exequendam. Quæſtionem mouent doctores in l. 4. §. condemnatũ ff. de re iudic. & eſt

regula

regula oppoſita exceptione nullitatis ſententiæ ſilere executionem, quia cum effectu negatur factam fuiſſe condemnationem, dixit Bart. & Cuman. in illo text. facit l. ſi cum nulla 58. eod. l. 1. C. de executio rei iudic. licet Iaſ. ibi num. 8. Ripa 10. contendant illa iura agere de executione vbi ſententia non præceſsit, non vero vbi extitit etiam ſi nulla fuiſſet, ſed dici poteſt quod ſententia quod attinet ad ius ſi nulla eſt, habetur ac ſi lata non eſſet.

16 Vnde regula eſt quod ſi ab illo qui excipit nihil eſt extrinſecus probandum tūc exceptio impedit executionem veluti ſi nullitas conſtat ex actis vbi fit notoria Iaſ. ibi num. 8. Deci. in cap. quoniam contra deproba. numer. 36. Aymon de antiq. temp. fo. 112. num. 53. & hoc modo etiam illa negatiua probatur ex Bart. in l. hi qui ad Ciuilia numer. 4. C. de appel. arg. l. fin. C. de rebus credit. Vantius de nulli. titul. á quo & quibus modis num. 18. ſi vero aliquid probandum eſt, & probatio altiorem indaginem requirit executionem non impedit l. fin. in fine C. de ord. cogni. l. 2. C. ad l. Cornel. de falſ. Paulus conſ. 381. lib. 2. à princ. Bart. in l. fin. C. ſi ex falſis inſtrum. conſuluit Alex. conſ. 94. n. 3. lib. 4. & conſ. 66. num. 4. lib. 5. Aretin. conſ. 75. num. 11. in fine Molin. lib. 4. de pri. cap. 9. n. 41.

17 Vnde fit quod ſi per viam actionis nullitas deducatur nullo modo poterit ſuperſederi in executione etiam ſi probatio offeratur in continenti. Licet aliud ſit ſi per viam exceptionis allegetur, cap. 2. de ordin. cogni. c. item cum quis de reſt. ſpoliat. & vltra imolam, & Angel. in d. §. condemnatum probat Alex. conſ. 83. num. 9. lib. 5. Vantius & quibus mod. nullitas, num. 29. Rotta d 280. in nouis Paulus d. conſ. 381. lib. 2. vnde confunditur conciliatio Pauli in auth. quæ ſupplicatio num. 3. C. de precibus Impera. inter opiniones diuerſas quod ſi prius mota ſit actio nullitatis, ſuper ſedeatur in executione, quaſi cauſa nullitatis æquiparetur appellationi ſecus ſi prius incæperit executio quia nullibi legitur motam nullitatis cauſam operari reuocationem geſtorum in contrarium, pariterque cautè legendus Couar. pract. cap. 24. num. 6. dum dicit magis comunem ſuperſedendum in executione, quare nullitas per viam actionis propoſita tunc executionis ſuſpenſionem inducet, quando iam ſuper nullitate ſententia lata ſit. Alex. d. §. condemnatum n. 15. Paulus 3. licet inuoluat Couar. d. cap. 24. num. 6. quia interim pro ſentētia præſumitur, cap. ſicut de re iudic. c. ſuper hoc de renuntiat.

18 Illud tamen ſemper aduertendum eſt in materia quod quādo in executione fieret damnum irreparabile, licet in continenti, non

non probetur nullitas per viam exceptionis propoſitæ, tunc nihilominus ſuſpendat ex Bald. in l. vnica de in integr. reſt. poſtulata, Paulus in l. 1. n. 1. C. quando prouocar. non eſt neceſſe, Alex. conſ. 17. num. 6. lib. 1. Iaſ. in l. 3. § ſi ſeruus num. 9. ff. de acq. poſſ. adeo vt in terminis Clem. 1. de re iudic. vbi trium ſententiarum executio non ſuſpenditur, allegata nullitate etiam per modum exceptionis probatæ in continenti, nihilominus retardabitur ſi in exequendo detur damnum irreparabile vt tenent plures relati á Ripa in d. §. condemnatum num. 21. Couar. pract. cap. 25. num. 2. verſ. ſecunda item. deci. in cap. licet cauſam num. 5. ad fin. de probatio. Hipol. ſingul. 686. ſicut alias num. 6. interlocutoria à qua appellare nō licet ſecundum iuris regulas l. ante ſententiam C. quorum appel. tamen dato irreparabili præiudicio ab ea licebit prouocare Bart. in l. 2. num. 12. C. de appel. reci. Iaſ. conſ. 60. num. 5. lib. 1. facit l. 1. §. quæſitum ff. de appel. l. arbitrio ff. qui ſatiſd. cogant. l. intra vtilem in princ. ff. de minor. Menochi. de arbitrar. caſ. 490. n. 3. Surdus deciſ. 36. num. 13. Stephanus Gratian. Marchæ deciſ. 202. num. 5. Miranda de ord. iudic. q. 30. art. 8. concl. 4. Gregor. tract. de appel. libr. 2. cap. 4. Ceuallos de las fuerças gloſ. 6. num. 10. & 2. part. q. 49. á num. 1. & q. 126. n. 14. Ordinat. lib. 3. tit. 69. § 1. quod etiam obtinet quando cum difficultate reparari poſſet Gonzales gloſ. 9. § 1. in annotat. num. 177. Surdus deciſ. 36. num. 14. Gratian. forenſium cap. 74. num. 12. & cap. 77. num. 9. Græuæ lib. 1. concluſ. 129. vel ſi tractum habet ſucceſsiuum vt eſt excommunicatio Deci. in cap. ex parte de appel. n. 3. Pechius de iure ſiſten. cap. 21. Pinel. in l. 2. cap. 1. part. 2. num. 27. Barboſa in l. 1. ff. de iud. articul. 3. num. 18. Farin. in Fragmen. crim. num. 236.

19 Vnde fit quod cum captura contineat damnum irreparabile, oppoſita falſitate non debet procedi ad capturam vt dixit Bald. in l. vnica, C. de integr. reſt. poſtul. Panorm. in cap. ſuſcitata num. 8. de reſt. in integr. Boer. d. 65. num. 9. Soares tit. de los gouiernos q. 4. numer. 3. Secus erit in executione facta in bonis quæ perfecte reparari poteſt, quod tamen limitabis ſi periculum ſit in mora, vel detur fugæ timor quia tunc etiam hoc caſu ad capturam procedi poteſt, arg. l. ſi quis filio § hi autem omnes ff de iniuſt. rup. Iaſ. in princip. inſtitut. de action. num. 89. limit. 3.

20 Sola autem exceptio quæ fundetur in defectu iuriſdictionis licet in continenti probari non poſsit, admittenda eſt vt executionem ſuſpendat probat Clem. 1 iuncta gloſ. ibi. de ſequæſt. poſſ. nam cum text. probaret vigore ſententiæ latæ in Romana Curia,

ſequæſt.

ſequæſtrationem decernandam fore, non obſtante ſententia nullitatis, gloſa explicat non eſſe intelligendum ſi opponatur defectus iuriſdictionis, quia ſi non erat iudex qui eam tulit non eſt ſententia ſed quædam determinatio arg. cap. conquærente de reſt. ſpoliat. l. 2. §. fin. in fine ff. de pœnis Felin. in rub. de foro comp. num. 2. & in cap. paſtoralis de exceptio. num. 11. Decius conſ. 38. num. 7. Aymon conſ. 871. num. 17. Vantius de nullitat. titul. quis poſsit dicere nullum num. 37. Angel. in l. fin. num 4. C. ſi ex falſis inſtrum. Alex in d. §. condemnatum num. 22. Iaſ. 19. Rip. 23. Zazius 10. idemque pariter erit recipiendum in Clem. 1. de re iud. quæ poſt tres conformes exceptiones nullitatis reppellit quoad effectum impediendi executionem, vt non procedat in nullitate ex defectu iuriſdictionis, Imol. in l. ſi expreſsim num. 15. ff. de appel. Alex. conſ. 77. á num. 9. libr. 2. & in l. de pupillo §. qui opus num. 5. ff. de noui oper. Couar. pract. cap. 25. num. 4. qui iuriſdictionis defectus talis eſſe debet, qui ſupponat iudicem fuiſſe prohibitum vel limitatum, & omnino incompetentem, & improrogabilem, quia ſi ſolum iuriſdictio erat elidibilis, & prorogabilis iam locus nullitati ex defectu iuriſdictionis, non erit, cum prorogata iuriſdictio proponatur, Couar. d. cap. 25. numer. 4. l. 1. C. de iuriſd. omni iud. Panorm. in cap. paſtoralis de exceptio. num. 16.

21 Eundem effectum tribuendum eſſe reſtitutioni imploratæ contra ſententiam inſinuat l. vnica C. de in integr. reſt. poſtul. dicitque receptum Iaſ. in d. §. condemnatum num. 26. Ripa 30. Zazius 14. Couar. vbi ſup. num. 7. licet Bart. ibi num. 3. teneat reſtitutionem imploratam non ſufficere niſi in continenti probetur, & in l. ſi prætor §. Marcellus in fine ff. de iudic ſubſcribit Alex. conſ. 62. num. 5. lib. 6. Alciat. in l. ſi cauſa cognita num. 7. C. de tranſact. de quo eſt text. in cap. ſuſcitata de reſtit. in integr. Duaren. in d. §. condemnatum ad fin. quia contraria, & communis, & verior, pro qua facit d. l. ſi cauſa cognita dum æquiparat reſtitutionem, & appellationem quæ ſuſpendit licet in cõtinenti nõ iuſtificetur, deinde quia reſtitutio efficit, vt interim attẽtata reuocentur dicit receptũ Alciat. vbi ſup. num. 6. de quo eſt text. in l. fin. C. ſi ex falſis inſtrum. iuncta l. diuus ff. de re iudic. nec aliud probat d. cap. ſuſcitata quia ſupponit reſtitutionẽ malitioſè petitam, Dueran. in d. §. condemnatum ad fin. quæ malitia in dubio non præſumitur l. quoties §. qui dolo ff. de probat. exceptis duobus caſibus quando petitur à ſententia Principis pro qua maximè præſumitur, arg. d. cap. ſuſcitata, de reſtit. in integr. vel

vel quando contra duas confor-mes imploratur Clem. 1. de re iudic. Couar. d. cap. 25. ad fin. Nauar. in c. accepta oppoſ. 1. ad fin. de reſtit. ſpol. Caſſad. d. 1. de reſt. in integrum, vnde non bene loquitur Alex. conſ. 62. num. 4. lib.6.Belon.conſ.18.num.23.dum diſtingunt inter reſtitutionem petitam ante cæptam executionem, vel poſt, vt prima ſuſpendat non ita ſecunda, pariter cauendum á Bartolo in l. defendente num. 3. ff. de author tutor Alex. conſ. 62. num.5 lib. 6. Aflict. d. 356. num. fin. dum aiunt quod ſi reſtitutio in continenti non poteſt probari quod præſumitur malitioſa quia falſum eſt, & contra regulam, & l.quoties §.qui dolo. proſequũtur Mena vari. lib.1.q.5. num. 4. Veſtrius in praxi Curiæ lib.8. cap. 3. num.15. Puteus deciſ.285.lib.2. & deciſ. 456. eod. Franchis deciſ. 86. 1. part. Maſcard. de probatio. concluſ.1275.Azeued. in l.1.num. 174. tit. 21. libr.4. recopil. & l. 4. num.10. tit.17. eod. lib. Lancelotus titul.de attentatis reſtitutione pendente cap. 58. Garcia de nobilit. gloſ.6.§.2.á num.18. Caldas Pereyra in l. ſi curatorem verbo implorandum à num. 18. & 22. Ceuallos contra communes q. 830. Mendes in praxi libr. 3. cap. 21. num. 32. quod ſemper explicandum erit vt reſtitutio tunc ſuſpendat cauſa allegata, & cognita etſi adhuc probata non ſit quem ſenſum comprobat apud nos Regia Ordinat. lib.3. titul. 41.§.3. & lib.3.tit.86. §.6. Valaſ.de partit.c. 39.num. 47. vbi explicat verbum outorgada quod reperiebatur in antiqua Ordinat.& in noua compillatione deletum eſt.

22 Illud tandem in materia obſeruandum eſt quod eſt differentia conſtituenda inter nullitatem quæ eſt notoria, & cõſtat ex actis, & inter eam quæ in continenti probari poteſt nam in hoc vltimo caſu executor ſententiæ, non poteſt cognoſcere de nullitate etiam ſi probationes in continenti offerantur, ſed tenetur exceptionem remittere ad eum qui ſententiam protulit l. ſi prætor ff.de iudic. cap. ſuper eo de crim. falſ. cap. de cætero de re iudic. Bart. receptus in l. à diuo pio num. 9. ff. de re iud. Verum in primo quando ex actis detegitur nullitas non ſolum poteſt de ea cognoſcere ſed etiam ſuper illa pronuntiare, gloſ.cap. dicenti verbo cognoſcant,in fin. 25.q.1.Roman. conſ. 51. Imol.conſ.127.n.3. Felin. cap. de cætero de re iudicat.num. 4. Gigas de penſio.q vlt. num. 22. ratio eſt quia tunc nõ ipſe infringit factum ſuperioris,ſed ipſa ſententia ſe infringit, Bald. in l. aduerſus num. 1. C. ſi aduerſ. rem iudi. Gigas q.70. ex quibus apparet differentiam eſſe cõcedendam inter exceptionem probatam, & probandam vt prima ſuſpendat, vt ſup.dixi ſecunda minimè licet offeratur in promptu probatio, ſed

ſed ſolum recipienda, & in executione procedendum quouſque liqueat de nullitate vt retractetur executio ſi iam perfectum eſt, de quo eſt doctrina Bart. in l. aufertur §. qui compenſationem ff. de iure fiſci dum tradit aduerſus ſententiam latam pro fiſco, admitti compēſationem, intra duos menſes, qui dantur debitori fiſcali l. in fraudem 45. §. fin. verſ. fiſcalibus ff. de iure fiſci, ex hoc colligens quod ſi compenſationem obijcienti iam nulla competebat dillatio ad ſoluendum, non audietur, etſi in continenti velit liquidare, ſic ampliata l. fin. ff. de compenſation. ſubſcribit Socin. conſ. 21. numer. 7. libr. 4. Iaſon. §. in bonæ fidei numer. 73. inſtit. de action. Alex. Conſ. 74. num. 1. lib. 4. Meno. de recuper. 1. remedio n. 253. quare bene colligitur quod illa exceptio debet probari intra tempus datum ad ſoluendum, etiā tunc dicetur probata in continēti, vel ſi antequam perficiatur executio, concludatur probatio quia in continenti eſt factum quod fit durante termino ſumariæ cognitionis, prout eſt ipſa executio l. à diuo §. ſi ſuper rebus ff. de re iud. l. ſi is à quo & ibi Bart. ff. vt in poſſ. legator. Gigas d. quæſtione vltim. numer. 26. Si vero perfecta iam executione probatio fiat retractabitur executio licet non impediatur, ſic patet non bene Bart. dixiſſe in l. 1. numer. 3. C. de iur. & fact. igno. dum dixit quod exceptio quæ non impugnat ſententiam ſemper impedit executionem, nam confunditur ex dictis eiuſdem Bart. in d. l. qui compenſationem vbi cōpenſatio quæ non impugnat ſententiam executionem non impedit niſi probata in continenti.

23 Sic explicabis d. Clem. 1. de re iudic. ex qua deducunt ſcribentes ibi quod contra tres ſententias nullitas nō admittatur etiam in continenti probata, ſed verius eſt in illo text. ſolum prohiberi quod ante perfectam executionem trium ſententiarum nec admittatur exceptio nullitatis ſtatim probatæ, vt ſuper ſe adeatur in executione, vel ex interuallo probanda, vt de illa ordinariè cognoſcatur non ſuſpenſa executione, niſi poſt perfectam executionem trium ſententiarum, ea tamen perfecta, eas non reppellit vt executio retractari poſsit vt ſup. diximus.

24 Sic pariter explicatur Ordinat. libr. 3. titul. 86. §. 1. quatenus decidit exceptiones non impedire executionem ſententiæ; cum tamen illa impedimenta ſint nullitatis vt deducitur ex Ordin. lib. 3. titul. 87. §. 1. quia vna per aliam explicari debet, in quo concordat cum ſupra traditis, & videtur amplexa diſpoſitionem d. Clem. 1. de re iudic. eam extendens ad omnem ſententiam licet in cauſa non ſint latæ

P tres

tres conformes, adhuc tamen videtur quod non infęliciter dici poteſt quod ſtante hac Regia Ord. poterit admitti nullitas notoria, vt impediatur executio prout etiam debet admitti in terminis d. Clem. 1. nam lex generaliter reijciens exceptiones, non excludit notorias ex actis, Imol. in l. fin. col. 7. ff. quis & à quo appelletur, Alex. in d. §. condemnatum num. 7. Felin. in cap. ex parte 2. de officio delegat. numer. 7. nec intelligitur de notorijs dum reppellit nullitates Aflict. deciſ. 283. Vantius titul. quis poſsit dicere de nullitate numer. 51. non tamen idem erit circa exceptiones quæ poſſunt probari in continenti ex Alex. conſ. 94. lib. 4. à n. 4. quia hoc modo nihil operaretur ſtatutum.

25 Ex quibus iuris principijs præſens quæſtio enodatur, ſub diſtinctionibus infra deſcribendis, quod iudex Eccleſiaſticus, vel primam ſententiam exequitur, vel tres conformes á quibus non patet appellatio cap. ſua nobis de appel. rurſus hæ tres conformes vel ſunt latæ in Eccleſiaſtico iudicio Reo competéter vocato ad illum forum, vel in cauſa quæ ſpectabat ad forum ſæcularem, vel poſt latam ſententiam in recurſu Regio quod Reus non poterat cogi illud iudicium ſubire, & nihilominus iudices Eccleſiaſtici non ceſſarunt á cognoſcendo, & tres ſententias conformes protulere, de quarum executione agitur.

25 Primo caſu oppoſita nullitate, ſi talis exceptio reppellatur regulariter nullo modo ad Regem patet recurſus cum appellari poſsit ad ſuperiores Eccleſiaſticos qui reponere poſſunt via appellationis grauamé, vel in gradu appellationis de nullitate cognoſcere l. Carmelia ff. de iur. patron. dixi regulariter quia recurſus cópetit vno ex quatuor caſibus ſupra enarratis. Primo ex violentia illata quæ nullo modo conſiderari poteſt in hac cognitione cũ iudex cognoſcendo nullam vim inferat. Secundo ex oppreſsione notoria quæ non datur quia vel arguatur in competentia iudicij, vel defectus iuriſdictionis, cum hæc duo verſentur reſpectu alterius iudicis Eccleſiaſtici, non eſt cur Princeps ſe intromittat, cum eo caſu partes ſuperiorem Eccleſiaſticum addire poſsint.

26 Tertio ex capite iuris naturalis non ſeruati ſolum competere poteſt recurſus, ob defectum citationis cuius omiſsio ius naturale lædit, quia in ea includitur legitima defenſio, maximè in prima citatione ad cauſam, vel ſi iudex ſuſpectus, & pro tali iudicatus cognouerit, quod pariter obtinebit in omni caſu in quo ius naturale offendatur, reliquæ nanquæ cauſæ nullitatis ſcilicet ex falſis probationibus ex corruptione iudicis in competentiæ

reſpectu

reſpectu iuriſdictionis alterius iudicis Eccleſiaſtici licet execu-tionem retardare poſsint, oppoſitæ illis modis quibus ſupra diximus, non tamen habent locum in recurſu Regio qui ex alijs principijs oritur, nec defenſiones ciuiles reſpicit, ſed naturalem ſolum.

27 Ex capite abuſus iuriſdictionis nullitas oppoſita dabit ad recurſum ad Principem, ſi in competentia oppoſita non verſetur circa alterius iudicis Eccleſiaſtici iuriſdictionem, ſed reſpectu Principis ſæcularis ad quem eo caſu ſpectabat cognitio, tunc enim ſemper ſententia erit nulla, Ordinat. lib. 2. titul. 1. §. 14. & hæc nullitas oppoſita faciet ceſſare executionem quia ex ipſis actis, & contextu probatur, nec altiorem indaginem requirit, & huic membro conueniunt iura quæ ſupra citauimus.

28 Si vero in hoc caſu tres latæ ſint ſententiæ in Eccleſiaſtico, & hæc nullitas opponatur, erit admittenda vt diximus ſupra ad Clem. 1. de re iudic. & á fortiori quando poſt latam ſententiam in tribunali Regio, quod cognitio ſpectabat ad Regem nihilominus cauſa ventillata fuit in Eccleſiaſtico quia tunc omnes ſententiæ latæ vitio nullitatis laborant, & omnino non exequendæ immo omnia geſta poſt recurſum ad Regem ſi obtinuit competere, tanquam attētata reuocantur ex Guilelmo in cap. Rainutius verſ. & vxorem 2. numer. 141. Aloiſ. in Collectan. 1469. ibi etiā ſi eſſemus in geſtis pendente recurſu Peguera deciſ. 189. Ceuallos 2. part. de las fuerças quæſt. 73. num. fin.

An faciat vim iudex Eccleſiaſticus contra ius naturale qui poſt legitimam recuſationem cognoſcit, & adulteriora procedit.

29 Recuſatio ſuſpecti iudicis, quandam naturalis defenſionis ſpeciem continet, quia durum, & violentum eſt coram ſuſpecto iudice agere, vt per Gregor. l. 22. tit. 4. part. 3. Pacianus de probatio. lib. 2. c. 45. n. 1. Peres in l. 1. in princ, tit. 5. libr. 3. Guterres pract. lib. 1. q. 94. n. 4. de quo apud nos eſt Ordinatio lib. 3. titul. 21. in cuius annotationibus plura doctè, & curioſé dixit Barboſa vbi exponit perſonas quæ ob excellentiam recuſari nequeunt qualis eſt Summus Pontifex Imperator legatus de latere Inquiſitores nec Regij Conciliarij niſi fiant iudices.

Vnde fit quod iudex Eccleſiaſticus dum recuſatus ad vlteriora procedit cõtra iuris naturalis præcepta inſurgit, cap. quod ſuſpecti 3.q.5.ibi quodammodo naturale eſt, c.cum inter de exception. ibi ligitima defenſio, & ibi maxime recuſatio &c. vnde gloſ. 2. in cap. ad hæc de reſcriptis in fine, ſentit quod Summus Pontifex, vel Princeps ſuppremus cauſam recuſatione remota committere non poteſt,adeo vt ſi cauſa commiſſa ſit nihilominus ſaluum maneat parti ius recuſandi ſequitur Abb. ibi in fine, & num. 9. Paris 6.in cap.cum inter de exceptio vbi Det.nũm. 12. pro quibus facit Clem.paſtoralis §. cæterum de re iud.

30 Verum obſtat Principem ex iuſtiſsima cauſa poſſe tollere non ſolum recuſationem vt dixit gloſ. verbo recuſare in l. apertiſsimi C. de iudic. communiter recepta ab omnibus, vt per Abb. in d. gl. 2. in fine deci.n. 7. & 9. Felin. 9. Rebuf. 1. tom. ad leges Gal. titul. de recuſatio in præfatione à numer. 9. Duen. reg. 43. ad fin. Peres ad l. 1. tit.5. libr.3. ordinat. q. 20. quibus locis d. gloſ. 2. reprehenditua ſecundum Iaſ. in d. l.apertiſsimi num. 19. Verum & ipſam primam citationem etiam in criminalibus, vt colligitur ex ſupracitatis, vt per Peres d. q. 20. col. penultim. & vltim. qui in verſ. in oppoſitum falſo dixit priorem ſententiam communiter recipi,id ipſum imponens Rebufo, vbi non priorem, ſed poſteriorem communiter aprobatam fatetur, vnde illa gloſ. 2. bene intellecta ſolum probat, quod quamuis commiſsio per quam Pontifex ex certa ſcientia, cauſam iudici ſuſpecto committit, valeat,& tamen adhuc ſaluũ manet ius recuſandi ſi id ſpeciatim non exprimat, quia intelligitur committere ſecundum terminos iuris, vt per Felin. in d. cap. cum inter. colum. 4. in fine Deci. num. 4. Peruſin. 7. in cap. poſtremo de appellat. Peres vbi ſupr. verſ. pro declaratione, Abbas notab. 5. per text. ibi in cap. accedens vt lite non conteſtata fatetur Rebuf. numero 15. ſicut alias licet pater in cauſa filij, & è conuerſo iudex eſſe poſsit l. in priuatis 77. ff. de iudic. hoc tamen intelligitur ſaluo recuſationis iure, ſi pars aduerſa non opponat, quia ſi recuſat ceſſat cognitio, l. qui iuriſdictioni ff. de iuriſdict. omn. iudic. quas ſic conciliant poſt alios Iaſ. in l. patre numer. 39. ff. de his qui ſunt ſui,& in d. l. qui iuriſdictioni num. 6. & vlt.in fine vbi Deci. ad fin. quamuis nouiores aliter intelligant, ſicut alias Prælatus in cauſa ſuæ Eccleſiæ iudicare poteſt, gloſ. & doctores in cap. cum veniſſet de iudic. communis ex Iaſon. in d. l. qui iuriſdictioni numer. 10. Id tamen intelligitur niſi ab aduerſa parte recuſetur,

& ita

& ita ſaluo recuſationis iure, vt poſt Abbatem Decius aduertit in d. cap. cum veniſſet num. 6. quare manet difficultas propoſita, quod recuſatio tolli poteſt licet aliquo modo defenſionem contineat, & ex ea cauſa non patere recurſum ad Regem, cum nullum ius naturale offendatur dum iudex illa ſpreta ad vlteriora procedit.

31 Quod ſuadetur quia multis de cauſis poteſt recuſatus non ſuperſedere primo ſi cauſa recuſationis illi propoſita non ſit, prout de iure requiritur, licet enim videatur de iure ciuili nullam cauſæ expreſsionem requiri d. l. apertiſsimi vbi gloſ. verbo recuſare, & l. vltim. C. de iudic. gloſ. 4. in l. quia poterat vbi communis ff. ad Trebel. nihilominus tamen de iure Cannonico, neceſſariâ eſt cauſa ligitima, cap. ligitima de appel. lib. 6. cap. ſecundo requiris 41. cap. cum ſpeciali 61. poſt principium de appel. cap. ſuſpitionis in princip. de offici. delegat. hanc differentiam inter vtrunque ius agnoſcit. Couar. practicar. cap. 26. num. 1. Nauar. in cap. cum contingat 10. cauſ. nullitatis, Roland. conſ. 19. numer. 14. libr. 3. & ſi verum amamus etiam de iure ciuili requirebatur cauſa, vt intendunt antiquiores relati à gloſ. d. verbo recuſare, proſequitur Sycuius in d. cap. ſuſpitionis à num. 2. Cuiatius libr. 9. obſeruatio. cap. 23. vbi ex Plinio, & alijs probat ante ius ciuile cauſam neceſſariam non fuiſſe, in refutatione iudicis, quæ fiebat ſaltem cum iuramento iuxta formam ibi præſcriptam, ſed poſtea iure ciuili cauſam requiri, & probatur in l. ſi pariter 9. ff. de liberal. cauſ. ibi. niſi iuſta cauſa, d. vltim. C. de iud. ibi hoc facere in actis &c. & apud nos id ipſum requirit lex Regia d. titul. 21. §. 4. ne dicamus ius ciuile admiſiſſe friuolas recuſationes, quibus fit iudicibus iniuria, & pleraque alia naſcuntur abſurda, nec aliud probat d. l. apertiſsimi quia iubet proponere libellum in quo cauſa debet exprimi, cap. vltim. de libel. oblation. adeo vt cauſa ſit proponenda in ſcriptis, d. l. apertiſsimi gloſ. 2. & communis in d. cap. ligitima. & vna cauſa expreſſa, ex alia proponi nequeat, & proſequi, vt poſt ſpeculatorem, & alios Abb. in d. cap. poſtremo col. vltim. Peres vbi ſup. quæſt. 12. d. cap. cum ſpeciali ibi. ea ipſa probata, & ita nõ alia, in quo recuſatio ſimilis videtur appellationi, ab interlocutoria, Clem. appellanti de appel. c. ſuper eo de appellatio.

32 Deinde poterit cauſa expreſſa eſſe friuola qua contempta licet iudici non ſuperſedere, quia ad eum effectum cauſa recuſationis iudici intimatur, quia poſsit vel recognoſcere recuſationem, vel ſi friuola ſit ad vlteriora

riora procedere nec ſuperſedere in cauſa principali, nec eo caſu patietur cauſam ad arbitros deferri, prout de iure erat ex d. cap. ſuſpitionis 39. de officio delegat. cap. ſi contra vnum eod. tit. lib. 6. cap. cũ ſpeciali 61. de appel. Trid. ceſſ. 14. de reformat. cap. 5. cuius rei argumentum præſtat cap. cum appellationibus de appellatio in 6. obſeruant Ancharr. 2. notab. Domin. & Franc. num. 5. in d. cap. ligitima, Ioannes Andreas Abbas & alij in cap. accedens vt lite non conteſtata, vbi Felin. num. 5. & dicit notandum Rebuf. vbi ſup. num. 3. facit quia iudex recuſatus poterit à recuſante exigere iuramentum malitiæ, vt Ioannes Andreas, Domin. & Franc. in cap. 2. de iuram. calum. lib. 6. ſicque procedit gloſ. d. verbo recuſare in d. l. apertiſsimi, quam ſequuntur omnes ibi, & in l. quia poterat vbi Iaſ. num. 20. ff. ad Trebel. Villalobos in Antinomia iuris verbo recuſatio. Pas in praxi 2. p. cap. 10. à num. 23.

Ex quibus fit quod cum iudex recuſatus ad vlteriora procedere poſsit ſecundum iuris regulas, quia poſſunt plures dari cauſæ ex quibus licitum ſit, non poteſt dari hoc caſu recurſus ad Regem cũ ad ſummum inuoluat illud grauamen iniuſtitiam quæ à ligitimo ſuperiore reparanda eſt, qui videre poterit an ſubſit cauſa cognoſcendi cum repulſione recuſationis.

33 Verum his non obſtantibus priori opinioni videtur adhærendum, & quod iudex recuſatus tenetur pati recuſationem, & recurrendum eſſe ad arbitros, qui vbi primum à partibus eliguntur â lege accipiunt poteſtatem d. cap. ſuſpitionis & d. c. ſi contra vnum quia licet iudex cognoſcat de exceptione quæ concludit defectum iuriſdictionis l. 2. ff. ſiquis in ius vocatus l. ſiquis ex aliena ff. de iud. id quidem procedit vbi exceptio tangit ſolam iuriſdictionẽ non vero vbi tangit perſonã quia recuſans deffidit, de iuſtitia, & integritate iudicis, ideo merito non cognoſcit, communis in d. cap. ſuſpitionis gloſ. verbo debet in d. cap. 2. requiris. Bart. num. 7. & 8. in l. quidam conſulebant ff. de re iudic. Alex. 15. licet perperam diſtinguat Rebufus ad leges Gal. 3. tom. tit. de recuſ. art. 5. gloſ. 1. in princ. vnde dum cognoſcit, & ſe habilem profitetur ius defenſionis naturalis violat vt ſup. dixi cum notoria oppreſsione denegando remedia iuris quod fieri nequit citra manifeſtam iniuriam.

34 Nec obſtat primum quod poſſunt dari rationes ob quas recuſationi parendum nõ ſit, veluti ſi in forma iuris non proponátur cauſa expreſſa, vnde cum aliquo caſu poſsit talis repulſio eſſe iuſta, pro iudice præſumẽdũ eſt, eiuſq; iniquitas à ſuperiore Eccleſiaſtico reſarciri debet, quia ſatisfit,

quod

quod ille defectus non á recuſato iudice, ſed ab arbitris in forma iuris electis decidi debet an ſcilicet procedat recuſatio. qui arbitri ſi diſcordes ſint poterunt tertium aſſumere probat d. cap. ſuſpitionis d. cap. cum ſpeciali. ibi & ſi nequiuerint &c. non tamen iudex recuſatus poteſt circa hæc ſe impedire, cum ex eo magis ſe reddat ſuſpectum.

35 Ad ſecundum autem quod fortius ſtringit, nempe quod poteſt friuolam recuſationem reppellere, quibus addo quod eo procedente poſt recuſationẽ, proceſſus validus eſt niſi appellatum ſit Berous in cap. quoniam contra de probatio in gloſ. verbo recuſationes, num. 152. Innocent. in cap. cum ſpeciali de appel. deciſ. pedament. 84. num. 2. Lancelotus de attentatis 2. part. cap. 6. à num. 2. per text. ad id expreſſum in c. ſuper quæſtionum §. fin. de officio delegat.

Satisfit quod licet friuola appellatio cui recuſatio æquiparatur cap. ſuper eo de appel. cap. ligitima de appel. in 6. reppelli poſsint, d. cap. ligitima cap. cum appellationibus friuolis illo titul. tamen geſta poſt recuſationé ipſo iure nulla ſunt ex magis communi, etiam abſque vlla appellatione, gloſ. in cap. quoties 2. q. 6. & in cap. quod ſuſpecti 3. q. 5. gloſ. 3. in cap. iudex de offic. delegat. in 6. Bart. & omnes in d. l. quia poterat ff. ad Trebel. dicit magis cõmunem Vantius titul. de nullitat. ex defectu iuriſd. ordin. à num. 110. quod ſiquis repplicet quod ſupradicta procedunt in recuſatione ex cauſa ligitima nec tollũt quod in recuſatione friuola iudex non ſuperſedeat, reſpõdetur quod eſſe friuolam recuſationem pertinet ad merita grauaminis ne prouideatur ſupplicanti inſpectis actis quia recuſatio eſt friuola, & non admittenda, ſed non tollit materiam eſſe caſus recurſus ad Regem, vbi ſi non friuola cauſa viſa ſit pro videbitur ſupplicanti, ſi vero ê contra reijcietur ſupplicatio, quia eodem modo quo á tali repulſione datur appellatio propter grauamen irreparabile d. cap. ſuper quæſtionum §. fin. pariter ad Principem recurſus patet, ob oppreſsionem, & denegatione obſeruantiæ iuris communis, ad mixta defenſione quæ iuris naturalis eſt, ſicque iudicatum inueni in ſupplicatione interpoſita à quodam iudice Appoſtolico quòd non detulit recuſationi, & adulteriora proceſsit 9. die Iullij 1608. iudicibus Brandaõ Sanches, Vicentius Caldeira de Brito, ſcriba Almirante, & ſignatus eſt proceſſus n. 210.

Illud tamen notabis quod ſi iudex Appoſtolicus, vel Collector alter vê qui dignitate Epiſcopali, vel Appoſtolica perfulgeat appellationem denegauerit in caſu in quo debuiſſet concedi, non poteſt tamen ex capite notoriæ

oppreſsionis, denegatique iuris naturalis prouideri, quod quidẽ apud nos ita peculiariter procedit quia licet apud Hiſpanos ob denegatam appellationem pateat recurſus vt videre eſt per Ceuallos de cognitione per viam violentiæ per omnes fere caſus, tamẽ apud nos appellantibus peculiare remedium conceſſum eſt ſcilicet tuitiuæ impetrãdæ á Rege quouſque á ſuperiore ligitima appellatio admiſſa ſit, vnde cum partes illud habeant remedium, non debent per recurſum ad Regem facere vt ſibi appellationes concedantur cum hic articulus ſpecialiter reſeruatus ſit Senatoribus aulicis, vt in Ordinat. lib. 1. titul. de regimine Senatorum Pallatij §. 116. & lib. 2. tit. 10.

Pro hac tamen opinione iudicatum inueni die 8. Nouembris 1616 Brandaõ, Carualho, Caldeiraõ, Leitaõ, iudicibus, apud ſcribam Coronæ ſub n. 225. ſed non placet hæc ſententia, & vtrumque remediũ concurrere exiſtimo ob diuerſos reſpectus, vt dico infra in art. de tuitiuis appellantium n. 8. vbi videbimus.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionis cauſa ad Regem eiuſque iudicem ſpectat explicatur Ordinat. lib. 1. tit. 12. §. 5.*

Referuntur verba concordiæ in artic. 9. cum Rege Dioniſio.

2 *Publicani ſeu exactores tributorum non poſſunt excommunicari dum iura exigunt.*

Onera & tributa perſonis aut rebus Eccleſiaſticis imponi non poſſunt. ibi.

Contra conſuetudinem immemorialem qua impoſitiones á clericis exiguntur nõ poſſunt excommunicationes proferri. ibi.

3 *Qui vendit ea quæ ſuper excreſcunt á ſubſtentatione familiæ non dicitur negotiator.*

4 *Tributum das colheres á Portuenſi Epiſcopo exigitur.*

5 *Si recurrẽs ad Principem in caſu violentiæ excommunicatur vſurpatur Regia iuriſdictio.*

Non poteſt excõmunicari

quod

quod friuole videatur ſupplicaſſe vel quod non obtinuit iu ſupplicatione. ibi.

6 *Si in flagranti capitur clericus homicida, & remittitur ad ſuum iudicem excommunicari non poteſt iudex ſæcularis.*

7 *Conſeruatores ſi cognoſcunt tanquam ordinarij patet recurſus ab abuſu.*

Iuriſdictio Conſeruatoris ſemper eſt delegata ne cum prælatorum præiudicio introducatur. ibi.

Tertij præiudicium quando Princeps intendat duobus modis colligitur. ibi.

8 *Conſeruator militiarum nõ eſt ordinarius vt Valaſ. ſentit.*

Si partes compareant corã Conſeruatore militiarum, & negent violentiam, ſtatim remittendi ſunt ad iudicem ordinarium ordinum.

Conſeruator ordinum ſportulas accipit de ſententijs ab eo prolatis. ibi.

A iudice ordinum ad menſam conſcientiæ, à Conſeruatore ordinum ad legatũ appellatur. ibi.

9 *Iudex ordinum non eſt magiſtri vicarius quia ſi ita foret non poſſet ad mẽſam appellari.*

10 *An iudex Eccleſiaſticus inhibeat ſæculari ne de facto apoſtaſiæ cognoſcat.*

11 *An ſit abuſus iuriſdictionis Eccleſiaſticæ prohibere ne in ſæculari puniantur clandeſtinæ nuptiæ.*

Leges ciuiles quæ addunt pœnas caſui prohibito per Cannones obſeruandæ. ibi.

12 *An in eo caſu punitus in eccleſiaſtico poſſit noua pœna affici in ſæculari.*

13 *An ſit abuſus prohibere ſæculari ne cognoſcat de delicto famuli Epiſcopi.*

Famuli Epiſcopi non gaudent priuilegio fori niſi habeant qualitates conſilij.

14 *Famulus reuerendiſſimi Collectoris ad ipſum remiſſus fuit.*

15 *An per denuntiationes Euangelicas vſurpetur iuriſdictio Regia.*

Prælati de iure cognoſcũt de omnibus peccatis mortalibus ſubditorum ſiue per denuntiationem ſiue per

Inqui-

Inquiſitionem. ibi.
Quæ ſit ratio. ibi.
Confirmatur praxi hodierna. ibi.
16 *Fundamenta in contrarium.*
17 *Prælati cognoſcunt de peccatis vel per denuntiationem, vel per accuſationem.*
18 *Per denuntiationem Euangelicam duo Eccleſia prætendit emendationem, & ſatisfactionem.*
19 *Finita Euangelica denũtiatione inſtituitur denuntiatio publica.*
20 *Quando prælatus cognoſcat per Inquiſitionem dupliciter fit, vel per generalem, vel ſpecialem.*
21 *Quæ ſit vtriuſque differentia. ibi.*
Quæ requirantur in generali aut ſpeciali Inquiſitione. ibi.
Duo teſtes extraiudicialiter interrogati non probãt. ibi.
Explicatur cap. excommunicamus §. adijcimus de hæret.
23 *In hæreſi ſecundũ aliquorum ſententiã ſine infamia publica fit Inquiſitio.*
In ſimonia non fiunt ſpeciales Inquiſitiones ſine infamia. ibi.
Explicatur c. qualiter de accuſatio. ibi.
Sunt caſus ſpeciales in quibus ſine infamia fit Inquiſitio. ibi.
24 *Præceptum fraternæ cor correctionis ſunt affirmatiua, & non ſemper obligãt.*
Correctio omittitur in pluribus caſibus. ibi.
In hoc regno propter præiuditium Regiæ iuriſdictionis ceſſant denuntiationes. ibi.
Explicatur Ordinat. lib. 2. tit. 9. ibi.
25 *Nulla cauſa dari poteſt vt prælati ſubditos non valeant torrigere.*
26 *Regula in materia conſtituitur vt Prælatis de iure diuino hæc poteſtas competat.*
27 *Fallit in deceptionibus, quæ incidunt in contractibus.*
28 *Sic non cognoſcunt de peccato quod reſultat ex ſententia iniuſta. ibi.*
29 *Pariter nec contra illos*

qui

qui noluut ſtare teſtamento minus ſolemni. ibi.

30 *Nec circa obſeruãtiam pacti nudi.*

Leges non prohibent agi ex pacto nudo. ibi.

31 *Eccleſia non cognoſcit de peccatis mortalibus niſi de illis quæ tractum habent ſucceſſiuum.*

32 *Prælati in diocæſibus quas monitorias generales publicare poſſunt.*

33 *Uſu receptum eſt poſſe has ſentẽtias generales promulgari.*

Non reuelantes non ligãtur quando illud quod ſciũt probare non poſſunt. ibi.

34 *Quid in hac materia ſequendum.*

Quando crimen iam eſt delatum, & iudici notum tũc tenetur propallare. ibi.

Crimina occulta quando interrogatus reuelare teneatur. ibi.

35 *Iudex an iuſte procedat dum iubet reuelare occulta.*

Crimina quæ non ſunt per ſe occulta, Eccleſiæ iuriſdictioni ſubſunt. ibi.

Teſtis iudicare non poteſt an crimen probari poſſit, vel non. ibi.

36 *Literæ monitoriæ non diriguntur ad denũtiatorem ſed ad teſtes vt reuelent.*

Caſus in quibus reuelãtes vt teſtes excuſantur. ibi.

Primo in his quæ nouit in ſacramentali confeſſione. ibi.

Deinde ſi graue malum timet et reuelando. ibi.

Deinde ſi eſt ſocius criminis. ibi.

Fallit in criminibus atrocibus. ibi.

37 *Conſtitutiones ſinodales reprobãtur quibus caue ur quod ſcientes furtum vel ſimile crimen, reuelent parrocho.*

38 *Explodetur ſententiæ Guterrij dum dixit quod excommunicatus in genere ſi non ſatisfacit poteſt excommunicari in ſpecie. ibi.*

39 *Sententia generalis lata in authorem damni an valeat.*

40 *Generalis ſententia vel fertur in non reuelantes, vel in autorem damni.*

41 *Primo caſu reuelans nõ tenetur niſi probare valeat.*

Interpretatur cap. qui cum fure de furtis.

42 *Interpretatur cap. ſi ſacerdos de officio ordinarij. Ponderatur doctrina Bartoli in l. vtrũ ff. ad l. põpeã. In criminibus atrocibus debet fieri reuelatio. ibi.*

43 *Cenſura generalis in non reuelantes non ligat niſi illos qui probare poſſunt. Quando quis vocatur vt teſtis tenetur crimen aperire.*

45 *Sententia excommunicationis an proferri poſsit in autorem damni occultum. Hæ ſententiæ generales nõ obligant præciſe ſoluere ſi alias denuntiatus non teneretur. ibi.*

46 *Sententiæ generales in authorem occultum non feruntur in vindictã peccati.*

47 *Sentẽtia lata in eum qui inſtrumenta aliena detinet non comprehendet eum qui habet exemplar.*

48 *Poteſt Epiſcopus generaliter excommunicatum, ſi illi conſtet vt iudici à cõmunione reppellere. Praxis prælatorum in hac materia impugnatur.*

Quæ iubent vt debitores ſuis creditoribus ſatisfaciant. ibi. Sic pariter non poſſunt cõpellere iniuſtum detentorẽ vt reſtituat. ibi.

Qui extra caſus permiſſo ius dicit, vtique ius dicit extra territorium. ibi.

49 *Confutatur opinio Soarij dum ob defectum iuſtitiæ ſentit poſſe adiri iudicem Eccleſiaſticum.*

50 *Authorem etiam occultũ Eccleſia legare poteſt.*

51 *Præceptum vt quis ſe prodat non valet.*

52 *Author occultus virtute litterarum generalium nõ tenetur ſe prodere. Confutatur opinio Guterrij. ibi.*

53 *Interpretatur cap. quidã maligni. ibi. In eo text. nõ agitur de excõmunicatione motori, ſed de priuatione perceptionis corporis Domini. ibi.*

54 *Excõmunicatus per generales litteras non poteſt excõmunicari ſpecialiter pro eodem delicto.*

55 *His omnibus caſibus patet ad Regem recurſus.*

Ex vſurpata iuriſdictione Regia ſeu ab abuſu, ad Ordinat. lib. 1. tit. 12. §. 5. & lib. 2. tit. 1. §. 15.

C A P. X.

1 HÆC vltima cauſa ex qua iudex Regius cognoſcit in plurimum differt à ſuperioribus, in illis nanque cum notorietate violentiæ proceditur, hic nulla deſideratur, ſufficit que Regiam iuriſdictioné in aliquo lædi vel vſurpari poſſe, & elicitur ex Ordination. libr. 1. tit. 12. §. 5. quæ in hæc verba habet. *E ſe vir que vſurpaõ noſſa juriſdiçaõ, ou algum direito noſſo poderâ requerer ſobre iſſo, ao Iuyz dos noſſos feitos, o qual he Iuyz competẽte para conhecer ſe a juriſdiçaõ pertẽce a noſſas juſtiças, & o meſmo ſerâ quando algũa peſſoa ſe aggrauar dos Iuyzes Eccleſiaſticos, & for leigo ou a cauſa de tal qualidade que pertẽça âs noſſas juſtiças o conhecimento della, poſto que as partes ſejaõ peſſoas Eccleſiaſticas, porq̃ em taes caſos temos a noſſa iurdiçaõ fundada em direito. Ideſt, quod ſi procurator Regius viderit, quod noſtra iuriſdictio ab Eccleſiaſticis vſurpatur, vel aliquod ius regale, poterit iudicem noſtræ Coronæ addire, ſuper his cauſis quia ille ſolus eſt competẽs iudex ad cognoſcendum an noſtra ſit iuriſdictio; idem erit quoties aliquis ſupplicauerit à iudicibus Eccleſiaſticis, cũ ſæcularis ſit; vel quod cauſa illius eſt naturæ quod ad iudicium ſæculare ſpectat, etiam ſi agitetur inter Eccleſiaſticas perſonas, quia in his terminis noſtra iuriſdictio ſecundum ordinarias iuris regulas procedit ad idem conducit Ord. lib. 2. tit. 1. §. 15.*

Hæc ordinatio deſſũpta eſt à nono art. ex vndecim Romæ oblatis cõtra Regẽ Dioniſ. quod ſic habet, *que el* Rey, *& ſeus Iuyzes vſurpaõ por ſia juſtiça Eccleſiaſtica, & os naõ deixaõ vſar liuremente della,* Rey *q̃ vzẽ de ſua juriſdiçaõ* Eccleſiaſtica; *mas q̃ o coſtume antiguo deſte* Reyno *he q̃ toda a peſſoa aſſi* Eccleſiaſtica *como ſecular q̃*

tiuer bems da Coroa, que ſobre qualquer demanda que ſe mouer por cauſa dos taes bẽs, reſponda diãte dos iuyzes, & juſtiças del Rey, & que o dito Senhor quer q̃ aſsi ſe guarde em ſeu tẽpo, & dos Reys ſeus ſucceſſores, â qual repoſta os Prelados aceitaraõ. Ideſt quod Rex eiuſq; iudices occupant iuriſdictionem Eccleſiaſticam, nec eos libere ea vti ſinunt, Rex quod vtatur ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica, interim antiqua regni conſuetudo habet, quod quælibet perſona, vel Eccleſiaſtica, vel ſæcularis, quæ bona Coronæ Regiæ habuerit, quod ſuper omni lite quæ ſuper dictis bonis moueatur reſpondeat corã Regijs iudicibus, & quod Dominus Rex vult quod ita obſeruetur ſuo tempore, & ſuornm ſucceſſorum, quã reſponſionem acceptarunt prælati.

Et licet prima facie videatur, hunc concordatæ articulum ſolum agere de his qui ex cõceſsione Principis bona regalia occupãt vt ſuper his in ſæculari reſpõdeãt tamen ad omnes dirigitur qui ſuper bonis regalibus conueniuntur, quorum appellatione, & iuriſdictiones continentur, quæ in iure conſiſtũt, nec intereſt vel illud ius obtineant titulo habito à Principe vel vſurpatione, & ſine cauſa, illico nanque vt apud Prælatum eſſe dignoſcitur aliquis iuriſdictionis gradus ſæcularis, poteſt Regius procurator illum vocare ad forum Regis, vt dimittat, vel in cauſa ſupplicare ab vſurpata iuriſdictione, quando ipſa pars acquieſcat, ex eadẽ ordin. §. 3. in fin. *Ibi, poſto que as partes vexadas contra forma das ditas Ordenaçoẽs naõ requeiraõ*, quod autem hic articulus concordatus ſit cum Prælatis dicit eadem Ordinatione in d. §. 5. *in prin. ibi. per noſſas Ordenaçoẽs, & artigos acordados, & aprouados pelos Reys que ante nos foraõ como por direito cõmũ ideſt non ſolũ per Regias Ordinationes, & per cõcordiam, & articulos celebratos per Reges noſtros anteceſſores; ſed & per ius cõmune.* Vnde fit quod ex ſupradicta concordia iuncta diſpoſitione iuris, cõmunis ſecundum quod ad Regem ſpectat cognoſcere de ſua iuriſdictione, Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 15. Couar. practic. c. 1. n. 10. Valaſ. de iur. emph. q. 8. à num. 21. & ſeqq. Cabed. d. 15. 2. p. n. 2. & Areſt. 4. facit l. proximé ff. de his quæ in teſtament. de lent. doctores in cap. cum veniſſent de iudic. Carolus

de

de Graſel. 2.p. iure 20. Oldradus conſ.83. Couar. pract. cap. 35. n. 2. Graffis lib.4.cap.8. à n.138. Seſſe de inhibitio. c. 8. §. 9. à num. 37. Peguera cap.29. á n.5. Rodericus de annuis rediti. lib. 1. q17.n. 67.

2 Quibus ſic perpenſis aliquos caſus percurram in quibus Regia iuriſdictio frequentius vſurpatur. Primus occurrit quando publicani vel exactores iurium regalium á perſonis Eccleſiaſticis illa tributa exigunt, ad quæ prædia ab ipſis poſſeſſa tenentur, ſi ab Eccleſiaſtico iudice contingat excommunicari, an illis ſubueniēdū ſit, & ſine dubio eſt vt prouidendū eis ſit, prout accidit cuidam iudici iurium Regalium quem Donus Prior Conuentus D. Iacobi excommunicauerat, quod regale ius impoſitionis, vini, à fratribus expoſcebat, cui in Senatu ſuccurrēdum cenſuit, D. Carolus Brandaō Pereira, & merito, nec obſtabit quod hæ impoſitiones imponi clericis non poſsunt, nec religioſis perſonis, quæ ab omnibus his oneribus ſunt immunes, & ſimilibus gloſ. verbo pedagia in c. ſuper de verbor. ſignif. doctores in Clem. vlt. de immuni. Eccleſ. Abb. in c. innouamus de cenſibus n. 3. Felin. in cap. Eccleſia num. 104. de conſtitution. Burſat. conſ. 42.n.8. Nauar. in Manual. c. 17. n. 201. vbi teſtatur quod vidit plures populos impetrantes abſolutionem à Summo Pontifice, ob ſimilia tributa exacta á clericis; ſatisfit nanque quod etiam ſi agnoſceremus, clericos ad hæc tributa ſeu potius onera rebus ipſis impoſita, non teneri, attento iure, tamen cum videntibus, & patientibus Prælatis á tempore immemoriali Principes ſæculares, ſoleant exigere impoſitionis tributum quod imponitur his qui publicè ſua vina vendunt, vtique ab hac ſic recepta conſuetudine non poſſunt ſe excommunicationibus eximere, cum potius ordinariè agendum ſit, ſunt enim Principes ſæculares, in illa quaſi poſſeſsione recipiendi d. impoſitionem, à qua deijciēdi non ſunt, quin prius audiantur, coram competenti iudice, examinata conſuetudine, cōcordia, vel alio ſimili iure, quo ſe tueri poterunt.

3 Illud tamen ſemper prænotandum duco, quod ſi contingat, vt clericus aliquid emat, prout vinum in proprios vſus, & poſtea illud vendat, quod ſuper excreuerit, vel ille iam non indigeat, quod non ex eo ammittet ſuum priuilegium, vt ab omni tributo ſit immune, clericus nanque ſuum priuilegium non ammittit niſi quādo negotiator eſt, d. Clem. vlt. vbi cōmunis c. vlt. de vita, & honeſt. c. quāquam de cenſib. in 6. plures Duenas reg. 100. limit. 11. Stracha de mercat. 3. par. n.8. Burſat. vbi ſup. numer. 9. in his enim ſpeciebus clericus non dicitur negotiator quia ille ſolum talis dicitur, qui ita emit rem, vt non mutata

eius forma, carius vendat, cap. eijciens 88. diſt verſ. quicunque Bonifac. in d. Clem. vlt. n. 78. Stracha vbi ſup. 1. p. num. 4. Burſatus d. num. 9. & conſtat his caſibus emiſſe, vt ſuis neceſsitatibus ſubueniret, & ideo non deſtitui ſuo priuilegio, dixit Bonifac. vbi ſup. n. 78. Nauar. d. c. 27. n. 127. Sicut ſi clericus quia bona ſibi ad victum non ſufficiunt, aliquod honeſtum exercitium profiteatur, vel manu propria, operetur, vt inde ſubſtentationem ſuſcipiat, ſuum priuilegium retinebit, Bonifac. vbi ſup. num. 61. Ioann. Baptiſt. Ferretus conſ. 145. n. 3. Burſatus d. num. 9. His tamen & ſupradictis caſibus ſi Princeps ſæcularis ſit in contraria poſſeſsione, non recte petet vt ab hoc onere cenſuris eximatur, cum potius ordinariè agendum ſit, vt diximus in primo caſu, quando vero onus reale ſit, impoſitum ipſis prædijs á parte ante alio loco dicimus.

4 Sic pariter vidi iudicatum in fauorem Epiſcopi Portuenſis, qui erat in poſſeſsione leuandi tributum coclearum vulgo das colheres, ab omnibus perſonis quæ cauſa vendendi frumentum ad Portuenſem ciuitatem accedunt, etiam ſi monachi, vel clerici exiſtant, cuius iuris coclearum meminit Nauarrus in manu d. cap. 17. numer. 202. & firmat quod in Hiſpania á clericis ſoluitur, in his tamen, & ſimilibus ſemper inſpiciendum eſt an poſsideat qui ſimilia exigit, quia vere Eccleſiaſticæ perſonæ ab his tributis ſunt immunes Valaſc. conſ. 167. num. 20. & quæſt. 17. num. 6. idem conſ. 131. num. 1. Cabed. Areſt. 42. lib. 2. & deciſ. 64. n. 1. Gama deciſ. 13. & 135.

5 Secundus ſit caſus ſi Epiſcopus recurrentes ad Regium tribunal excõmunicet, quia eo caſu Regiam vſurpat iuriſdictionem prohibendo partes ne ſæculare iudicium ſequantur, in caſibus á iure permiſsis, Ord. d. tit. 12. §. 5. ibi. *ou a couſa for de tal qualidade que pertença âs noſſas juſtiças o conhecimẽto della, poſto que as partes ſejaõ peſſoas Eccleſiaſticas*, ideſt vel cauſa eius qualitatis ſit, quod pertineat ad nos eius cognitio, quamuis pendeat inter perſonas Eccleſiaſticas, quæ verba ad caſus violentiæ referenda ſunt, quia etiam inter hos, Princeps eas tollit vt dicemus infra in Ordinat. lib. 2. tit. 1. §. 2. & de hoc iam ſup. egimus ideo ne repetam, cuius rei ratio eſt quia dum excõmunicatur qui recurrit ad Regem, denegatur Principi ius cognoſcendi inter ſubditos ratione violentiæ, eiuſque impeditur, & vſurpatur iuriſdictio, dubium eſſe poteſt quando Eccleſiaſticus iudex clericum excommunicet quód ad Regem ſupplicauerit, caſu quo contingat non prouideri, & duo caſus conſiderari poſſunt primus quando iudex videns ſupplicationem friuolam

cum

eum excommunicauit quia notorie conſtabat non eſſe caſum recurſus. Secundus quando expecta to euentu apparet non recte ſupplicatũ, & puto quod neutro modo poteſt ſupplicans excommunicari quia in iure nihil eſt indubitabile niſi indocto, & ſæpe cauſæ vincuntur ex vno ſuffragio contempta ſaniori ſententia, quare nihil imputari poteſt ſupplicanti, quia ea ſupplicatio iudicio multorum non erit friuola, & cum ad Regem liceat recurrere, qui in caſu permiſſo recurrit, non præſumptuoſè facit ſed licite nec ab euentu puniendus eſt licet ab euentu poſsit quis releuari arg. l. fin. ff. ad l. Rodiam, & ſi hoc permitteretur, fieret præiuditium iuriſdictioni Regiæ, & timidiores fierent partes quod non eſt tollerandum.

6 Tertius ſi iudex ſæcularis inſequitur clericũ occiſorem, & inſequtum, vel in propria domo, vel alibi aprehendit, & decenter captum clericum, occiſorem ad ſuum iudicem intra 24. horas remittit, & á iudice Eccleſiaſtico ex cõmunicatur an illi ſit prouidendum, ex vſurpata iuriſdictione dũ Eccleſiaſtici non patiũtur vt clericus capi poſsit, per miniſtros ſæculares, etiam in flagranti, vt ordinis priuilegio liberam delinquendi facultatem conſequantur. Cum tamen in hoc regno omnes delinquentes etiam religioſi in flagranti capi valeant, dummodo ad ſuos ſuperiores deferantur, ex Ordinat. lib. 2. tit. 1. §. fin. vbi dicimus eſſe concordatum, & per ſpatium 24. horarum detineri ſine ſacrilegio Bobad. lib. 2. c. 18. n. 50. & n. 327. vel quando alias de ſuperioris vel Principis, vel Senatus mandato illud exequantur decenter, ex gl. in cap. cum non ab homine de iudic. verbo deprehenſos Lucas de Pena in l. 2. C. de nauib. excuſ. libr. 11. Abb. Hoſtienſ. & Innocent. in cap. vt famæ de ſentent. excommunic. Garcia de nobilit. gloſ. 9. num. 36. & 37. faciunt quæ Cabed. deciſ. 174. in fine de quo Latius in d. §. fin. agemus, & ad Ordin. libr. 2. titul. 9. §. 3. In vno tamen caſu vidi in Senatu dubitatum quando ſcilicet iudex delinquentem inſequitur, & ipſe intra Eccleſiæ clauſtra ſe recepit, quem illo primo calore iudex extraxit, & in carcerem detrudit, qui cum excommunicaretur illi non fuit prouiſum, quia delinquentem extrahere non potuit, niſi præuia cognitione ſuper immunitate in qua erat ſeruanda forma Ordinationis libr. 2. titul. 5. §. 7. adeo quod nec ad aliam Eccleſiam ſecuriorem poteſt delinquens deferri ex Cabed. Areſt. 53. 2. part. Vnde ſi eo caſu miniſter ſæcularis pro exceſſu in captura ratione ſacrilegij vocetur ad iudicium Eccleſiæ, vt audiatur videtur quod non poteſt vitare illud iudicium vt ordinariè de

iure ſuo doceat vt ſupra reſoluimus.

7 Quartus ſit caſus in conſeruatoribus de cauſis ordinariè cognoſcentibus, ac ſi eſſent iudices ordinarij, citantes, & audientes coram ſe ſæculares perſonas, an his caſibus tanquam ab abuſu liceat ad Principé ſupplicare hæc quæſtio in Senatu ſæpiſsimè mouetur & pro vtraque parte vidimus iudicatum diuerſis diuerſa ſententientibus. Solent ex nouiori Curiæ ſtillo, literæ conſeruatoriæ cũ ampliſsimis clauſulis expediri ita vt videatur legenti, eos iudices ordinarios fieri ad cauſarum vniuerſitatem erecto ordinario tribunali, pungit fr. Emanuel Rodriguez 1. tom. regul. q. 65. art. 6. Cabed. diuerſorum argumentorum lib.3. cap.18.num.7. Verum non parum obſtat quod Conſeruatorum iuriſdictio ſemper, & omni caſu cenſeri debet delegata, ſolum conceſſa ad manifeſtas iniurias propulſandas, cap. 1. & vlt. de offici. delegat. lib.6. apud hiſpanos diſponit l. 1. & 2. tit. 8. lib.1. recopil. Conſ. Trid. ceſſ.7. cap. 14. & ceſſ. 14. cap 5. Valaſ. conſ.100.n.3. & conſ.152. à princ. Azor. 2.p. moral.libr. 5. cap. 34. verſ. ſeptimo Ceuallos 4. q.897. num.702. & ſupra tetigimus.

Vnde etiam ſi delegatio emanet in ampliſsima forma, ſemper exponi debet ſecundum materiã ſubiectam, & retenta natura delegationis, Valaſ.conſ.152. num.8. Guterrez lib.3, practicar. q. 9. n. 16. & in his omnibus debet fieri ſtricta interpretatio, quia agitur de præiudicio ordinariorum quibus Summus Pontifex non intendit derogare, nec præiudicium inferre, in re tám graui, quando de illis non fit expreſſa, & indiuidua mentio, ex generali reg. l. 2, §. ſi quis á Principe ff. nequid in loco publi. vbi facultas ædificandi in publico niſi ex cauſa certa, & nota non videtur conceſſa, cum tertij præiudicio, Bart. ad l. 1. C. de nouo Cod.faci.num.4. Alciat. præſump.11. reg. 3. Marſil.ſingul. 440. Deci conſ.11.num.4. Meno. lib.2. præſump. 9. num. 5. & præſump.10. num 10. quando autem tertio præiudicare voluiſſe præſumendum ſit, diſputat Menoc. d. præſump. 9. num. 18. & reſoluit quod facta mentione de tertij præiudicio, non eſt dubium illi derogare intendiſſe, in leuibus tamen, ex gloſ. in l. ſi cum ab hærede ff. ad trebel. & in cap. cum olim de conſuetud. vel quando prima conceſsio maneret ſine effectu, & nihil operaretur quia tunc contemnendum foret tertij præiudicium, Alciat. præſumpt. 11. num.6. idem Menoch. libr. 6. præſumpt. 6. illation. 1. Paulus conſ. 280. in facto libr. 1. Vnde cum in præſenti materia non ſit leuis immo grauiſsima, cum ex tali conceſsione, maximum irrogetur præiudicium ordinarijs, & inſuper Bullæ Conſeruatoriæ in

pluribus

pluribus ſuſtineantur, nec maneãt ſine effectu, quia adhuc ampliſſima fruuntur iuriſdictione, in reparandis violentijs notorijs, ceſſant rationes ob quas Princeps poſſet moueri ad tales litteras cõcedendas, cum ordinariorũ præiudicio, quod ſemper vitandum eſt, quandiu de eius expreſſa voluntate non conſtiterit, ex gloſ. in d. §. ſiquis à Principe quæ enixa voluntas ex quibus colligatur, dixit Bart. in l. 1. C. de petit. bonor. ſublat. lib. 10. Alciat. d. præſump. 11. in fine. Alex. conſ. 216. n. 24. lib. 2. & etiam clauſulam ex certa ſcientia non operari in tertij præiudicium, dixit Bart. in l. vlt. num. 2. C. de locat. prædior. fiſcal. lib. 11. Alex. conſ. 3. num. 7. libr. 5. Felin. in cap. nonnulli de reſcrip. num. 12. in fin. & in cap. cauſam quæ num. 12. de teſtib. idem de clauſula mottus proprij dixit Gabriel. lib. comun. tit. de clauſulis concl. 2. num. 8. conciliat opiniones Alciat. præſumpt. 21. in fin. quare etiam ſi ſimiles clauſulæ ſint cum tanto ordinariorũ præiudicio, Conſeruatoriæ conceſſiones non debent ampliari, nec extendi, cum ſufficiat, vt de violentijs notorijs cognoſcant, ſicut alias ſibi de iure conceſſum eſt, & reliquæ ampliores cauſulæ ad illa trahantur, quæ illis de iure reperiebantur denegata, nempe vt de quinquennio in quinquennium expirarent, & ad ſimilia vt eorum officia modo ſint perpetua, quando ita exprimatur non vero vt ipſi ordinarij cenſendi ſint, quia nihil magis alienum à Pontificis mente puto, cum videam Summum Pontificem ſuæ Reip. ſpiritualis ſtudioſiſsimum non poſſe præſumi in dubio vt intendat ea concedere quæ in ipſa maximas perturbationes concitarent, propter conſeruatorum exceſſus.

8 Vnde poſſe argui puto quæ Valaſc. d. conſ. 152. numer. 4: dum ſentit quod Conſeruator militiarum in hoc regno eſt ordinarius ad cauſas militum, quia nec ex verbis Bullæ tale conſtat, nec etiem ſi ampliſsimæ reperirentur clauſulæ poſſet talis Conſeruator ordinarius reputari, aut iudicari, cum potius ſolum facultatem accipiat cognoſcendi de iniurijs manifeſtis, aliàs enim fruſtra in eadem militia fuiſſet datus iudex ordinarius, ad cauſas militum cum tribunali erecto, ad inſtar Vicarij Epiſcopi, prout hodie eſt, vnde Cõſeruatoris iuriſdictio ad defenſionem inſtituta, tandiu durat quandiu durat ipſa violentia, ſi partes vero coram ipſo compareant, ſe iudicio offerentes, & violentiam negant, iam eo caſu Conſeruatoris conquieſcit iuriſdictio, & cauſam remittere debet ad iudicem ordinarium ordinis, cuius eſt de cauſis cognoſcere, illaſque inter partes decidere fr. Emanuel Rodriguez libr. 1. q. 65. art. 11. verſ. aduertendum nec de cauſis ordinarijs cognoſcit Gu-

 teires

terres lib. 3. pract. q. 9. & 4. p. q. 63. Verum quia Conſeruatores ex cauſis quas decidunt, vt tales ſportulas accipiant, paulatim introduxerunt ampliantes ſuam iuriſdictionem, vt omnes cauſæ ſuper violentijs, in eo iudicio terminarentur, quod quidem non niſi cæcutientibus placere poteſt, implicat nanque iudicem eſſe ordinarium, & vt delegatum ſportulas accipere, quæ ordinarié cognoſcentibus non aſsignantur, niſi illis qui ex commiſsione alterius, & alieno beneficio inſudant, patet ex Ordin. lib. 3. tit. 97. ibi. *que forem dados por nos, por reſpeitos que nos a iſſo mouerē, &c.* Cabed. Areſt. 38. iudices enim ordinarij gratis ſententias pro ferre tenentur, cap. cum ab omni de vita, & honeſt. nec ſportulas accipiunt, cum habeant ſallarium, ſportulæ nanque adiacent iudicijs tanquam ſallaria perſonarum forenſium, l. nihil 120. ff. de leg. 1. l. ſallarium 17. ff. mand. & ideo officio iudicis debentur, Iaſ. in l. diem 4. n. 24. ff. de offic. aſſeſ. ex æquitatis ratione, qua pro miniſterio debetur honorarium ſeu præmium, cap. cum ex officij 15. de præſcrip. ne officium exercēti ſit damnoſum. l. ſed ſi 7. ff quemad. teſtam. aper. proſequitur ſpeculator in tit. de ſallarijs §. 1. Corſetus in repertor. verbo ſportulæ Antonius Blācus de Compromiſ. q. 8. n. 22. Viuius lib. 2. comun. opin. 259. cum igitur Conſeruator ſe ordinarium profiteatur ſportulas non habet, cum ſtipendium ex officio accipiat, ſi vero vt delegatus accipit fruſtra ordinarij nomine vtitur, & in hoc datur mera æquiuocatio, & implicatio, cum maximo ordinum præiudicio, nam ex cauſis quæ coram ordinario iudice ordinum agitantur, ex indultis Appoſtolicis ad tribunal menſæ conſcientiæ ſolum patet appellatio, & inde immediate ad Romanam Curiam, in his vero de quibus Conſeruator cognoſcit, quia delegatam iuriſdictionem habet ex Bullæ Conſeruatoriæ verbis, ad legati tribunal appellatur, vt quotidie videmus, vnde fit quod interpoſita appellatione ad legatum, ſtatim iudicium Conſeruatoris ſilet, & cauſæ illæ per ſuos anfractus ductæ æterno fruuntur æuo, cum maxima ordinum iactura, quod ita non eſſet ſi tales appellationes, ad tribunal conſcientiæ paterent, quando cauſæ deciſæ forent, per ſuum iudicem ordinarium, prout olim fiebat, in pluribus nanque libris antiquis reperiuntur ſententiæ latæ, in violentijs, & alijs ſimilibus cauſis, in tribunali iudicis ordinarij, ipſorum ordinum, ſicque debet obſeruari vt melius ordinum, & militiatum cauſæ decidantur, ſi non ad tribunalia aliena recurramus pro iuſtitia aſſequenda, ſed ad d. Menſam, & magnum magiſtrum, in quem recumbit huius iuriſdictionis poteſtas, & conſeruatio.

Nec

Nec maius argumentum deſſumi poteſt contra Conſeruatorem huius ordinis, qui ſtudet ſuam iuriſdictionem eſſe ordinariam ad cauſas violentiæ, quam illa differentia, quæ ex appellationibus deſſumitur, nam ſi ſua iuriſdictio eo caſu foret ordinaria, vtique etiam ad menſam appellaretur, ſicut à iudice ordinum ad ipſam menſam appellatur, cum igitur non ad menſam, ſed ad legatum Sedis Appoſtolicæ prouocetur, notoriè patet reſpectu illius iuriſdictionis, Summũ Pontificem eſſe ſuperiorem cuius beneficio cognoſcitur, ac proinde delegatam eſſe iuriſdictionem non ordinariam.

9 Ex quibus apparet iudicem ordinarium ordinum nõ eſſe exiſtimandum magni magiſtri Vicarium quia ſi talis eſſet, non poſſet ad ipſum appellari, ex Reg. cap. 2 de conſuetud. libr. 6. cap. Romana de appel. Puteus deciſ. 94. in fin. lib. 1. Anaſtas Germon. lib. 1. animaduerſ. iur. cap. 7. Petrus Gregor. in cap. conquærente de de offic. ordin. cap. 11. num. 22. Menoc. conſ. 51. num. 13. Pas in praxi 2. tom. prælud. 3. num. 4. Sbrocius de Vicario Epiſcopi libr. 1. q. 22. n. 8. lib. 3. q. 2. Cucus lib. 2. inſtitutio maior. titul. 8. de Viccarijs, Sanches de matr. tom. 1. lib. 3. diſput. 29. q. 1. num. 12. cum igitur ab hoc iudice appelletur ad mẽſam conſcientiæ, quæ ipſum magiſtrũ repræſentat, argum. l. quiſquis 5. C. ad l. Iul. maieſt. l. 1. §. de qua autem iunct. gloſ. verbo Senatus ff. de poſtul. Narbona de Viccari ad Epiſcop. appel. cap. 1. num. 4. & 5. non poteſt hic iudex dici Viccarius magiſtri, nec obſtabit illorum opinio qui ſentiunt, Viccariũ Epiſcopi habere iuriſdictionem delegatam, vt dixit Gofredus in ſumma tit. de offic. vicar. num. 2. Alex. in rub. de officio eius num. 12. Camil. Plaut. cap. 11. num. 4. 9. 18. & 22. Soto in 4. d. 18. q. 4. art. 3. Germon. lib. 1. animad. cap. 6. Ioſeph. Gonzales variarum c. 27. poſt gloſ. cap. vt debitus de appel. verbo abſque rationabili, & in cap. 2. verbo ſtatuitur ne prælati vices ſuas, quia verius eſt, idem eſſe tribunal d. cap. Romana ibi vnum ſit Conſiſtorium, &c. facit l. 1. §. qui mandatam ff. de officio eius, l. & ſi Prætor eod. tit. l. ſolet ff. de iuriſd. omni iud. Epiſcopus autem ordinariam habet cap. ſi Epiſcopus de offi. ord.

Vnde in præſenti, licet iudex ordinum ordinariam ſuſcepiſſet iuriſdictionem, recte potuit S. Pontifex ſtatuere, vt ab ipſo ad menſam appellari poſſet, quaſi non à magno magiſtro, illam iuriſdictionem habeat, ſed ex conceſsione Appoſtolica, qua creandi iudicem magno magiſtro poteſtas indulta eſt cum expreſſo aliorum ordinariorum præiudicio, & clauſulis amplisſimis.

Hic illam quæſtionem, ſubnectam an Cõſeruator religioſorum poſsit

poſsit ferre cenſuras in laicum cupientem pecora monaſterij pro damno dato in Paſcuis de qua agit Marta de iuriſd. d.4. p. cent. 1.caſu 8.num.5.Guter.lib.1.pract. cap.4. Ceuallos 2.p. de violentijs q. 11. Sed eam omitto quia Latius agam ſub Ordin. libr.2. tit.1. §.20.

10 Septimus caſus eſt an iudex Eccleſiaſticus iuſte inhibeat ſæculari ne de facto Apoſtaſiæ cognoſcat,de qua deo dante dicemus ad Ordinationem lib.5. tit.1 §.fin. Sicut alias dicetur abuti iuriſdictione Eccleſiaſtica eccleſiaſticus, qui procedit contra ſæcularem inhibendo,& excommunicando, eo quod penas decernit in contrahentes matrimonium clandeſtinum, vel eos qui vt teſtes ad fuerunt,nuptijs prohibitis cum muliere ante 25. annum. In quo art. duæ moueri poſſunt quæſtiones prima an lex ciuilis addens pœnas legi Eccleſiaſticæ valide diſponat,& quidem,dum lex ciuilis punit caſum lege Eccleſiaſtica vetitum & punitum, & pœnas auget non videtur excedere, quin immo famulatur legi Eccleſiaſticæ,dum ipſius veſtigijs inhærens etiam in ſuo foro pœnas addit,vltra ea quæ dicemus de validitate Ordinationis lib.4.tit.88.§.1.tales pœnas in ſuo foro obſeruandas fore ſuadent quæ ad propoſitum Guterres Canoni.lib.1. cap. 20. & practicar. lib.2.q.1. Ceuallos cõtra communes q. 5. & per viam violentiæ 2. part. q. 19. Gregor. l. 10.tit. 1.part.4. & l.5.tit.7. part.6. Molin.de primogen lib.2.cap.16. à num. 10 Mantica de Coniecturis lib 11 tit.18.num.17. Azor.Moral.libr. 2. cap.2. fo. 127. Sanches de matrim.lib.3. diſput.47. n.11.& lib.4.diſp. 25. Henriques 2.part. ſummæ fo. 973. Bonacoſſa 2. p. fo.129. num. 86. vltra Barboſam, & alios citatos ab altero Barboſa in annotationibus ad illam Ordinationem, & in ſpecie agunt de tali pœna Guterrez vbi ſup. Ceuallos d. q. 19. Caldas Pereyra in repetit. l.vnica 5.p. num. 15. & 16. & alij quos citat idem Ceuallos licet corruptè Menchacam citet de ſucceſsio creat. cum debuiſſet allegare vſu freq. cap.10. num. 8. & Martam qui loco ab ipſo deſſignato de materia non loquũtur ſed caſu 71. cum allegetur caſu ſeptimo.

12 Secunda eſt quæſtio in materia an ſemel punitus in foro Eccleſiæ poſsit iterum pro eadem culpa in ſæculari puniri, pro pœna à temporali lege impoſita ex text. in cap. 2. & in cap. fælicis §. per hoc de pœnis in 6. comendat Abb. in cap. tuæ de procurator. plures citat. Couar. variarum reſol.lib.2.cap.10.num.6. & in cap. Rainutius in princ.n.19. Maranta de ordin. iudi.4.p.d.1. num. 19. & 6.p.num. 97. Boer.deciſ.289.Gomes 2. tom. cap.1. á num.40.vnde cum hic caſus ſit mixtæ cognitionis vt proſequitur Azeuedus in d.

in d. l. 1. num. 46. nil mirum ſi ſupradicta iura locum habeant vt punitus in Eccleſiaſtico iudicio, noua pœna poſsit in ſæculari affici, non opitulante reo iudicatæ exceptione.

13 Octauus ſit caſus abuſus iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſi forſan Epiſcopus prohibeat ſæculari ne pro delicto famuli ſui ſe intromittat cognoſcendo in facto habuimus caſum in hac alma Vrbe cum nanque famuli illuſtriſsimi Collectoris Acarombono Epiſcopi à Foſſumbruno, de manibus familiæ ſæcularis delinquentem extraherent, & iniuria inſimul afficerent miniſtrum eiuſque familiam, in ſæculari in forma legum Regiarũ inſtituta fuit accuſatio, Collector inhibuit, cenſuras protulit, & dũ ex vtraque parte pugnabatur multa allegabantur, Collector inſtabat ſibi de iure competere priuilegium pro tota familia ex c. fin. de officio Archidi. doctores in cap. 2. de foro compet. de quo eſt l. 51. tit. 6. part. 1. ibi. *y aquellos que viuen con ellos en ſus caſas*, Menoc. centur. 6. caſu. 562. num. 7. plures citat Ceuallos de cognitione per viam violentiæ q. 58. verũ illud priuilegium à iure cõmuni conceſſum non puto extare illæſum, ſtante Conſ. Trid. ceſſ. 23. cap. 6. vbi priuilegium clericale neminem iuuare ſtatuit niſi beneficiũ habeat vel Eccleſiæ ſit affixus, vel clericalem deferens habitum, in ordine ad maiores ordines in vniuerſitate vel collegio degat, de quo late Guterres lib. 1. pract. q. 7. Ricius deciſ. 7. vel ſi penſionem habeat in minoribus conſtitutus Salzed. in pract. cap. 67. num. 10. Zerola in praxi 1. p. verbo clericus §. 2. dubio 1. Marta 2. p. cap. 32. num. 45. adeo vt ſi penſionem habeat non tamen deferat habitũ priuilegio exuatur, Azeued. in l. 1. tit. 4. lib. 1. recopil. num. 5. Flamin. de reſign. lib. 1. q. 11. num. 70. Gonzales ad reg. 8. gloſ. 5. §. 5. num. 6. Garcia de benef. 1. part. cap. 5. n. 70. Cened. practic. libr. 1. q. 4. num. 32.

Vnde eleganter Soares libr. 4. aduerſus Angliæ errores cap. 29. num. 9. reſoluit tales perſonas priuilegio non frui, niſi aliud ſit de conſuetudine, vt in familiaribus Cardinalium Clarus §. vlt. q. 35. n. 27. Theſaurus d. 22. Nata & alij quos citat Ceuallos d. q. 58. in fine.

14 Atque ex hoc vltimo fundamento obtinuit famulum Collectoris eſſe remittendum ad ipſum Collectorem, quo iure id factum fuerit ſapiens iudicabit, etiã deficientibus qualitatibus Conſilij, & non extante lege ſæculari quæ tale priuilegium concederet, immo nec poſſet famuli cauſam domino remittere iudicandam, qui notoriè ſuſpectus eſt argum. Ordinationis lib. 3. tit. 24. priuilegium enim ſi extaret ſolum operari poſſet vt ad forum Eccleſiaſticum remitteretur, ſcilicet Archiepiſ-

chiepiſcopi qui eſt loci ordinarius, non vero ad judicium ipſius Collectoris, ſed ea tempeſtate clauum moderabatur frater Ludouicus de Aliaga, qui tanquam quæſitor minos vrnam mouebat, omnia ex proprij animi affectu gubernabantur, & nil mirandum hæc, & alia ſic contigiſſe.

An Prælati per viam denuntiationis Euangelicæ cognoſcăt de deceptionibus incidentibus in contractibus ſæcularium, vel de ſententiarum iniuſtitia, vel alijs ſimilibus caſibus contra laicos ratione peccati in ſuo foro, & an hoc modo vſurpetur Regia *iuriſd.*

15 NOnus caſus ſit circa Euangelicas denuntiationes quibus Prælati laicos ad ſuum forum trahere prætendunt.

Frequens eſt quæſtio, & quæ multoties in Senatorum manus incidit dum laici conquæruntur ſe á Prælatis à ſuo foro extrahi, & ratione peccati ad forum Eccleſiæ in cauſis merè profanis deduci. Solent itaque Prælati, & de iure poſſunt cognoſcere de omnibus, & quibuſcunque peccatis mortalibus ſubditorum ſiue per viam denuntiationis, ſiue Inquiſitionis, de denuntiatione enim patet ex illo Matth. 18. ibi dic Eccleſiæ, & probatur in cap. nouit de iudic. vbi Nauar. notab. 6. multis confirmat gl. 2. in 2. cap. 24. q. 1. gloſ. 3. in cap. vlt. de præſcriptio. gloſ. in cap. nos inter de purgatione Cannonic. Abb. in c. licet de foro comp. num. 11. Hoſtienſis in ſumma eod. titul. verſ. ex premiſsis ſpecul. in tit. de competent. iudic. addit. §. generaliter num. 2. verſ. tertio Bart. in extrauag. ad reprimendum verbo per denuntiationem, Menchac. ſucceſsio creation. §. 2. num. 17. Menoc. de arbitrar. caſ. 484. Queſada diuerſar. quæſtio. cap. 29. n. 5. Belluga in ſpecul. princ. rub. 12. §. quædam num. 95. Montaluus in leges Regni verbo iudex Eccleſiaſticus Azeued. in l. 10. tit. 1. lib. 4. recopil. Bobad. illa lib. 2. cap. 17. num. 121. Guterres Cannonicar. lib. 1. cap. 11. num. 1. & 89. Valaſc. de iur. emph. q. 7. num. 22. Flores lib. 1. cap. 18. num. 37. & ſeq.

De Inquiſitione autem patet nam cum Epiſcopi ex vi ſuæ poteſtatis, & paſtoralis officij teneātur gregi inuigilare vt errantes oues dirigant iuxta illud Eſaiæ 58. Clama neceſſes, & illud Pauli ad Thimot. 4. argue increpa &c. Trid. ceſſ. 6. cap. 1. de reform. nec aliud remedium ſit Inquiſitioni accom-

accõmodatius ex ratione l. cogruit ff. de offic. præſid. ibi quod non difficile obtinebit ſi ſollicite agat, vt malis hominibus prouincia careat eoſque conquirat nam & ſacrilegos latrones fures conquirere debet &c. ex inde fit quod tam per denuntiationem quam Inquiſitionem prælati de talibus peccatis cognoſcant.

Quod vltra quod ita de iure eſt corrobatur hodierna prælatorum praxi qui in ſuis Conſtitutionibus ſic diſponunt vt in Epiſcopatu Miradenſi cauetur conſt. 2. tit. 29. ſub titul. de excommunicatione in Epiſcopatu Eborenſi tit. 31. conſt. 4. in princ. & §. 1. & in Epiſcopatu Portuenſi titul. 26. conſtitut. 2. §. 1. & in Epiſcopatu Conimbricenſi titul. 38. conſtitut. 1. §. 1. quibus accedit Conſil. Trident. ceſſ. 25. de reformation. cap. 3.

16 Verum contra ſupradicta nõ leuiter obſtat quod peccatorum correctio non videtur aliter competere Eccleſiæ quam præuia denuntiatione ſolemni iuxta formã traditã à Christo Domino Math. 18. ibi ſi peccauerit, & probatur in d. c. nouit, ſic aliás denuntiatio dicetur ad correctionem inſtituta cap. ſuper his de accuſation. ibi quoniam ad depoſitionem inſtituitur accuſatio, ſed ad correctionem eſt denunciatio facienda, explicat Soto de iuſt. libr. 5. quæſt. 6. art. 2.

Obſtat ſecundo quod ſi Epiſcopis permittatur poteſtas cognoſcendi de peccatis ſæcularium, & prætextu illorum de cauſis temporalibus ſe ingerant maximum generabitur præiudicium Regiæ iuriſdictioni cõtra reg. c. cũ ad verũ 96. d. ibi. poteſtatis vtriuſq; &c.

Maximè cum poteſtas tẽporalis ſeu politica deſtincta ſit ab Eccleſiaſtica cap. duo ſunt 96. d. cap. ſolitæ de maiorit. Victor. in relectione poteſtatis Eccleſiæ q. 5. Caſtro lib. 1. de lege pœnali cap. 1. Nauar. in cap. nouit notab. 3. Couar. in cap. 1. practic. à n. 2. & vna alteram tenetur coadiuuare, & non impedire, nec perturbare cap. dilecto in fine de ſent. excom. lib. 6.

Si autem concedamus Eccleſiæ poteſtatem cognoſcendi contra laicos pro quibuſcunque peccatis mortalibus maximum daretur Regiæ iuriſdictionis præiudicium vix enim conſiderari poſſet cauſa quæ ad forum Eccleſiæ deduci non poſſet ratione peccati cum aliás attenta ſua natura ad forum Regis ſpectaret.

17 Quare pro reſolutione dubij illud prænotandum duxi quod Prælati de criminibus ſubditorum tripliciter cognoſcunt, vel per accuſationem, vel denuntiationem, vel Inquiſitionem cap. qualiter ſecundo de accuſat. & quia de primo modo per accuſationẽ modo nõ agim⁹, ſolũ de ſecundo, & tertio modo cognoſcẽdi

R nobis

nobis agendum erit, & quo ad denũtiationẽ illud de iure eſt quod Euangelica denuntiatio locum non habet niſi præcedat mortale peccatum, & monitio quam trinam debere eſſe aliqui dicunt primam inter corripientem, & ipſum peccatorem, ſecũda adhibito vno teſte, & tandem tertia adhibitis duobus vt ſic per hos gradus magis conſulatur honori, & famæ correpti deducitur ex d. cap. nouit ibi inter te & ipſum &c, licet verius videatur quod poſtquam quis inter ſe, & ipſum peccatorem corripit poſsit ſtatim, vel vnum vel plures teſtes adhibere dixit Abb. in d. cap. nouit num. 3. doctores in cap. ſi peccauerit. Obſeruat Abulenſis in Matth. d. cap. 18 quæſt. 72. & ſequitur Nauar. in cap. inter verba n. 575. & probatur in cap. quemadmodum §. vlt. verſ. cum ſcriptura de iure iurand.

18 Per quam denuntiationem Euangelicam duo Eccleſia prætẽdit primo emendationem fratris. Secundo, & minus principaliter commodum & ſatisfactionem denuntiantis eo tamen non obſtãte quod fiat ad partis, commodum ſeu ſatisfactionem ille actus, denominatur à denuntiatione Euangelica tanquam á ſuo principaliori fine quia ſatisfactio partis tanquam acceſſoria non attenditur ſicut alias ſatisfactio ciuilis criminalis iudicij naturam cumulata non immutare ſolet ex his quæ Guterres d. cap. 11. num. 89. Azeued. d. l. 10. numer. 52. ibi in conſequentiã, & incidenter peto, &c. & fuit opinio Deci. in d. cap. nouit n. 8.

19 Vnde fit quod finita Euangelica denuntiatione quando ſcilicet qui non reſipiſcit habetur pro Æthnico, & publicano poteſt contra eundem inſtitui denuntiatio publica, vel priuata altera quæ publicam vtilitatem altera quæ priuatam reſpiciat ipſius denunciantis, vt colligitur ex Abb. in d. cap. nouit. num. 48. Felin. 15. Deci. 27. doctores in d. cap. ſi peccauerit Bart. in l. diuus ff. de Cuſtod. reorum Salicet in l. ea quidem C. de accuſation. Clarus in pract. §. vlt. q. 7. Bernard. vbi add. in pract. cap. 6. Guterres d. cap. 11. num. 24.

20 Quando autem ſecũdo modo prælati cognoſcunt per Inquiſitionem contra ſubditos illud dupliciter fit, vel per Inquiſitionem generalem, vel ſpecialem. Prima qua Epiſcopi delinquentes detegere procurant ille enim eſt generalis Inquiſitionis finis cuius modi eſt præſidum Inquiſitio de qua in Ordin. lib. 1. tit. 65. §. 31. & tit. 58. qua prouinciam purgare intendunt ex ratione d. l. congruit vbi Bart. ff. de offic. præſid. & in l. lege Iullia §. mandatis ff. ad l. Iul. pecula, fiunt autem hæ generales Inquiſitiones quando prælati ad viſitandas diæceſis

ceſſis parrochias perſonaliter accedunt cap. irrefragabili in princip. de offic. ordin. cap. 1. de Cenſib. libr. 6. vel quando generaliter prælatus de crimine perpetrato inquirit cum non appareat quis ſit eius author, vt per Bart. in l. vltim. num. 2. ff. de quæſtio ord. vbi ſup. eſt etiam Ordin. lib. 2. tit. 8. §. 2.

Specialis vero illa eſt quæ aduerſus certam, & determinatam perſonam inſtituitur de hac agit text. in cap. licet heli de Simon. Abb. in d. cap. primo de offic. ordin. numer. 6. Maranta de ordin. iud. 6. p. in princ. numer. 6. Gomes de delictis cap. 1. num. 49. Nauar. in d. c. inter verba n. 645. concl. 6.

21 Inter quas Inquiſitiones illa eſt differentia quod generalis poteſt fieri etiam ſi nulla præcedat infamia delicti quia fit ab Epiſcopo tanquam prælato posterior vero non ita quia fit á prælato tanquam iudice ſic Abb. Gomes, & Maranta vbi ſup. Nauar. num. 579. Clarus d. §. vltim. q. 6. vnde contra laicos infamatos in generali Inquiſitione non poterit inſtitui iudicium in foro Eccleſiæ niſi de infamia publica teſtes deponant, nec ſufficiet aſſerere infamatos publice, niſi de tali infamia publica prius conſtet iuxta Ordinat. d. titul. 9. & titul. 8. §. 1. per infamiam autem intelligitur mala fama qua quis penes maiorem partem eorum qui vero ſimiliter notitiam rei habere poſſunt de aliquo delicto laborat deducitur ex text. in cap. Inquiſitionis §. vltim. de accuſation. ibi qui propter dicta paucorum eum infamatum reputare non debet cuius apud bonos, & graues læſa opinio non exiſtit, vbi gloſ. vlt. Bart. in l. de minore §. plurium n. 5. ff. de quæſt. Soto de ratione tegend. méb. 2. q. 6. & deducitur. ex cap. qualiter illo titul. de accuſation. ibi. ſicut accuſationem debet præcedere inſcriptio, ſic & denuntiationem charitatiua monitio, & Inquiſitionem clamoſa inſinuatio præuenire adeo vt Inquiſitio ſpecialis ad partis inſtantiam ideſt promottoris ſi aliàs nulla præcedat infamia licita non ſit quia cum vnuſquiſque attento iure bonus præſumatur cap. ſtote de reg. iur. cap. vltim. de præſumption. Thom. 2. 2. quæſt. 60. artic. 4. fieret ſubdito iniuria ſi ſpreta hac præſumptione iuris contra ipſum tanquam criminis reum iudex inquiriret quando aliás nulla publica vtilitas id ſuaderet iuxta reg. cap. quæ contra mores 8. dict. cap. licet, ibi communis vtilitas de regular.

In ſpeciali itaque Inquiſitione duo requiruntur primum, vt præcedat infamia ſecundum vt detur reo copia defenſionis primum ne lædatur fama ſecundum ne tollatur defenſio, poteſtque dubitari cur fama ad inquirendum

ſpecialiter ſufficiat vt in cap. qualiter ſecundo de accuſation. & ſimilibus, quæ ſemiplenam facit probationem in criminalibus Iaſ. in l. admonendi numero 250. de iure iurando Ordination. libr. 5. titul. 134. libr. 1. tit. 62. §. 38. immo non ſufficiant duo vel tres teſtes ad inquirendũ ſpecialiter quia ex trium dicto infamia non reſultat cap. Inquiſitionis § vlt. de accuſatio. ibi de quo ipſum duo vel tres, vel etiã plures dixerint infamatũ ſpecul. in titul. de Inquiſit. §. nunc videndum n. 6. Bero. in d. cap. qualiter 2. num. 21. Duen. reg. 248. num. 1. Satisfit enim quod licet duo aut tres de veritate deponentes delictum probent cap. in omni negotio de teſtibus extraiudicialiter tamen interrogati, ſolum indicium faciunt, quod maximè ab infamia differt, ex d. cap. Inquiſitionis §. vlt. de accuſat. ex ſpecul. Nauar. Duen. & alijs ſup. citatis.

22 Vnde fit quod licet tres teſtes non infament, ſufficiunt tamen vt ſuper eorum dicto fiat Inquiſitio, non ſuper crimine, ſed ſuper infamia, ſicque debet intelligi text. in c. licet de accuſat. vbi tres Cannonici non infamãt Epiſcopum, ſed faciunt vt inquiratur de infamia, ad hoc vt ſi de illa cõſtet fiat ſpecialis Inquiſitio, vbi innocent. & doctores communiter ex Claro d. §. vltim. q. 6. text. in cap. 2. de accuſation. libr. 6. ibi infamiæ Inquiſitione ommiſſa, &c.

23 Sicque debent exponi c. excommunicamus §. adijcimus de hæret. vt non permittat fieri Inquiſitionem ſpecialem, ſuper hæreſi, niſi præcedat infamia, licet ibi aliqui teneant propter vtilitatem publicam ſine infamia inquiri poſſe, vt per Carrer. in practic. tract. de hæret. num. 110. vt in læſa maieſt. dixit Alciat. in cap. 1. de offic. ord. num. 46. quia licet in his criminibus aliqua ſint ſpecialia non tamen hoc reperitur iure expræſſum, vt fiat ſine infamia nec aliud text. probat, quia vel debet intelligi quod infamia præceſsit, vel quod agit de Inquiſitione generali, ſicut aliàs in crimine ſimoniæ, quod licet ſit de exceptis non videmus ſine infamia ſpeciales fieri Inquiſitiones, ſic intelligi debet cap. porro de diuortijs verſ. præterea vt intelligatur ad Epiſcopos ſpectare diſſoluere matrimonia quæ illicite contrahuntur, ſcilicet data infamia, ſicque debet explicari text. in d. cap. qualiter ſecundo in fine, ibi hunc tamen ordinem contra regulares perſonas non credimus vſquequaque ſeruandum, vbi videtur ſtatuere ſine infamia, ſpeciales fieri Inquiſitiones, contra perſonas regulares, nam ille text. debet intelligi, vt non procedat in Inquiſitione ſpeciali, ſed quod liberius amoueantur data qualibet

cauſa, immo videtur ſentire quod contra regulares non ita facile Inquiſitione vtendum ſit, cum ſaluo honore poſsint remoueri ex qualibet cauſa; nec aliud probat cap. ea quæ de ſtatu Mona. procedit enim in Inquiſitione generali.

Excipiuntur tamen aliqui caſus in quibus ob bonum publicũ ſpirituales fiunt Inquiſitiones ſine infamia, vt in cap. cum nobis 19. de electione, vbi qui præficiuntur ne ſint criminoſi de ipſis inquiritur, & in cap. 1. vt Eccleſiaſtica beneficia quia illud fit à lege, ex commiſsione Principis; ſicut alias ſine vlla infamia poteſt fieri Inquiſitio ſpecialis, ex Principis commiſsione, facta mottu proprio, quia ſupra ius eſt, ſic gl. 1. in cap. 2. de accuſation. lib. 6. ſi vero ad partis inſtantiam mandatum emanet requiritur vt præcedat infamia ex Duen. reg. 298. n. 7. & alijs ſupra citatis.

24 Secũdo notandum eſt quod præceptum fraternæ correctionis, & denuntiationis Euangelicæ, ſunt affirmatiua, quæ non ſemper obligant, ſed pro loco, & tempore, & conſideratis circunſtantijs quæ ſuadeant illis vtendum fore vnde fit quod ex eodem tempore, & circunſtantijs, interpretationes recipere poſſint, quo effectum fuit vt illud præceptum Mathæi 18. quo correctio præcipitur, eam interpretationem receperit vt non habeat locum quando non detur ſpes correctionis vel quando non poteſt fieri ſine detrimento, & periculo corripientis, vel vt non habeat locum in cauſis quæ longam diſcuſsionem poſtulant; prout ſunt omnes læſiones, incidentes in contractibus, & ſimilibus ne fiat cum præiudicio tertij, & Regiæ iuriſdictionis dixit Thom. 2. 2. quæſt. 33. artic. 2. Caſtro de lege pœnali libr. 2. cap. 9.

Padilla in l. 2. de reſcin. num. 10. Nauar. d. notab. 6. num. 47. quibus accedit quod licet attento iure vt ſupra diximus poſsint prælati contra ſæculares, pro omni mortali crimine data infamia, ſpecialiter inquirire, præhabita Euangelica denuntiatione, partis, quæ vel ad correctionem fratris, vel ad ſuum perſequendum intereſſe denuntiat, in hoc regno propter præiudicium Regiæ iuriſdictionis obtinuit, vt contra ſæculares, nec denuntiationes admitterentur, vel fierent ſpirituales, Inquiſitiones niſi quando vltra infamiam daretur inſuper infamia publica, qua criminoſus laboraret publicê, & apud ſaniores viciniæ vel populi, ne alias occaſione cuiuſlibet peccati cauſæ ciuiles, & temporales ad forum Eccleſiæ deducantur ſentit licet non ſatis explicet Valaſc. d. quæſtione 7. numer. 22.

 de quo

de quo eſt expreſſa Ordinat.lib.2. tit. 9. vbi Inquiſitio prælatis non permittitur niſi quando crimen notum ſit per publicam infamiã qua criminoſus conſpergitur patet enim quod Inquiſitio de qua ibi poteſt aliquando inſeruire correctioni aliquando vindictæ, vt in cap. Inquiſitionis de accuſatio nam ad extirpãda delicta duo ſunt remedia ordinaria alterum accuſatio, quæ tendit ad pœnam alterum denuntiatio quæ tendit ad correctionem, cap. ſuper his de accuſat. inde fit quod quando accuſator deficit Inquiſitio prælati poteſt ad punitionem ordinari prout in d. cap. Inquiſitionis, & aliquando ad correctionem non fraternam, ſed prælatiuam quæ eſt actus iuſtitiæ deficiente denunciatione prout in cap. irrefragabili de offi. ord. cap.1.§. ſane de cenſib.lib.6. Thoma 2.2.q.33.art. 1. in quibus caſibus nulla facta diſtinctione vel hoc, vel illo modo procedatur lex Regia non permittit vt ſæcularium peccata, vel crimina ſi publica infamia nota non ſint deduci ad forum Eccleſiæ nec fieri mixtæ cognitionis, ibi *publicos adulteros*, ibi *publicas tabolagens, &c.* nec obſtat eadem Ordinat. ad fin. in illis verbis, *pello que mandamos às noſſas juſtiças que quando os prælados, & ſeus officiaes procederem contra quaeſquer leigos infamados nos dittos delictos, &c.* quibus verbis videtur oſtẽdere ſufficere infamiã etiam ſi publica non ſit nam reſpondetur illa verba debere accipi in caſibus ſupra poſitis vbi de crimine publico agit cuius infamia non poteſt non eſſe publica, ſicut ſuum principale á quo oritur eſt publicum, in quem ſenſum loquuntur iura cannonica, vt in c. qualiter 2. ibi clamoſa inſinuatio & ibi nihil ſiniſtri in publico &c. quæ verba ad publicitatem criminis referuntur textus in cap. Inquiſitionis §. vlt. eod. ibi. cuius apud bonos, & graues læſa opinio non exiſtit, ſentitque de publica infamia, & eſt text. expreſſus in cap. nos inter de purg. cannon. ibi. quod ſi de aliquo crimine publica laborat infamia, &c. vbi gl. 1. ibi numquid Epiſcopus poteſt de quolibet crimine contra parrochianum ſuum taliter procedere, non credo, & hoc intelligo in criminibus quæ ſpecialiter pertinent ad Eccleſiam putá de hæreſi vel ſi de adultero &c. hoc idẽ tenuit Bobadilla lib. 2. cap. 17. n. 121. ibi *por via de denunciacion Euangelica judicial manifeſtando algun publico peccador para que ſe aparte del peccado*, vbi citat Abbat. in cap. licet de foro comp. n. 11. Hoſtienſ. in ſumma eod. tit. verſ. ex præmiſſis & ſpecul. in illo tit. de compet. iud. add. §. generaliter n. 2. verſ. tertio, Queſada diuerſ. quæſtio cap. 29. num. 5. & tandem Beluga in ſpecul. rub. 12. §. quædam n. 95. & apperte probat Ordinat. lib. 2. tit. 8. §. 1.

25 Nec obſtat quod nulla poteſt

teſt conſiderari rationabilis cauſa qua prælati poſsint impediri á corrigendis ſubditorum exceſsibus, moribuſque reformandis, cũ illud munus illis iniunctum ſit de iure diuino, iuxta illud actorum 20. attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quas vos Spiritus ſanctus &c. comprobat Soto lib. 10. de iuſtit. q. 1. art. 4. text. optimus in cap. oues ibi. qui eos ſibi oculos elegit 6. q. 1. Thom. 2. 2. q. 184. art. 6. ad ſecundum facit cap. nouit de iudic. vbi Pontifex in hoc eodem caſu ait quod de quocunque peccato mortali poteſt corripere &c. nã ſatisfit quod ſupradicta euincunt correctioné peccatorum tolli non poſſe, nec denuntiationes Euãgelicas, quod tamen hoc vel illo caſu, & cum minori præiudicio Regiæ iuriſdictionis fiat recte induci valet vt probat cap. irrefragabili §. Exceſſus de offi. ord. vbi pietas corrigendi capitulo tribuitur conſuetudine acquiſita vel melius quod his caſibus non agitur de acquirendo aliquo iuriſdictionis Eccleſiaſticæ gradu, ſed de interpretatione Cannonum qui iubét vt tales denuntiationes fiant, vt habeant locum quando peccata publica ſint, & non aliter, nec extendantur ad occulta ex ratione text. in cap. qualiter primo de accuſatio ibi. exceptis occultis criminibus &c.

26 Quibus prælatis regula eſt conſtituenda, cum aliquibus falentijs regula ſit quod Prælatis de iure diuino competit poteſtas corrigendi ſubditorum exceſſus, & peccata quando ad eos per denũtiationem Euangelicam deferantur probat text. in d. cap. nouit ſimiliterq; poſſunt inquirere ex officio de quibuſcunq; peccatis mortalibus contra laicos gl. ad verbũ ſecundumquid in cap. 1. de offic. ord. gloſ. vlt. in cap. cum ſit generale de foro compet. probat late Nauar. in repet. d. cap. nouit notab. 6.

27 Falit primo hæc regula in deceptionibus quæ in contractibus incidunt in his enim Euangelicæ denuntiationi non eſt locus propter longam cauſæ diſcuſſioné quã indigent ex quo maxima ſequeretur Reip. perturbatio & non eſſet litium finis nam licet tales deceptiones contra commutatiuam iuſtitiam fiant ex Thom. 2. 2. q. 77. num. 1. Nauar. d. notab. 6. á num. 47. Pinel. in l. 2. 2. p. C. de reſcind. cap. 1. num. 38. Menchac. vſu freq. cap. 48. Padilla in d. l. 2. numer. 7. ac proinde cum verſetur Reip. præiudicium deficiunt debitæ circunſtantiæ quæ requiruntur vt ſit locus præcepto affirmatiuo, vnde prælati nec his caſibus ſe ingerere poterunt, nec per denuntiationem Euangelicã nec per Inquiſitionem cognoſcere licet aliter ſentiat Nauar. vbi ſup. num. 79. & 103. ex quoque cauendum eſt ab Azeued. in d. l. 10. num. 53. vbi idem ſine funda-

mento admittit, & citat in eadem ſententia Meneſes in d. l. 2. num. 73. & Nauar. num. 79. & Peres in l. 1. tit. 7. lib. 5. Ordin. 1. p. quorum dicta confunduntur quia inter legis ciuilis virtutes permiſsio connumeratur l. legis virtus ff. de legib. Thom. 1. 2. q. 93. à n. 3. ad vlt. & 2. 2. q. 10. á numer. 11. Tiraq. l. 9. Connub. à num. 2. Caſtro de leg. pœn. lib. 2. cap. 9. immo hæ permiſsiones à lege diuina diriuárur à qua omnis lex iuſta dimanat, & probat text. in cap hac ratione 31. q. 1. ibi aliud eſt enim præcipere aliud permittere, l. in cauſæ §. naturaliter ff. de minor. de cuius intellectu Duen. reg. 148. Pinel. in d. l. 2. p. 2. cap. 1. num. 33. Padil. ibi num. 10. Vnde cum tales deceptiones permittantur non poteſt Epiſcopus legem ſæcularem tollere eiuſque permiſsioné violare quæ ob bonum Reip. introducta eſt.

28 Limita ſecundo ſic pariter prælatos per viam denuntiationis Euangelicæ, vel Inquiſitionis ad correctionem prælatiuam non poſſe cognoſcere de peccato quod reſultat ex ſententia iniuſta lata in foro ciuili in fauorem alicuius, nam cum hæ ſententiæ licet iniuſtæ ſuſtineantur ac ſi ligitimè latæ eſſent ob bonum publicum obuitandas lites ex l. 1. ff. de re iud. cap. 1. de litis conteſt. lib. 6. Ord. lib. 3. tit. 75. §. 2. & in ſpecie Bart. in Extrauag. ad reprimendũ verbo per denuntiationem, his caſibus non publicum eſt peccatum immo longa indiget diſcuſsione, vt cognoſcatur quare deficiunt debitæ circunſtantiæ quæ requiruntur, vt de eo in foro Eccleſiæ cognoſci poſsit. Vnde cauendum eſt ab Abbate in d. cap. nouit n. 20. qui ſentit hoc caſu iudicem Eccleſiaſticum ſe intromittere poſſe quo nihil abſurdius.

Limita tertio non eſſe admittendas denuntiationes contra illos qui nolunt ſtare teſtamento minus ſolemni nam etiam ſi agnoſcamus ex tali diſpoſitione nó ſolemni reſultare naturalem obligationem, vt plurimi aiunt ex Panorm. in cap. quia plerique de immunit. Eccleſ. numer. 42. & in cap. 1. de in integrum reſt. num. vlt. Silueſter verbo hæreditas 3. q. 7. Medin. de rebus reſtituend. q. 23. Couar. in cap. cum eſſes, modo conſtet de voluntate defuncti Molin. Theolog. de iuſt. tractat. 2. diſp. 81. lit. D. negant tamen plurimi vt per eũdem Couar. num. 10. doctores in l. fin. C. de fideicomiſ. Gomes in l. 3. Tauri n. 123. Clarus §. teſtamentum q. 90. Coſta in c. ſi pater verbo in ſuo teſtamento num. 14. faciuntque Gama d. 211. & 347. Menchac. de ſucceſsion. creat. §. 2. num. 18.

Ex quibus apparet quod cum tam dubia ſit quæſtio non poteſt Eccleſia ſe intromittere in caſibus qui tam longam diſcuſsionem requirunt cum dubitemus ſatis an peccatum inſit in tali retenſione, nec

nec publicum aliquo modo eſſe poſsit.

30 Limita quarto vt pariter Eccleſia non ſe ingerat circa obſeruantiam pacti nudi nam qui denuntiauerit Eccleſiæ eo caſu non euitabit pœnam huius §. 14. quia etiam ſi ex tali pacto oriretur naturalis obligatio, & verſaretur in retentione rei peccatum cũ tamẽ illud peccatum ratione boni publici permiſſum ſit Eccleſiæ poteſtas non extenditur ad peccata permiſſa in foro Regum etiam ſi publica ſint prout ſunt lupanaria & ſimilia ex Valaſ. d. quæſt. 7. num. 22. in princ. & in verſ. cæterum.

Obſtat tamen quod in pacto nudo adeſt obligatio naturalis l. 1. de pact. cuius violatio mortalem inducit culpam nec poteſt dici quod hoc peccatum eſt permiſſum cum lex ciuilis ſolum negatiuẽ ſegerat non concedendo actionem quare nihil mirum ſi lex Cannonica, vt conformetur diuino iudicio detentorem per actionem cogat ommiſsis legis ciuilis ſubtilitatibus arg. cap. dilecti de iudic. atque Guter. lib. 1. cano. c. 11. n. 18. ita in foro Eccleſiæ ex tali pacto dari actionem obtinuit communis vt per gloſ. in cap. 1. de pact. vbi Hoſtienſ. Anton. & Abb. Fortunius in gl. 2. in cap. iuramenti 22. q 5. gloſ in cap. quicunque 12. q 1. communem agnoſcit Iaſ. in l. iuris gentium §. ſed cum nulla num. 4. ff. de pact. Alciat. lib. 5. parado. cap. 3. Couar. in cap. quamuis 2. p. §. 4. n. 14. licet Cardin. Imol. & alij in d. cap. 1. à communi recedant quos refert Felin. ibi n. 5. Connanus lib. 5. cap. 3. num. 6.

Quare cum deficiat actio in foro ſæculari qua ex pacto nudo agi poſsit videtur neceſſario dicẽdum in Eccleſiaſtico iudicio ob defectum iuſtitiæ pro implemento poſſe agi ex reg. text. in cap. licet cap. ex tranſmiſſa de foro cõp. & ſine dubio eſt quando fiat ſub ratione peccati ex d. cap. nouit Marta de iuriſd. caſ. 174. num. fin. & caſu 146. num. 7. & 8. (vbi conſtanter defendit é conuerſo nõ licere propter defectum Eccleſiaſtici recurrere ad iudicem ſæcularem) & pro illa opinione faciũt que Valaſ. d. num. 22. in d. verſ. cæterum dum ibi dicit illum qui non auditur ſine publica ſcriptura nõ poſſe recurrere ad iudicem Eccleſiaſticum quia Princeps ſolet concedere litteras vt ſine ſcriptura publica audiantur litigantes quæ ratio cũ deficiat in pacto nudo quia vt ex illo agi poſsit non ſolent litteræ cõcedi manet quod ob defectum actionis poteſt in iudicio Eccleſiæ agi atque ita illud fundamentum contra Valaſ. retorquetur.

Nec eſt verum aſſerere quod leges ciuiles permittunt vt pacta nuda non ſeruentur cum videamus in pluribus caſibus ex pacto nudo oriri actionem aliquando, vt in

vt in pia diſpoſitione, vt per Ti. raq. de pia cauſa priuil. 111. inter mercatores Stracha tit.de contractibus mercator in princ. num. 1. in dote l. ad exactionem C. dotis promiſ.&aliquãdo exceptionem, vt in d. §. ſed cum nulla ibi igitur nuda pactio actionem non parit, ſed parit exceptionem, & in l. frumenti C.de vſur.vbi in vſuris frumenti mutuati vſuræ per actionem petuntur, cum tamen ſit pactum nudum,quare cum tale peccatum permiſſum non ſit ſed ſola deficiat actio in foro ſæculari poteſt recurri ad forũ Eccleſiæ vbi actio conceditur non enim cenſetur factum in fraudem legis ciuilis cũ nulla lex offendatur,ex Felin. in d. cap. 1. de pact. num. 10. Iaſ.in d.§. ſed cum nulla num 14. Nauar. d.notab.6.n.108.

Sed verius exiſtimo quod nec hoc caſu ſe valeat Eccleſiaſticus iudex intromittere cum in mere ciuilibus, & profanis cauſis hæc denuntiatio abolita ſit niſi quãdo peccatum ſit publicum eo modo quod de iure eſſe debet, & vbi nõ detur lõga cauſæ diſcuſsio vt ſup. dixi, nec obſtat quod ſæpe ciuiliter contra vſurarios,& ſimiles agitur in foro Eccleſiæ ad reſtitutionem quia reſpondetur illud eſſe in caſibus mixti fori qui iudicio Eccleſiæ vel ad correctionem, vel ad punitionem data præuentione ſpectare poſſunt in quibus diuerſa eſt ratio.

31 Limita tandem vt Eccleſia non cognoſcat de peccatis, niſi mortalia ſint nec de omnibus mortalibus, ſed illis tamen quæ tractum habent ſucceſsiuum,aut reincidentiæ periculum quia ſi peccatum ſemel commiſſum tale eſt, vt omnino tranſeat nec relinquat, vel obligationem aliquam ſatisfaciendi, vel quaſi continuationem moralem ipſius peccati qualis eſt in concubinatu,vel furto non reſtituto nunquam Eccleſia ratione illius ſe intromittit obſeruat gloſ. in cap. ſi peccauerit 2. q. 1. Soto in relectione ſecret. memb.2.q.2. concluſ.2 Soares de cenſur, diſput.4. ſect.5. num. 10. ad fin. fo.98.& patet ex d.cap.nouit vt peccatorẽ reuocemus quæ verba denotant perſiſtentiam in peccato quod tractum ſucceſsiuum habebat.

Ex quibus omnibus ſequitur non poſſe Prælatos prætextu Euãgelicæ denuntiationis de cauſis mere ſæcularibus cognoſcere inter laicos (nam inter ſuos ſubditos non negamus) cum denuntiationes Euangelicæ hodie non obſeruentur in praxi propter lõgam cauſarum diſcuſsionem,& Regiæ iuriſdictionis præiudicium, vnde vt ſine pœna fieri poſsit debet peccatum eſſe publicum in quo denuntiationi locus relictus eſt in Ordinat.lib.2. tit.9.ſicque debent exponi Conſtitutiones Epiſcoporum quæ, dum permittunt excõmunicationes propter occulta crimina nullo modo Euãgelicæ denuntia-

nuntiationi conueniunt, ſed alio tendunt licet interpraetes vtrunque comiſceant & Euangelicam, & excommunicationem vt ex Guterres d. cap. 11. colligitur de quo ſequenti capite dicam.

An ſententiæ generales in non reuelantes furtum vel ſimilia ligent ſcientes tranſacto termino præfixo, & an ipſum damni authorem, & an eo caſu cogatur laicus ſubire iudicium Epiſcopi.

32 SExtus eſt caſus quid dicendum in ſententijs generalibus ſolent nanque prælati in ſuis diocæſibus ad finem reuelationis, vt vocant ſuper peccatis occultis ſententias ferre excommunicationis generales contra non reuelantes ex reg. cap. 2. de offic. ord. & ex tex. in cap. Romana §. caueant de ſen. excom. libr. 6. & ex authoritate Conſilij ceſſ. 25. de reformat. cap. 3. cuius verba ſunt qua propter excõmunicationes illæ quæ monitionibus præmiſsis ad finem reuelationis vt aiunt aut pro perditis, aut ſubtractis rebus ferri ſolent á nemine prorſus præterquã ab Epiſcopo decernantur, cui cõſonant conſtitutiones Epiſcoporum in innitio præcedentis capitis relatæ, & corroborantur authoritate ſiluæ nuptialis verbo monitoriæ num 58. quem ad idẽ citat Guterres lib. 1. cannoni. cap. 11. num. 59. & 89. Azeuedo l. 10. tit. 1. lib. 4. num. 54. explicat eleganter Soares de Cenſur. diſput. 3. ſect. 13. num. 6. & diſput. 4. ſect. 5. num. 18. & diſput. 20. ſect. 2. num. 13. vbi Fuſius, Nauar. in repetit. cap. inter verba num. 93. concl. 6. Franciſcus Marcus deciſ. 850. & 853. Achiles de graſsis libr. 6. de ſent. excommun. fr. Emanuel Rodriguez regul. tom. 2. q. 59. ar. 4. Caranta verbo excommunicat. fo. 232. Sayr. deciſ. 3. de Cenſib. & 3. de cler. excommun.

Verum quia horum patrum authoritate prælati tales cenſuras generales proferentes laicos ad ſuum iudicium trahunt, nec eos abſoluunt donec parti ſatisfaciãt, vtunturque his cenſuris quaſi Euangelicis denuntiationibus, vt de ſæcularibus cauſis cognoſcant ratione peccati, vt explicauit Guterrez d. cap. 11. num. 89. quod quã inepte dictum nemo emunctæ naris non videt, & ex infra dicendis patebit. Ideo hanc quæſtionẽ in duas ſcindo prima ſit quando ligentur ſententia generali ſcientes, & non reuelantes ſecunda an pariter tali ſententia ligetur ipſe qui damnum dedit licet occultus ſit.

33 Et quoad primam quæſtionem vſu Eccleſiæ receptum eſt poſſe

poſſe has ſententias generales ferri in non reuelantes crimina occulta quæ poteſtas in Eccleſia eſt, & comprobatur ex d. §. caueant, & ex text. in cap. á nobis 1. de ſent.excommun. explicat Thom. 2.2. q. 104. art 2. & q.105. artic. 1. Cayetan. 22. q.69. art. 2. Almai. de poteſt Eccleſ cap.10. Corduba lib.2.q.27. Couar.in cap. alma 1. p. §.10.num. 1. Silueſter verbo excommunicat.1.notab.3.& 4.quod quantá maturitate debeat fieri explicat conſ.d. cap. 3. ibi cauſaque diligenter, & magna maturitate per Epiſcopum examinata quibus verbis illam ſolum poteſtaté Epiſcopis indulget, & extendi ad Vicarios generales dixit Guterres vbi ſupra, quem ſenſum probat Soares de Cenſur.diſput.20.num. 2.vbi eandem extendit ad Abbates, & Prælatos exemptos ſolumque excludit inferiores iudices, vt ſunt viſitatores archidiaconi, & ſimiles, hunc Eccleſiæ vſum receptum dicit Abb. & Maria in c. dilectus de exceſſ. prælator. & in cap. qui cum fure de furtis Abb. in cap. ad noſtram de iure iur. n. 3. & ab omnibus receptum dicit Clarus lib.5 §.vlt.q. 27. verſ. ſed quæro.

Non deſunt tamen qui contrarium ſentiant aſſerenres per talem generalem ſentétiam in non reuelantes nullatenus ligari illos qui crimina non reuelant quãdo alias illa probare non poſsint in iudicio, & eſt communis opinio ex infra citandis pro qua eſt text. in cap. plerunque 2 q.7 cap.1.cum ſeqq. 6. q.2. & in ſpecie cap. 2.de offic. ord. ibi niſi iudiciario ordine probare poſsit Clem.2. de hæræt.ibi quod ſi taliter ea ſciuerint vt probare valeant,& ſuffragatur cap. qualiter de accuſat. ibi de exceptis occultis, Nauar in c. inter verba num.777. & in manu. cap. 17.num.134.& cap. 25 n.33. Ripa de peſte cap. vlt.num 118. Gomes de delict.cap.2.num.7. Albert.de ſecret. à num. 175. & plures quos citat Henrr.in 2 part.ſummæ lib. 3 de excommun. cap. 18. num. 3. Guterr.d.cap.11. num 89.qui deſſidentes opiniones videtur voluiſſe componere aſſerens quod tales excõmunicationes generales ſonant in denuntiationem Euangelicam,vt pœniteat ille qui damnum dedit,& in iudicialem,vt reſtituat, quæ ſententia cõfunditur, ex eo quia ſi non reuelantes vocantur ad denuntiandum Euangelicê, denuntiare nemo cogitur niſi de his quæ probare poteſt, in iudicio ex iuribus ſup.citatis dein de ſi hic ſenſus admitteretur videtur quod Guterres conſiderat illã cenſuram tanquam terminũ fraternæ correptionis,cum tamen fraterna correptio non ſit adæquatus finis excommunicationis quia illa proferri poteſt ab Eccleſia etiá quando nulla præcedat culpa,vel crimen cum illa non feratur pro puniendo præcedenti delicto,ſed pro punienda contumacia illius qui

qui iudici iuſte præcipienti non paruit, ſicut aliàs iudex aliquem citat, & ſi non compareat excommunicat. vel quando iubet vt ſoluat intra certum tempus, aliás ſit excõmunicatus, quibus caſibus nulla præcedit culpa, & tamen valet, excõmunicatio, & videtur probari ex d.c. Romana §. caueant, ibi aut alia rationabilis cauſa ſubſit, Thomas 2. 2. q. 104. quæ omnia Euangelicæ denunciationi nó cõueniunt in qua & peccatum, & correptio debet præcedere, quare melius videtur componere Angel in ſumma verbo denũciatio q. vlt. & verbo excommunicatio 3. n. 20 quod ſit differentia conſtituenda quãdo quis, per cẽſuras monetur, vt reuelet, vel vt denuntiator criminis, vel vt teſtis, vt primo caſu non aliter teneatur niſi probare poſsit in ſecundo autem ſemper teneatur veritatem dicere, & aperire ſequitur Ripa vbi ſupr. Nauar. in d. cap. inter verba n. 777. Guterres vbi ſupr. num. 28. licet diſtinctionem impugnet Thom. 2. 2. q. 70. quem ſequitur Nauar. vbi ſup. n. 708.

34 Ex quorum mente in præſenti quæſtione illud videtur amplectendum quod ſi crimen iam in iudicium delatum eſt, vel iudici notũ proponitur, veluti quia iam conſtat de furto non tamen de ipſius furti authore eo caſu monitoriæ generales latæ, in non reuelantes eos vocant non vt denuntiatores ſed vt teſtes, d. cap. 2. de offic. ord. l. 1. §. occiſorum verſ. item illud ff. ad Sylani. communis in c. præterea de teſtib. cogen. quia cũ delictũ iudici notum eſt opus nõ eſt denuntiatore vt reuelet, ſed teſtibus vt probari valeát, maximè in monitorialibus quæ proferuntur incommodum partis, & ad ipſius petitionem, & deducitur. ex c. ad noſtram de iure iur. qui text. licet loquatur in crimine, & cauſa vſurarum tamen in omni caſu procedet in quibus teſtes ignorantur pro quibus recurritur ad Eccleſiaſticum ſuperiorẽ, quia in poteſtate temporali deficit poteſtas ad cogendos teſtes occultos vt teſtimonium proferant Abb. in d. cap. dilectus de exceſſ. prælator. Silua nuptial. lib. 3. num. 33. ex Thoma refert Cayetan. 22. quæſt. 69. articul. 1. innocent. in cap. bonæ 1. num. 5. de Electione Clarus libr. 5. §. vlt. quæſt. 5. verſ. poterit licet Soto contradicat de iuſt. quæſt. 6. art. 2. col. 5. ê contra vero quando ſine aliqua criminis delatione generales litteræ promulgantur, vt crimina reuelentur in denuntiatores diriguntur quia tunc opus eſt vt denuntiator âccedat criminis occulti.

Ex quibus primo ſequitur non videri ſequendam opinionem D. Thomæ d. quæſt. 70. dum docuit neminem tanquam teſtem cogi poſſe ad reuelanda crimina occulta, quæ aliás in iudicio probari nequeunt repugnat enim iuris

S prin-

principijs prædicta opinio, primo quia tale præceptum iudicis iubentis teſtificari ſuper occultis, vel valet, vel ſaltem continet iniuſtitiam contra ius partis, quod non reddit præceptum nullum, cum manifeſtam non contineat iniquitatem cap. inter cæteras de re iudic.

35 Nec obſtabit quod eo caſu videtur ſuperior non ligitimè procedere dum iubet reuelari occulta cui eo caſu parendum non eſt l. vltim. ff. iuriſd. omni iud. conſtat enim occulta hominis diſpoſitioni non ſubiacere cap. 2. de offic. ordin. cap. erubeſcant 32. d. quia ſoli diuino iudicio ſubſunt cap. tua nos de Simon. cap. quis aliquando §. non tibi dico de pœnit. d. 1. nam reſpondetur quod non agimus de criminibus omnino occultis, & per ſe, ſed de criminibus occultis per accidens quæ ad actus exteriores proceſſerunt, & vocantur occulta quatenus non ſunt probabilia, vel notoria, vel publica, non vero loquimur de actibus internis de quibus Caietan. 2.2. quæſt. 11. art.3. Simanch. de Cathol. cap.42. num.7. Nauar. in princ. de pœnit. d.5. num. 27. Couar. in reg. peccatum 2. p. in initio num.7. nam crimina quæ non ſunt per ſe occulta Eccleſiæ iuriſdictioni ſubſunt ex d. cap.2. & deducitur ex d. §. caueant cap. á nobis de ſent. excom. Couar. in d. cap. alma 2. p. §. 10. á num.1.

Et facit quia teſtis non poteſt iudicare an crimen probari poſsit vel non cum aliquando ex vero ſimilibus, & indubitabilibus indicijs procedatur tam ad torturam ex gl. in l.3. C. ad l. Iul. maieſt. Gomes 3. tom. cap.13. num 7. Clar. libr. 5. §. vltim. verſ. vnus teſtes, quá ad pœnam cap. afferte de præſumptio. Clarus d. §. vlt. q. 20. verſ. ad condemnationem Barboſ. agens de indicijs quæ ad condemnationem ſufficiunt in l.

Plane iſthæc omnia iudici ſunt nota non teſtibus, & ſolis iudicibus non teſtibus arbitraria l. 3. §.1. l. ob carmen §. vltim. ff. de teſtib. cap. indicante 30. q.5. quare ſolum quando teſtes vocantur ſuper omnino occultis ſuper quibus teſtificari non tenentur poſſunt iudicem interrogantem verbis illudere ambiguis, abſque mẽdacio tamen, Couar. lib. 1. variar. cap. 2. numer. 2. Soto de Secret. memb.3. q.3. concl.4. Nauar. vbi ſup. n.669.

36 Infertur ſecundo quod omnes monitoriæ generales quæ proferuntur in non reuelantes crimen per accidens occultum de teſtibus agere non de denuntiatoribus intelligendæ ſunt, patet ex ſupradictis nam cum furtum, vel crimen ſimile ſit iudici notum non eſt denuntiatore opus, ſed teſtibus quibus probari valeat ex l. Diuus l. ea quidem vbi ſali, & alij C. de accuſat. Boſsius in pract. titul. de denuntiatione

Clarus

Clarus d. §. vltim. quæſt. 7. iubet enim conſ. d. cap. 3. vt prius cauſa ab Epiſcopo examinetur quod importat, & denuntiationem iudici factam, & inſuper informationem præceſsiſſe qua conſtet tale malũ vel damnũ datũ fuiſſe denuntianti, vnde ſumenda eſt indicatio á materia ſubiecta, & intentione proferentis quem eo caſu ita ſentire intelligimus adeo vt licet vtatur legiſlator verbis denũtiationem importantibus quando loquitur cum teſtibus, vel vtitur verbis quæ teſtimonium denotent quando denuntiatores vocat á tali verborum proprietate recendum ſit, vt intentio proferentis obſeruetur, cap. ſedulò 38. diſt. l. labeo in fin. ff. ſupel. leg. Nauar. & Henriq. vbi ſup. num 5. ſicque debent intelligi d. cap. ad noſtram 20. de iure iur. cap. qui cum fure de furtis cap. dilectus de offic. ord.

Vnde fit quod cum tales monitoriæ in non reuelantes ex intentione Epiſcopi, vel iudicis dirigantur ita debent accipi, vt ſolos teſtes ligent, qui talia crimina non reuelant. Plures tamen ſunt caſus in quibus teſtes á reuelatione excuſantur prout circa ea quæ quis nouit ex ſacramentali confeſsione ita Abbas in d. cap. 2. de offi. ord. num. 7. & in c. dillectus de exceſſ. prælator Nauar, in d. cap. ſi ſacerdos de pœni. d. 6. & in d. cap. inter verba num. 559. Secundo quando reuelans grauiſsimum damnum timeret ex tali reuelatione, niſi tale ſit crimen ex quo graue Reipub. periculum immineret ex Abb. & Felin. in cap. delectorum de teſtibus cogend. Nauarr. in d. cap. inter verba numer. 710. & 718. & 804. ſicque excuſatur ſocius criminis, quia ſine periculo reuelare non poteſt, Gomes de delictis cap. 12. numer. 17. Clarus libr. 5. §. vltim. quæſt. 21. Tertio quando ille teſtis eſſet de perſonis á lege Regia, vel á iure præuilegiatis de quibus in Ordinatione libr. 3. titul. 56. & in l. lege Iullia ff. de teſtibus cap. ſi teſtes verſ. item lege Iullia 4. q. 3 l. parentes C. de teſtibus Nauarr. vbi ſupra numer. 808. Gomes d. cap. 12. num. 24. qui omnes crimen ſui coniuncti reuelare non tenebuntur propter naturale debitum quo inter ſe coniunguntur, quod contemnere non licet arg. l. milites §. deſertorem ff. re milit. ſic exploditur ſententia Hoſtienſ. quem ſequitur Felin. in cap. 1. de teſtibus cogend. capella Tholoſ. d. 4. vbi Aufrer. deciſ. 412. Nauarr. vbi ſupra num. 813. & in manu. cap. 25. numer. 49. dum exiſtimant quod hi non excuſantur à reuelando quando alij teſtes non adſunt non aduertentes quod tales coniuncti nullo modo poſſunt teſtificari ex dict. l. lege Iullia iunct. capit. in iſtis 4. diſtinction. ne tollantur inter coniunctos pie-

tatis officia quæ nittuntur ratione naturali, illorumque opinio admitti poteſt in alijs priuilegiatis de quibus agit l. inuiti ff. de teſtibus qui non obnaturale fœdus, ſed ab alias rationes minus iuri naturali conſonas priuilegiati exiſtunt veluti miles ſenex valetudinarius, & alij de quibus in d. l. inuiti prima, & ſecunda agitur.

Supradicta tamen ſemper limitabis, niſi talia ſint crimina in quibus ob ſui atrocitatem illud naturale vinculum ceſſet veluti ſi ſint læſæ maiſtat. diuinæ, vel humanæ magis enim fidei, & patriæ ſumus obſtricti quam parentibus, & coniunctis quando aliter damnum euitari non poteſt Thomas 2.2. quæſt. 58. art. 5. Fortunius in l. veluti ff. de iuſtitia.

37 Infertur tertio non videri admittendam praxim qua Prælati in ſuis Conſtitutionibus vtuntur in quibus iubent, vt qui ſciuerint reuelent crimen, vel furtum denuntient parrocho, qui ſecretè inter ſe corripiat delinquentem, & quod ſi non reſipiſcat denuntiet prælato ad effectum prælatiuæ correctionis eoque non ſatisfaciente inſtituatur iudicialis accuſatio, in multis enim videtur peccare hæc praxis primo quia monitoriæ non alio tendunt quam vt teſtes appareant quibus actor authorem furti noſcat, vt ſuum perſequi poſsit in ſuo foro non autem, vt inſtituatur fraterna correptio, vel prælatiua quæ nullibi legitur per excommunicationes incipere poſſe. Secundo quia vbi primum adſunt teſtes de crimine, & author ipſius noſcitur ſtatim debet coram ſuo iudice conueniri, non vero coram Epiſcopo, cum illud crimen furti non ſit mixtæ cognitionis immo ſit ſæculare ratione rei, & perſonæ, nec obſtabit quod ratione peccati, & iniuſtæ detentationis ſe ingerit prælatus inter ſæculares, vt fratrem lucretur, quia ſatisfit quod Euangelicæ denuntiationes hodie non ſunt in vſu propter præiudicium Regiæ iuriſdictionis ex Valaſc. d. quæſtion. 7. numer. 22. Inſuper quod attenta lege Regia titul. 9. prælati non ſe ingerunt ad cognoſcendum de peccatis ſæcularium perſonarum, quæ publica non ſint, & in quibus publica non laborauerint infamia, quare cum duo vel tres qui de crimine furti deponant, ipſum infamatum non reddant capit. Inquiſitionis de accuſation. & dixi latè ſupr. iniuſte videtur quod contra negantem furtum iudicium inſtituitur in foro Eccleſiæ.

38 Ex quibus exploditur ſententia Guterrij in d. cap. 11. n. 89. dum probat vſum, vt criminoſus in termino non ſatisfaciens etiam

in genere

in genere excommunicatus iterũ in ſpecie excommunicetur, nec abſoluatur donec ſatisfaciat parti, nam ſine fundamento videtur loqui debuit enim aduertere quod licet agnoſcamus per talem ſententiam detentorem alicui ligari potuiſſe, vt infra dicam, tamen ſi teſtes adſunt qui de authore criminis deponant iam Eccleſia vlterius procedere non poteſt ad ſatisfactionem partis, cum potius in iudicio ſæculari contra reum agendum ſit, nec excommunicatio tollit quod audiatur cum Rei excommunicati audiri debeant cap. 2. de exception. lib. 6. & iudicium Eccleſiæ ſit incompetens inter ſæculares ex ratione cap. nouit de iudic.

Maximè quando reus negauerit, & poſtulet ad ſuum iudicem remitti vt ſe defendat.

Quando ſententia generalis fertur in authorem damni, & contra non reuelantes.

39 SVperioribus proxima eſt diſcuſsio circa ſententiam generalem latam in damni authorem quando ita in ea exprimatur, vt vltra quod ſcientes reuelent damni authorẽ termino ad ſatisfaciendum tranſacto excommunicatus exiſtat.

Et ſine dubio eſt poſſe Eccleſiam pro rebus ſubtractis tales cenſuras proferre in ipſum damni authorem cap. 2. de offic. ordin. vbi doctores d. cap. á nobis de ſent. excommun. d. cap. Romana §. caueant Thom. 2. 2. quæſt. 104. art. 2. Couar. in cap. alma 1. p. §. 10. num. 1. Silueſter verbo excõmunic. 1. notab. 3. nec obſtabit quod temporalis cauſa damni resarciendi non videtur ſufficiens cauſa proferendi cenſuram cum non ſit ſufficiens materia ipſius quia ſatisfit fatendo temporalem cauſam per ſe non eſſe materiam ſufficientem, niſi ſupponamus præceptum ſuperioris, eſſe iuſtum cui non parendo reſultat contumacia, propter quam excommunicatio cominata incurritur quia tunc licet materia ſit temporalis, proxima cauſa cenſuræ ſpiritualis eſt, nam obedientia Eccleſiaſtici præcepti ſpirituale bonum continet vnde fit quod iudicis Eccleſiaſtici eo caſu poteſtas ſpiritualis indirectè, (vt ita dicam) temporalia reſpicit, & comprahendit quatenus ad ſpiritualem finem conducunt Belarmin. contra Brachal. cap. 3. Soares de Cenſur. diſput. 20. numer. 10. Vnde poſſunt iudices Eccleſiaſtici iubere reſpiciendo ad crimen offenſiones vel ſcandala, non præciſè vt præterita

 ſunt,

ſunt,ſed vt aliquo modo tractum habét ſucceſsiuum,vt in futurum tollantur,vel reſarciantur,in temporalibus, ſub excommunicationis pœna,vt Eccleſiaſtica obediẽtia ſeuerius obſeruetur, explicat Thom.in 4. d.18.q.2.art.1. & in additio q.21.art.3. Soto qui Caietan.confutat in 4.d.22.q.1.artic.2. & lib.5. de iuſtitia q.6.art. 2.& in relectione de tegend.ſecret.mẽb. 2.q. 8. ad 2. Victoria in tract. de excommunic.num 6. Caſtro lib. 2.de lege pœnal. cap.vlt. concl. 2. Abb. in c. P. & G. de offic. deleg. num.7. Nauar. in cap. cum contingat de reſcrip. 5. caſ. nul. & in ſumma cap. 27. n. 9.& 11. Couar. vbi ſup.

40 Suppoſito igitur quod hæc poteſtas Epiſcopis competat duo membra habet hæc quæſtio primum quando reuelantes vocat vt denuntiatores,vel vt teſtes. Secundum dum dirigitur ad delinquentem occultum, in primo mẽbro quando ſententia generalis profertur pro crimine in iudiciũ non delato nec iudici noto prout ſup. dixi quando prælati viſitant diocæſim dum per generalia edicta iubent vt crimina, & exceſſus ſubditorum aperiantur hoc caſu nemo tenetur aliquod crimen de tegere niſi illud probare in iudicio poſsit cum eo caſu tanquam denuntiator accedat nec tenetur authorem damni ſeu furti detegere ſi aliàs probationes non habeat ligitimas probat text. in d. c. 2.ibi niſi iudiciario ordine quis probare poſsit Clem. 2. ibi quod ſi taliter ſciuerit vt probare valeat de hæret. tradit gl. verbo feratur in extrauaganti 1. de ſent.excom. poſt alios Nauar.in cap.inter verba num. 777. Gomes de delictis cap.2.n.9.multi quos citat Henriques in 2.part. ſummæ libr.3. de excommun.cap.18. num.3. lit. B. Guter.cannon.libr.1. cap. 11. n. 21. quod adeo eſt verum quod ſi in talibus litteris generalibus exprimatur quod teneatur reuelare furem etiam ſi probare non poſsit talis cenſura non valeat ob expreſſum,& intollerabilem errorẽ arg.cap.per tuas 40. verſ. nos igitur de ſent.excomm.Guterres vbi ſup n.22.

Ex quibus hæc opinio verior eſt legiſtarum, & modernorum iuris cannonici interpræetum calculo comprobata, vt ex Bart. & doctores in l.ciuile C. de furt. ex Abb. & alijs in cap. dilectus de exceſ.prælator.& in cap.qui cum fure de furt. videri poteſt, & ex multis citatis à prædicto Guter. d.cap.11.num.12. cuius opinio nutat dum num. 14. ſentit praxim Eccleſiæ ſeruare,vt ſufficiat factũ notorium eſſe iudici, vt quis denuntiare teneatur furem etiam occultum non videtur enim admittere differentiam inter denuntiationem, & teſtimonium dum numeris ſequentibus vtrunque comiſcet nam num.22.circa teſtes inquit quod non tenebuntur reuelare

uelare quæ probabilia non ſint, & num. 27. & ſeqq. denuntiationem admittit in his quæ aliter probari nequeunt quam ex dicto denuntiantis, & num. 14. ibi non reuelando vel non teſtificando vbi exequat denuntiationi teſtimonium cum tamen longe differat vel vt denuntiatorem, vel vt teſtem quẽ vocari vt ſup. diximus.

41 Nec aliud probat textus in d. cap. qui cum fure de furtis nam vltra ea quæ ad ipſius intellectũ tradit Innocent. in cap. officij de pœnit. & remiſ. Alex. ad Bart. in d. l. ciuile C. de furtis Couarr. in reg. peccatum 2. part. §. 3. num. 4. reſpondetur quod ille text. ſecundum communem ita debet intelligi, vt teneatur quis denuntiare quando poſsit probare delictum, & non aliter id enim ratio naturalis expoſcit ne quis denuntiet, & reuelet crimen fratris in quo videatur ſe proditorie gerere propalando factũ ratione cuius reus puniri non poteſt, & innutilis, & proditoria diceretur talis denuntiatio, nec itidem obſtat d. cap. dilectus de exceſſ. prælator, ab eodem Guterres num. 15. citatus quẽ ab ſpeciali ponderat dum ibi non compellitur ſacerdos quæ ex ſacramentali confeſsione accepit reuelare etiam ſi ea aliter probare poſsit, vt explicat idem Guterres numer. 49. quæ inquit ille á contrario probat poſſe alia quæ extra confeſsionem ſciuerit nam aduertere debuiſſet quod etiam ſi admittamus argumentũ á contrario ex hoc text. illud ita deſſumi debet, vt poſsit reuelare ea quæ extra confeſsionem ſciuerit quando aliter probare poſsit, vt ſentit communis ne ſequatur abſurdum.

42 Nec etiam obſtat cap. ſi ſacerdos de offic. ord. ab eodem Guterres ponderatum num. 16. nam contra ipſum retorquetur vt occulta improbabilia nemo denuntiare cogatur patet ibi niſi iudiciario ordine quis probare poſsit, &c. ſic loquitur gloſ. in verbo proferatur in extrauag. 1. de ſent. excõmunic. inter commun. Adrian. quolibet 11. Angel. in ſumma verbo denuntiation. num. 12. & verbo excommunic. 3. num. 20. Tabiena verbo accuſatio §. 14. & verbo Inquiſitio §. 7. Nauar. in d. cap. inter verba num. 777. & in manu cap. 25. num. 46. Bernar. in pract. Canno. cap. 6. text. optimus in c. qualiter ibi. exceptis occultis &c. de accuſation.

43 Nec tandem obſtat doctrina Bart. in l. vtium ff. ad l. pompeam de parricid. num. 3. & in l. omnes C. de agricol. lib. 11. quem ſequitur Decius in cap. 1. num. 7. de offic. deleg. Tiber. Decian. in pract. lib. 9. cap. 13. num. 3. Farinacius in praxi lib. 1. tit. 5. q. 51. à n. 28. Menoc. de arbitrar. libr. 2. caſ. 355. quatenus tenent quod non reuelantes crimen occultum capite plectuntur nec diſtingunt an poſsint illud probare, vel nõ quia

Bart. & aliorum ſententia intelligitur quando reuelans crimé probare poſsit vt per Clarū in pract. §. vlt. q. 87. n. 2. obſeruat Decius num. 9. in l. culpa ff. de reg. iur. vel rurſus dici poteſt in hoc crimine, & alijs ſimilibus proditionis, & læſæ maieſtatis in quibus Reip. vel alicuius tertij maximū vertitur præiudicium, vel vitæ periculum limitari cómunem quia his caſibus tenetur ſciens ſtatim denuntiare ex D. Thom. 2. 2. q. 33. á n. 7. & q. 70. n. 1. ad ſecūdum Nauar. vbi ſup. n. 616. Mécha. illuſtr. c. 16. á n. 5 quia eo caſu denūtiatio non ad accuſationem ordinatur, ſed potius ad defenſionem, & ſic denominatur á ſuo fine proximo licet per accidens ſequatur infamia denuntiati arg. text. in c. præterea 12. de ſponſal. cap. ſuper eo 22. verſ. ſuper illa de teſtib. cum traditis à Nauar. in d. cap. ſi ſacerdos num. 27. Guter. vbi ſup. num. 28. idem Nauar. in cap. inter verba num. 623. ſeruato tamen moderamine prudentiæ vt nūquam delinquentis perſona nominetur ſi alijs medijs poſsit illud malum euitari tom. d. q. 33. num. 7. Nauar. in cap. ſacerdos numer. 14. ratio eſt quia quādo duorum fratrum periculum concurrit ſcilicet illius contra quem malum paratur, & infamia eius qui crimen patrare intendit ordo poſtulat vt potius conſulatur periculo Reip. aut illius contra quem iniuſte paratur quam famæ eius qui propria malitia in eo nocendi animo eſt ex Soto de ratione tegend. Secret. q. 6. memb. 2. Vel tentari poteſt quod aliud ſit denuntiare crimen, iam perpetratum, & aliud crimini futuro prouidere, ne fiat, quia hoc vltimo caſu nulla datur denuntiatio, nec agitur de accuſatione, aut probatione, aliqua cum adhuc crimen informe ſit, & ſola mente retentum, & nihil mirum ſiquis tunc teneatur reuelare, ne committatur quod ſecus eſt quādo iam eſt commiſſum, & denuntiatio loco deficientis accuſatoris inſtituitur ſicque procedit ad l. verū, dum punit ſcientes quæ non reuelarunt quod ſupponit culpam ante criminis conſummationem.

43 Ex quibus omnibus ſequitur quod tales excommunicationes generales non ligant non reuelantes niſi illis caſibus in quibus attento iure, ſemotta omni excommunicatione reuelare crimina occulta tenerētur cum prælati illas proferentes cenſendi ſint ſe conformare cum diſpoſitione iuris immo ſi aliter exprimant cenſura, & præceptum erit nullū quia contineret intollerabilem errorem contra ius arg. cap. inter cæteras de re iud. Guter. d. n. 21. Mena. d. q. 18. n. 58.

44 In ſecundo membro primæ quæſtionis quando per monitorias generales quis vocatur vt teſtis ſine dubio tenetur crimen licet occultū propapalare quia ſufficit crimen notum eſſe iudici vt ipſe

ipſe deponere teneatur, vt ſuo muneri ſatisfaciat licet aliás poſſit eſſe ſingularis de cuius teſtis obligatione, & quando à teſtificãdo excuſetur ſupradiximus vbi videri poteſt.

Quando cenſuræ dirigantur ad delinquentem occultum an ipſum ligent, & teneatur ſe ipſum prodere.

45 Poſſe Eccleſiam ligare occultum damni authorem nemo ambigit, quod ita decidit Pontifex in cap. 2. de offic. ordin. cap. à nobis 21. de ſentent. excommun. cap. Romana §. caueant eod. tit. in 6. latè Guterres d. cap. 11. num. 38. Soares de Cenſur. diſput. 4. ſect. 5. num. 17. & diſput. 20. ſect. 1. num. 9 & diſput. 3. ſect. 13. num. 6. Couar. in cap. alma §. 9. num. 1. Corduba in tract. de caſos q. 63. Nauar. in manu. cap. 27. num. 9. illud tamẽ notandum eſt quod hæ ſententiæ generales latæ in authorem occultum non continent præciſum præceptum ſoluendi, vel de reſtituẽdo, ſed conditionale ſi author dãni reſtituere ſub mortali peccato tenetur, ratio eſt quia cum tales ſententiæ generaliter, & non præcedente ligitimo proceſſu proferantur ideo præciſe non obligant, niſi quando quis in foro interiori obligatus exiſtit, Nauar. d cap. 27. num. 9. Couar. d. 1. p. §. 9. num. 1. & facit ratio text. in cap. nemo. 11. q. 3. & in hoc differunt hæ ſententiæ ab alijs ſententijs particularibus quæ nominatim in aliquem tanquam damni authorem proferuntur; quia cum prolatæ ſint ſeruato iuris ordine ligant innocentes quantumcunque iniuſtæ ſint cap. ſententia paſtoris 11, q. 3. Thomas in 4. diſt. 18. q. 2. art. 1. concl. 4. & ſufficit quod Eccleſiæ opinione quis teneatur reſtituere licet in foro animæ non teneatur ac proinde tales præcepti tranſgreſsio mortalem culpam inducit.

46 Ex quibus primo infertur quod tales generales ſententiæ non in vindictam peccati præteriti proferuntur nam quãdo proferuntur occaſione iniuriæ, vel furti commiſsi non quidem præciſê proferũtur quia commiſſum fuit, ſed quia adhuc durat, nec eſt reſtitutum quod per illud oblatũ eſt, habetur enim reſpectus ad delictum præteritum quatenus habet adiunctam contumaciam in non ſatisfaciendo, vel reſipiſcendo quæ contumacia quaſi formaliter conſumat cauſam cenſuræ, ſeu eſt proxima cauſa ipſius, & poteſt incurri ipſo iure ſi ita exprimatur, & ſi illa contumacia alijs nota non ſit ſufficit quod ſit nota ipſi Reo, explicat eleganter Soares de Cenſur. diſp. 3. ſect 13. n. 6 idẽ

Soares

Soares diſput.4. ſect.5.n.18. Vnde fit quod cum præſumptione nitātur,nec aliquid diſponant non cēſebitur ligari ille qui rem alienā aſſumpſit ex cauſa ligitima, quia aliter non potuit á ſuo debitore debiti obtinere ſolutionem Couarr. in cap. alma d. §. 9. Soares diſp.20.de Cenſur.ſect.2.in prin. Guterres d.c.11.

47 Infertur ſecundo quod cenſuræ latæ in illum qui aliena inſtrumenta detinet de quo Soto in 4.d.22.quæſt.1.art.2. Corduba in tractat. de caſos q. 63. quos citat Guterres d.cap.11. num.?8.ipſum non ligabunt qui non propria inſtrumenta, ſed exemplar apud ſe habet nec pariter illum qui ex cauſa ligitima poſsidet,& talis detentatio cauſa iuſta veſtita proponatur Soares diſputat. 20. ſectione 1. num.9. & diſput.4.ſect. 5. num.17.

48 Infertur tertio poſſe Epiſcopum attēto iure occultū damni authorem ſic generaliter excommunicatum in ſpecie à communione repellere quando tanquam iudex illud ſibi conſtet per acta publica procedendo ad partis inſtantiam vel ſi ex officio teſtes interroget, probat d.cap.2. de offic. ord. ibi non debet eum arguere nominatim , ſed indeterminatè, &c, ſentit Guterres d.cap.11.num. 92. ratio eſt quia notabile excom municati verſatur præiudicium, & infamia,& ideo nominatim arceri non poteſt quin iudicialiter conſtet gl.vlt. in cap.licet vniuerſis gl. in cap.nuper de teſtib. Gabriel lib.ſent.q.1. num. 16. in hoc tamen artic. notabis quod occaſione huius doctrinæ arripiunt Prælati occaſionem cognoſcendi de cauſis ciuilibus,& profanis laicorum, ſub prætextu peccati, & reſtitutionis, dum tales ſic generaliter excommunicatos ad partis inſtantiam, vel ex officio monent, vt ſoluent aliàs iubent, vt promotores iudicij Eccleſiaſtici iudicialiter eos accuſent vt ſatisfaciant,dixit Guterres d.cap.11.num. 89. authoritate ſiluæ nuptialis, & aliorum ; quæ quidem praxis an in hoc regno ſeruari poſsit maximè dubitarem primo quia prælati inter ſæculares non ſe ingerunt, niſi pro peccatis publicis,vt ſupra dixi quod hoc caſu non datur cū ex duorum vel trium dicto nihil publicum fiat cap. Inquiſitionis de accuſatio, inſuper ſi admittamus, vt inſtituatur contra ſic excommunicatum accuſatio, vt pœniteat Epiſcopi hoc facere non poſſunt,quia reuera aſſumūt cognitionem cauſæ tēporalis, & profanæ,inter laicos dum iubent, vt ſatisfaciat reus qui in ſuo foro debuit conueniri , & coram ſuo iudice ne vna poteſtas aliam perturbet ius dicendo inter alienos ſubditos contra regulam c. nouit de iudic. ibi non putet aliquis quod iuriſdictionem illuſtris Regis francorum perturbare,aut minuere intendamus &c. obſeruat

Sotto

Sotto in 4.d.22.q.1.art.2.Bernard. in reg.243. lim.2. Guterres d.cap. 11.numer 59. Nec admitti poterit ſentẽtia Guterrij d. num.89.dum ſentit quod hoc caſu excommunicatio inſeruiat Euangelicæ denuntiationi, quia multo inter ſe hæc dno differunt, nec per excõmunicationem intenditur Euangelica denuntiatio, quam ſemper præcedit fraterna correctio,quod in excommunicatione non datur cum non peccatum præcedẽs,ſed contumacia,ſit proxima cauſa cẽſuræ,quæ nondum completa eſt, ſed in eius euentum profertur,atque ideo ſi dicimus poſt latam cẽſuram Euangelicam denuntiationem incipere,talis denuntiatio nõ eſt admittenda, propter debitum temporale inter ſæculares, ex Valaſe.d.q.7.nnm.22. cum non deficiat copia iudicis, ſicut aliás non poterit Epiſcopus præcipere alicui, vt reſtituat alteri rem ſuam, quam eo inuito detinet, licet in tali detentione detur iniuſtitia, & incommodum temporale in quo etiam poſsit dari furtum vel peccatum, vel ob finitum tẽpus precarij l. cum prætario ff. deprecar. hæ enim actiones tẽporales ſunt pro quibus detentores in ſuo foro ſunt cõueniendi dixit Soares diſp. 20.ſect.1. num.9. licet ille vir doctiſsimus aſſerat quod his caſibus ſi detentatores excommunicẽtur valebit excommunicatio quia debet præſumi in proferente ligitima cauſa,nam ſi tales caſus extra poteſtatem Eccleſiæ ſunt, vt ipſe agnoſcit, non video in quo talis cenſura ſuſtineri valeat cum extra territorium ius dicat, nam licet regula ſit quod ſententia excõmunicationis lata per falſas probationes valet, & licet iniuſtum contineat præceptum vt in cap. qui culpatur 23.q.1.cap.in memoriam 19. d. cap. qui reſiſtit 11. q.3. text optimus in cap. præpoſito,& in cap.qui iuſtus, ibi ſententiæ tamen parere debet ead. q. tamen illud verum eſt quãdo cauſa aliàs pertinebat ad forum Eccleſiæ in his vero quæ foris ſunt,& quæ ad illud iudicium nullo modo pertinere poſſunt, non conſideratur iniuſtitia, ſed defectus poteſtatis, & iuriſdictionis quæ actum redet nullum l. fin. ff. de iuriſd. omni iud.

49 Quare cauendum etiam videtur ab eodem Soares vbi ſupra num.15. & 16. dum ob defectum iuſtitiæ in ſæculari,vel ſi cauſa cũ ſæcularibus agitetur,qui ſuperiorem non habent temporalem dicit quod Epiſcopus addiri poteſt quod non bene praxi conuenit, quidquid Belar. ab eo citatu contrarium dicat,nam diſtinctæ ſunt poteſtates politica,& Eccleſiaſtica nec hodierna praxis admittit, vt ob defectum iuſtitiæ in ſæculari Epiſcopus addiri poſsit cum facilior ſit ad Principem recurſus qui remedium oppportunum adhibebit.

Quare harum generalium excommu-

communicationum vſum ſolum ſibi vindicare locum exiſtimo, vt teſtes appareāt quibus occultum crimen detegatur, & actor ſuum ius conſequi poſsit in foro rei, ratio eſt quia cum lex ciuilis teſtes occultos cogere non poſsit cum eam iuriſdictionem non habeat oportuit vt adhoc recurſus haberetur ad Eccleſiam quæ ligare potuit occultos, vt detegant, qui finis aſſequitur cum primum teſtes apparent in eo foro, nec vlterius procedendum videtur contra laicos ſequitur Guterres d. cap. 11. num. 59.

An occultus detentator teneatur ſe ipſum prodere.

50 Non eſt dubium Eccleſiam ligare poſſe criminis authorem etiã occultum quando crimen per accidens occultum eſt, quatenus non probabile, vel notorium, vel publicum d cap. 2. de offic ordin. d. cap. Romana §. caueant cum alijs quare authorem ſe teneri prodere aſſerit Guterres d. cap. 11. num. 39. & probatur expreſſe in c. quidam maligni 5. q. 1. & in cap. à nobis 21. de ſent. excommun. Soares de Cenſur. d. diſput. 20. ſect. 1. num. 13. & in ſpecie diſputat. 4. ſect. 5. num 14. Couar. in reg. peccatum 2. p in initio n. 7.

51 Verum obſtat maximê quod non iuſtum videtur præceptum, vt quis compellatur ſe prodere contra text. in cap. quis aliquãdo §. non tibi dico de pœnit. d. 1. ſumma Angel verbo confeſsio, & verbo Inquiſitio §. pen. & verbo denuntiatio. §. 13. Silueſter verbo accuſatio. §. 13. Silua nupti. vbi ſup. n. 41. Thom. 22. q. 69. art. 1. Soto de iuſtitia lib. 5. q. 6. art. 1. Gregor. in l. 4. tit. 29. part. 7. gl. iurar. Soares in l. 4. tit. de las iuras lib. 2. foro. legum num. 15. Gomes 3. tom. reſolutio cap. 12. Bernard. in pract. cano cap. 118. deinde obſtat quod hæ ſententiæ generales in non reuelantes ipſos non ligant quando ſine graui incommodo teſtificari non poſſunt, vt eſt cõmunis opinio ex Nauar. d. cap. 17. num. 57. & cap. 24. num. 12. & cap. 25. num. 5. Soares d. diſput. 20. ſect. 3. num. 9. Guter. d. cap. 11. numer. 25. ſi ergo graue detrimentum excuſat reuelantes á fortiori debet excuſare criminis authorem, ne contra ſe teſtis ſit, quem maiora ſequuntur incommoda, & famæ iactura quæ omnibus bonis præcioſior eſt.

52 Ex quibus verior videtur opinio quod author occultus virtute literarum generalium ſe prodere nõ tenetur licet ob non ſatiſfactionem damni ex contumacia ſibi ſolum nota excommunicatione ligatus exiſtat, nam adhoc, vt ligari poſsit ſufficit crimen nõ eſſe omnino occultum vt Eccleſiæ ſubſit d. cap. 2. cap. à nobis, & c. Romana in d. §. caueant Couar. in d.

in d.c. alma 2.p.§.10.à n.1. At vero ſe ipſum prodere nulli iuri conuenire poteſt per ſupra citatos, ex quibus videtur cauendum á Guterres d. cap.11. numer. 39. vbi tenet talem damni authorem ſe prodere teneri quando contra ipſum adeſt ſemiplena probatio, quæ doctrina deducta ex ſententia Siluæ dict. verbo monitoriæ num. 36. & Cordubæ in tractat. de caſos quæſt.64. in 2. punct. & lib. primo quæſtionum quæſtione 43. procedit in eo qui á iudice iuſte interrogatur de proprio delicto, non vero agit de eo cui de ſua infamia non conſtat cum ſupponamus adhuc crimen eſſe occultum, nec tenetur putare ſe iuſte interrogari in quo ceſſant dictæ rationes maximê, cum idem Guterres ſenſerit num. 44. contra ſe interrogatum non teneri ſe prodere niſi quando illi acta legantur ex quibus informetur, an infamatus ſit, vel an ſemiplena ſaltem contra eum detur probatio quare cum occultus, nec acta videat, nec de probatione cõtra ſe notitiam habeat ſuum propalare crimen cogendus non eſt.

53 Nec aliud probat d.c. quidam maligni vbi agitur de eo qui libellum contra famam Cardinalium, & S Pontificis propoſuit, ſoletque ille text. declarari quod ex eo potuit ille cogi ſe manifeſtare quia non eſt curandum de propria fama quando alia altioris hominis reparatur iuxta communem de qua in c. officij de pœnit. & in hoc tamen agitur de reparatione famæ Pontificis quæ reſtitutionem exigit etiam ſi fiat cum detrimento reſtituentis ſic fr. Ludouic. in inſtr. confeſ. c. 116. concluſ. 1. notant doctores in reg. peccatum de reg. iur. lib.6.

Sed hic intellectus conuelli poteſt quia ſe prodere nemo cogitur, & offendit talem defenſionem immo excommunicatio lata ſub ea conditione cenſeretur lata ſub impoſsibili quia nemo teneretur ſe detegere quando famæ Põtificis detraxit in quo vltra infamiam datur probabile vitæ periculum cumque eo caſu in non parendo nulla poſsit conſiderari contumacia deficit materia cenſuræ quæ aliter non fertur.

Quare dicendum eſt in eo tex. non agi de maiori excommunicatione lata ſub conditione, niſi ſe prodat, ſed tantũ agi de pœna priuationis communionis corporis Domini quæ non eſt propriê cenſura ſed quædam pœna ſpiritualis quæ imponi poteſt in criminis vindictam á qua communione ſi non abſtineat tunc excommunicatur ex quo apparet excõmunicationem eſſe impoſitam pro futura culpa ſi corpus Domini aſſumpſerit quare donec impleat præceptum de reſtituenda fama tenebitur abſtinere quia licet nemo teneatur ſe prodere, vel infamare quando id eſt neceſſariũ ad

T tollen-

tollendam grauiſsimam infamiã cogi poteſt eo modo reſtituere ex Adrian. quolibet 11. Soto in relect. de tegend. Secret. memb. 2. q. 6. Soares de Cenſ. diſp. 4. ſect. 5. n. 16.

54 Ex quibus colligitur non poſſe obſeruari illam praxim de qua Guterres in d. cap. 11. num. 89. & ſequent. vt ſi tales excommunicati per generales litteras in genere non ſe prodant poterunt nominatim, & in ſpecie excommunicari pro eodem delicto & non abſoluantur donec ſatiſfaciant quæ praxis in hoc regno obſeruari non poteſt, nam licet quis iam excommunicatus iterũ excommunicari poſsit ex Soares de Cenſur. diſput. 5. ſect. 2. num. 5. tamen vinculum cenſuræ nihil commune habet cum debito perſonali ipſius rei ſuper quo debet audiri coram ſuo iudice, ſatis enim eſt, vt illo medio teſtes appareant quibus conuinci poſsit in eo foro ne Eccleſia in alienam iuriſdictionem falcem immittat occaſione reſtitutionis faciendæ. Sufficitque vt ipſe compareat coram Eccleſiaſtico pro obtinenda abſolutione cenſuræ, & dicat ſeparatum eſſe reſpondere ſuper illo debito coram ſuo iudice ad quem remitti debet ne retineatur coram non ſuo iudice ratione cenſuræ, quod nec ciuilis, nec canonica ratio patitur pro contumacia vero quam incurrit, non reſtituendo puniri poterit ſequuto euentu litis ex quo appareat an iniuſte diſtulerit reſtituere, quia cum illa cenſura ſic lata ſub præſumptione ſi debebat, non aliter ligauit, niſi realiter reus teneretur, vt ſupra dixi, ex eo fit quod ante litis, & ſententiæ euentum, non debeat condemnari pro contumacia de qua adhuc non conſtat.

55 Vnde fit quod taliter excommunicati iuſte poterunt ad Regium tribunal recurrere ſi prius quam coram ſuo iudice audiantur, excommunicari contingat, nõ legitimè conuictos, in iudicio cõpetenti, vel ſi quis cogatur reſtituere quod ex læſione contractus poſsidet, vel ex altera ex cauſis ſupra notatis quia his omnibus datur abuſus iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, dum extenditur ad caſus non permiſſos in quorum cognitione maximè reſpublica perturbaretur ſæcularis, quæ eſt ſufficiens cauſa recurſus concedendi.

Pluribus alijs medijs vſurpatur Regia iuriſdictio inter quæ memini me olim offendiſſe proceſſum qui apud ſcribam Regiæ Coronæ cum alijs ſeruatur quos iuſſu noſtri Regis inuictiſsimi perlegi, vt in librum redigerem ſententias in eo iudicio latas, quas cum non paruo labore congeſſerim, ſed infructuoſus quidem hic labor vt litteratis accidere ſolet, euaſit, quibus non ſolum præmia ſed ipſa præmij ſpes denegatur, memini in quam in illis proceſsibus

bus non parua reperiſſe exempla iuriſdictionis vſurpatæ primum fuit quod olim Epiſcopus Conimbricenſis, menſam erexit ſeu tribunale, quod reſtitutionis appellabat, vbi laici compellebantur ad reſtitutionem eorum quæ male, & contra ius retinebant, vel quæ conſtabat ipſos debere, contra quam menſam Regius procurator cum inſurgeret, tandem prodijt hoc Areſtum.

Acordaõ &c. que viſtos os muitos eſtromẽtos de aggrauo que a eſta caſa ſaõ vindos, & vem cada dia em que as partes ſe aggrauaõ do Biſpo de Coimbra fazer ora nouamẽte em ſeu Biſpado hũa meza â qual chama de reſtituiçaõ, na qual com certas leys das que para iſſo ordenou, toma conhecimento de muitos caſos entre peſſoas leigas, & de couſas que â ſua iurdiçaõ naõ pertencem, aſsi por rezaõ das peſſoas, como dos caſos, porque eſtaõ demandados; o que he muito perjudicial â jurdiçaõ do ditto ſenhor, & ſeus vaſſalos pelo que mandaõ ao procurador do ditto ſenhor que venha com libello em forma contra o ditto Biſpo, acerca das dittas couſas, & as mais que achar de ſemelhante calidade, haja carta do ditto ſenhor pera o mandar citar Cabral, Simaõ Gonçaluez, D. Luys Afonſo, Antonio Soares.

Habet hic proceſſus hanc notam 30. quia omnes in fronte notaui, vt facilis daretur inuentio.

Sic pariter iuriſdictio Regia vſurpatur ſi circa decimas Regi competentes ex priuilegio Appoſtolico ſe iudex Eccleſiaſticus intromittit vt ſupra tetigimus nam decimæ illæ ſunt effectæ temporales ex titulo habito á Pontifice explicat Barboſa in l. titia à numer. 40. & ſequẽtibus vbi fuſius videri poteſt, ſicque iudicatum ſupra tetigimus, & pariter iudicatum fuit in ſupplicatione Cameræ de Santarem à Viccario Paulo Pedroſo. 24. September 1616. ſub num. 155.

Sic pariter in Senatu prouiſum extitit contra iudicem Eccleſiaſticum, qui pro culpis viſitationis petebat, vt ſibi remitteretur delinquens, vt corrigeretur in eo iudicio, cùm tamen in vinculis detineretur pro alijs criminibus ab eo perpetratis, cumque iudex noluiſſet litteras requiſitorias adimplere, ipſe eum excõmunicauit, quod cum inepte factum eſſet cum notorio iuriſdictionis abuſu ei prouiſum extitit, vt videre eſt in proceſſu in

 quo

in quo ſupplicauit Licentiatus Ioannes Viegas de Nouaes Foraneus iudex de Porto alegre, ſeu Ameæ, 5. die Aprilis 1617. n. 176. prout in fronte ipſius notaui.

Sic pariter iudicatum fuit non poſſe iudicem Eccleſiaſticum tollere ſequeſtrum á Rege impoſitum etiam in bonis Eccleſiaſticis, ſeu Comendatoris, vt patet in ſupplicatione doctoris Franciſci Gomes de Loureiro Senatoris dignisſimi, & erudentisſimi, à conſeruatore ordinum num. 175 apud ſcribam Coronæ 6. die Decembris 1616.

Pariter iudicatum fuit quod abuſus dabatur iuriſdictionis in iudice Eccleſiaſtico cognoſcente de facto vſuræ quia illud factum erat ſæculare, prout ſup. diximus quæſtiones facti etiam iuris ſpiritualis eſſe fori ſæcularis ſic iudicauit Lupus de Barros, Franciſcus Nogueira, Gondiçalus Gil Coelho, ſed parcant manes tantorum virorum, quia illa doctrina quod iudex ſæcularis poſsit cognoſcere de facto rei ſpiritualis, importat vt omni caſu de facto illo cognoſcat, ſed de facto rei ſpiritualis incidentis, vel de facto à lege conceſſo, prout eſt in caſibus violentiæ, & ſimilibus, verum aliquod factũ eſt, cuius cognitio eſt mixta vtriuſque fori prout vſuræ, & decimarũ, in quibus caſibus ius eſt ſemper Eccleſiaſtici fori, factum commune vtriuſque iudicij Barboſa in l. titia à num. 47. & ſequent. & nos diximus alibi latius, vnde ſolum ad Regem recurri poteſt quãdo cognoſcente iam ſæculari Eccleſiaſticus inhibeat, quia tunc datur abuſus iuriſdictionis, dum ſe facit priuatiuum vbi ipſe æqualem habet iuriſdictionem, cum mixta cognitione, ſic iudicatum fuit in proceſſu Franciſci Lobo in ſupplicatione Vicarij de Abrãtes 30. Iullij 1590. & vterque proceſſus eſt ſub n. 153. in cartorio ſcribæ Coronæ.

Ex ijſdem principijs deducitur quod non poteſt iudex Eccleſiaſticus iubere ne exequatur ſententia Senatus qua reus condemnatur pro cenſu quottanis ſoluẽdo; quem tamen cenſum Reus impugnat pro vſario in iudicio Eccleſiæ, & pendente lite iudex inhibet ne exequatur prior ſententia, & Actorem excommunicat qui ſupplicauit, & illi prouiſũ extitit in proceſſu Aluari Paes de Torres nouas cõtra Vicarium generalem de Santarem 18. die Nouembris 1598. Luppo de Barros iudice ſub n. 213.

De votis diui Iacobi, an in exactione eorum vſurpetur Regalis iuriſdictio, ſicut & de oblationibus exigendis, dicemus infra ſub tit. 40. ad illum locum legentem remittimus.

SVMMARIVM.

1 *Semper in hoc iudicio ex bono,& æquo proceditur inſpecta veritate negotij licet erratum ſit in forma petendi.*

2 *Si intra tempus præfinitũ grauamen non ſit præſentatũ ſemper cognoſci debet.*

Grauamen ſucceſsiuũ datur quando ex notoria oppreſsione, vel alia ſimili cauſa ſupplicatur.

3 *Succurrendum eſt etiã parti non petenti quando conſtat de oppreſsione.*

Licet pars conſentiat, & reſpondeat in Eccleſiaſtico illi ſuccurrendum eſt.ibi.

4 *An poſsit dari abſolutio cum in reincidentia ſtillus qui obſeruatur iubendo ſtatim, vt cenſuræ tollantur non poteſt obſeruari eo modo quo conſueuit fieri.ibi.*

5 *Iudex à quo ſupplicatur non ſolet condemnari in expenſis licet aliter in regno Caſtellæ fiat.*

6 *An Eccleſiaſticus iudex teneatur acta, & proceſsũ mittere iudici Regio.*

Olim acta non denegabantur iudici Regio.ibi.

Quando denegabatur proceſsus olim iudex chartas mittebat,& cauſa in Palatio decidebatur, vt in cõtumaciam procederetur in cauſa,& iuſtificatione violentiæ.ibi.

7 *Nouus ſtyllus irrepſit quod eo caſu petitio partis habeatur pro iuſtificata.*

Hæc praxis eſt ab omni ratione aliena.ibi.

8 *Copia proceſſus debet dari parti contra quam ſupplicatur, vt ius ſuum defẽdat ne imperitia forte iudicis pereat.*

9 *Iudex Regius poſt primã ſententiam, non poteſt cum alijs iudicibus ſecundam chartam expedire vel in negotio procedere.*

Quæ ſint in iuditio Regio omni cognitioni communia, vel ex violentia notoria, vel ex oppreſsione, vel denegato iure naturali, vel ex vſurpata iuriſdictione Regia cognoſcatur.

CAP. XI.

1 Diuiſa ſic Imperij forma, & diſtributis partibus quibus hic cognoſcendi, in Regio tribunali, ordo componitur, modo ex violentia manifeſta, modo ex capite notoriæ oppreſsionis, vel ex altero ex quatuor titulis ſupra aſsignatis, oportet nnnc, vt aliqua notemus, quæ vtrique cognoſcendi formæ communia ſunt; quorum primo ſe offert quod in hoc iudicio Regiæ Coronæ, ex bono & æquo proceditur, nec petendi formulis ſtatur, ſed occurritur, vbi naturalis æquitas ſuccurrendum dictat, licet pars in petendo deficiat, vel non curiali forma petat, veritate, & iuſtitia ſuggerente, ad imaginem text.in cap. ad petitionem de accuſation. vbi Pontifex ſpoliatum per ſententiã nullam, non reſtituit, ſpreto iuris rigore, ſecutus veritatem negotij, & cauſæ, vt explicat gloſ. ibi verbo reſtituendus; arg.l.2.§. qui furem ff. de furtis vbi fur condemnatur ad damnum non petitum, l. æmilius vbi Bart. ff. de minor. ſpecul.in titul. de actione, & petitione, §. ſuper petitionibus verſ. ſed quid ſi reus, ſicque in hoc regno in omnibus cauſis faciendum decernit Regia Ordinat. lib.3. tit. 63.in princ.& tit.30.§.fin.& titul. 44.§.3.& tit.48.§.4.& tit.52.§.4. & lib.4.tit.54.§.fin. Azeued.in l. 10.tit.17.lib.4.nouæ recopil.num. 118. Pinel.in l.2.3.p. num. 34. Valaſc.q.6.num.11.de iur.emph. Guilel. verbo ſi abſque liber titul. de fidei.ſubſt.num.49. ad fin.vbi refert legem Frãciæ á Philippo pulchro latam anno 1303. cap. 8.& 9. & in Curia Delph. Guido q.369. Guterres lib.1.pract.c.100.

2 Vnde etiam ſi grauaminis inſtrumentum intra 30. dies non ſit præſentatum, in Senatu vt requirit Ordinat.Regia libr.1. titul.62. §.78.& lib.3.titul.74.§.5.vbi melius, & lib,3.tit.20.§.46. tamen nõ ex eo definit poſſe cognoſci, quia omnibus his caſibus, in quibus ad Regem recurritur datur ſucceſsiuum grauamen, & perpetuum, quouſque tollatur violentia, vel non denegetur ius naturale, vel non ceſſauerit abuſus, vel ſi forte cenſuræ impoſitæ ſint quæ grauamen inducunt ſucceſsiuum quia quotidie moritur excommunicatus ex

tus ex doctrina Bal. in l. 2. C. de Epiſcopal. audi Felin. in cap. accedens 2. num. 15. vt lite non conteſtat Felin in cap. quoad conſultationem de re iud. ex num. 22. faciuntque Pinel. 2. part. l. 2. cap. 1. num. 27. Cabedo d. 76. n. 3.

3 Secundo quod in hoc iudicio partibus etiã non petentibus ſuccurrendum eſt, quia licet ſententiæ acquieſcant, ad huc Regius procurator, ex officio tenetur gregi inuigilare, & non parcere labori, miſeroſque, & oppreſſos ſubleuare, vnde nec parti obſtabit quod coram iudice Eccleſiaſtico reſponderit, & non obtinuerit, quia ſi vère, & realiter illi denegatur ius naturale, vel notoria ſit violentia, nunquam ipſius aprobatio & conſenſus operari potuit, prorogationem iuriſdictionis, circa illum articulum, qui ſæcularis eſt & ſuccedit Ordinat. libr. 2. tit. 1. §. 14. in ſpecie diſputat Pax in praxi 2. p. præludio vlt. in fin. Ceuallos 4. p. q. 897. num. 276. Rodrigues de annuis reditib. q. 17. num. 71. Menoc. conſ. 322. vol. 4. Nec obſtabit, procuratori Regio, qui omni tempore poteſt ſubditum reuocare, & detinere in ſuo priuilegio, etiam inuitum, quia ad mixtum habet ius publicum, cui priuati renuntiare nequeunt, arg. c. ſi diligenti de foro comp. Ordin. d. §. 14. & titul. 14. & faciuntque Barboſa in l. ſi quis ex aliena ff. de iudic. à n. 73. & 87. & 101.

4 . Tertio illud obiter notãdum quod quando ſupplicatur à cenſuris nulliter, & ſine iuriſdictione prolatis, & dum cauſa pendet, in eo iudicio, ſolet dubitari, an poſſit iudex Regius iubere, quod interim ad reincidentiam leuentur cenſuræ, dum articulus violentiæ deciditur, & licet ſtilus hoc inuiolabiliter obſeruet, quaſi medium conueniens ad prætenſum finem, ne ſupplicans in cenſura inſordeſcat, tamen ad huc videtur dari notorius defectus poteſtatis, in magiſtratibus, ſæcularibus, quos etiam ſi dicamus poſſe tollere cẽſuras, per modum cauſæ, vt ſupra diximus explicando tantum ipſarum nullitatem, tamen illud quidem obtinet, quando iam præcedente cauſæ cognitione, & nullitatis, illud determinant, verum hoc caſu cenſuras iudex tollit, antequam de earum nullitate illi conſtet, & ſic tempore inhabili, facit Ordinat. d. titul. 9. §. 12. ibi, *& deſpois de os juyzes de noſſos feitos julgarem que o conhecimento pertence a noſſas juſtiças*, quibus verbis non permittit ſubere vt tollantur cenſuræ, niſi poſtquam perfectè cognitum fuerit, de meritis cauſæ, & negotij, quare puto non rectè in Senatu hunc ſtillum, admiſſum fuiſſe, licet enim agnoſcamus poſſe iudicem Regium iubere, vt pendente grauamine cenſuræ ad reincidentiam tollantur, prout videtur deduci poſſe ex text. in auth. de ſanctiſsim. Epiſc. §. omnibus vbi interdicitur Epiſcopis, aliquẽ

ſegregare à ſacra communione, ante quam cauſæ monſtrentur, propter quas ſanctæ regulæ id fieri iubent, cuius praxis meminit Couar. pract. cap. 35. num. 3. Nauar. in cap. cum contingat de reſcrip. remed. 1 Carolus de Graſal. lib. 2. regal. Fran. iure 7. Aufrer. in Clem. 1. de offic. ordin. fol. 30. reg. 2. Azeued. l. 15. titul. 1. libr. 4. num. 12. nouæ recopil. Ceuallos 4. p. q. 897. num. 326. ad medium. Tamen eo caſu, licet iudex Regius deprecetur, vt interim tollantur cenſuræ, non tamen poteſt illam conſuetam clauſulam adijcere, (vt ſi ita non fiat, iubet ne excommunicati euitentur, vel admittantur ad communicationem, & iuditia) quia ſolum poteſt mittere primã, & ſecundam chartam, vt cenſuras leuet, ſimpliciter quod ſi non pareat, Regis auribus intimandum eſt, per certitudinem, vt eum vocet in forma Ordinationis libr. 1. titul. 12. .6. atque ideo praxis qua receptum eſt, vt ſtatim in ingreſſu cauſæ, & ſupplicationis, charta expediatur ne obſeruentur cenſuræ, explodenda eſt, quia contra verba concordiæ, & Conſilij ceſſ. 25. de reform. cap. 3.

5 Quartum notabile eſt quod in his grauaminibus quæ ad Regia tribunalia diriguntur non ſolent, iudices Eccleſiaſtici cõdemnari in expenſis, licet enim ob malitiam liceat iudicem, á quo ſupplicatur, in expenſis condemnare, ex Ordinatione Regia lib. 1. titul. 65. §. 9. Cabedo areſt. 39. Valaſc. conſ. 26. tamen in hoc iudicio, aliud ſtilo introductum fuit, & etiã ſi magni litis ſumptus emergant, nulla expenſarum fit condẽnatio, quæ praxis videtur poſſe defendi, ex Ordinatione libr. 3. tit. 63. §. 3. quæ iubet quod non fiat expenſarum condemnatio, in his cauſis quæ inter Regem eiuſque procuratorem, & vaſalum inſtitutæ ſunt, Cabed. d. 118. 2. p. num. 25. cumque hæc grauamina ſemper manu procuratoris Regij expediantur, hoc ſufficit vt nulla fiat expenſarum condemnatio, in regno Caſtellæ, aliter praxis obſeruat, quando malitia iudicis colligitur, ex his quæ Rodrigues de annuis redditib. lib. 1. cap. 17. num. 73. Gregor. l. 13. titul. 17. part. 2. Caſſan. in Conſuetud. rub. 1. §. 5. num. 82. Auendan. 1. p. cap. 1. n. 32. verſ. pro violentijs, Azeued. in l. 2. tit. 6. lib. 2. Auiles prætor gloſ. 1. verbo mandamientos num. 11. pro quibus expenſis ſoluendis poſſũt capi iudicum bona temporalia, quæ iuriſdictioni Regum ſubſũt ex Rebuf. in tractat. de exception. num. 5. Azeued. libr. 4. titul. 1. l. 11. num. 10. Zorita libr. 2. cap. 23. & c. 31. & 60. Ceual. 4. p. q. 897. n. 291. Belluga rub. 11. §. videndum n. 12. Seſe de inhibitio c. 8. §. 3. n. 202. noſtrum tamen ſtillum magis probo cum Eccleſiæ magis fauori cõſulat.

6 Quintum notabile eſt circa exhibitionem proceſſus Eccleſiaſtici

ſtici in quo caſu quotidie graues contentiones emergunt, & non eſt dubium poſſe Reges, quádo pro reparandis violentijs cognoſcunt, acta expoſcere non vt iudicialiter cognoſcant, de cauſa, vt arbitratus fuit Soares aduerſus Angliæ errores cap. 34. libr. 4. num. 34. ſed ad aſſumendam veram cognitionem facti, in quo deferunt iudicibus Eccleſiaſticis, dum ab actis veritatem petunt, & exactis fabricatis ab ipſo iudice Eccleſiaſtico, cum tamen poſſent aliunde facti probationes aſſumere, nec eſt dubium Eccleſiaſticum teneri acta, & proceſſum exhibere, cõmittit nanque nouam violentiam, qui proceſſum denegat, quia directè offendit Regiam iuriſdictionem, quia tollendo media, tollit, & finem, cognitionis Regiæ, circa modum tamen variauit ſtillus, nam ſi antiquitati credimus, quando olim acta petebantur, non ſolebant denegari, conſtat nanque quod cum Patriarcha in regno adeſſet, anno 1594. & ab eo ad Regem ſupplicaretur in proceſſu Antonij Veloſo Sequeira ipſe proceſſus exemplar miſit, & Auditor ipſius in Senatu Pallatij auditus fuit, & pro ſua iuriſdictione pugnauit, primo Ianuarij anni 1596. Quando vero proceſſum denegabant, iudices Eccleſiaſtici mittebatur prima, & ſecunda charta, & ſuper eo cauſa deferebatur ad Senatores aulicos, & ibi pronuntiabatur vt viſa contumacia, iudicis Eccleſiaſtici, iudex Regius pronuntiaſſet in grauamine interpoſito ex allegationibus partis aduerſæ, ſub hac forma. *Mandaõ que ſe proceda à ſua reuelia, & que elle ditto Colleitor em quanto os naõ manda, naõ proceda contra os agrauantes* 17. *de Iunho de* 1594. idem pronuntiatum fuit in alio proceſſu D. Mariæ de Faria anno 1597. ibi. *que não procedais contra a ſupplicante, nem a obriguets dar conta do ditto teſtamẽto, ſem dar primeiro os autos, & aſsi ſe aſſentou no Paço. Aſſentouſe que o Vigairo era obrigado dar os proprios autos*, & in alio proceſſu 24. Aprilis anno 1597. reperitur alia ſententia quæ ſic habet, *Manda el Rey noſſo Senhor que o Iuyz dos feitos da Coroa que deſte caſo conhece, dè deſpacho às partes como for juſtiça, viſto como o Vigairo géral foy ouuido na meza do Paço, & nella determinado que deſſe os proprios autos, aõ q̃ naõ ſatisfez, ſendolhe o ditto deſpacho notificado, ſe procederà à reuelia, & ſem os dittos autos viſta a contumacia* 24. *de Abril, &c.* qui ſtilus durabat adhuc anno 1601. in quo aliam ſententiam inueni, quę ſic habet, *& como eſtà determinado que não querendo dar os autos ſe proceda à reueria* 15. *de Mayo de* 1601. *Pero Nunes da Coſta*, altera eſt lata 8. Iunij 1601. quæ idem continet ſub num. 492. in ſupplicatione Stephani Fernandez.

7 Poſtea nouus ſtilus irrepſit nempe quod denegãte acta iudice Eccleſiaſtico partis ſupplicatio haberetur pro iuſtificata, & illi proui-

prouideretur arg. Ordinationis lib.2.tit.10.§.1. in fine & titul. Regiminis Senatorum Pallatij §.116. in fine quæ Ordinationes in ſuis caſibus procedunt, nec ad alios poſſunt extendi. Ideo talem ſtilũ exterminandum cenſeo, quia eo caſu ſupplicans debet ſuam oppreſsioné iuſtificare ex alijs actis, vel certitudinibus, & ſi de ea plene doceat, tunc ei prouideri poteſt, aliás ſecus, quia id olim obſeruabatur, nec contrarium potuit introduci, prout quotidie fit, *que haõ a petiçaõ da parte por juſtificada*, quare æquius iudico vt antiquus ſtillus obſeruetur, quia noui nullum fundamentum aſsignari poteſt, dum ſupplicationi partis prouidetur, ex nuda aſſertione, & forſan falſa cum præiudicio partis aduerſæ quæ non deliquit.

Semperque aduertendum eſt ad Regium dipploma quod continetur lib.6. Senatus fo.24. quod non permittit quod acta, & proceſſus criminalium cauſarum petantur quæ in ſecreto ſint ſed exẽplar, eorum quæ iam publica ſint partibus.

8 Sextum notabile eſt circa copiam proceſſus partibus dandam quod ſolet Regius procurator inſtare, ne parti contra quam ſupplicatur ad Regium tribunal copia detur actorum, eo fundamento quod in cauſa ſupplicationis, ſolus ſupplicans iudexque à quo ſupplicatur audiri debet, quia dũ iudicis culpa arguitur ipſe pro ſua iuriſdictione audiri debet arg. text. in cap. venerabilibus de ſent. excommun. lib. 6. quia ipſius intereſt, defendere cauſam ſuam, ſed pol hæc traditio eſt exterminanda ab eo iudicio in quo ex bono, & æquo proceditur, & ſæpiſsimè ſupplicatur á Collectore vel alio iudice Eccleſiaſtico, qui acta non mittunt, & nuda manet partis petitio, quam haberi poſſe pro iuſtificata vt ſtillus obſeruat, quam abſonum ſit iam ſupra oſtendimus, & partibus, & iuſtitiæ cauſa ſummopere conſulitur, ſi partes audiantur, quia cauſam inſtruunt, & iuſtitiam aperiunt, laborem leuant iudici, & in tempore occurrunt, ne poſt vulneratam cauſam per impedimenta ad mittantur, inſuper ſi procuratori Regio datur actorum copia, quia ipſius intereſt Regiam iuriſdictionem tueri, quo modo negáda eſt parti aduerſæ contra Reg. non licet de reg. iur. lib. 6. exulet igitur talis ſtilus, & partibus actorum fiat copia, vt plene de iure ſuo doceant, quibus nocere poterit iudicis á quo ſupplicatur, vel imperitia ſi non perfecté reſpondeat, vel contumacia ſi acta non remittat, nec poteſt fieri argumentum á ſupplicationibus ad Senatũ, quarum non fit copia partibus, quia in illis ſemper acta adiunguntur, ſemper iudex reſpondet, quod nõ ita eſt in his grauaminibus de quibus agimus.

Septi-

9 Septimum notabile eſt quod in iudicio Regiæ Coronæ, lata ſentētia virtute cuius charta rogatoria expeditur, ſi iudex reſpondet deprecatus, & pugnat arguendo nullitatem vel iniuſtitiā chartæ quam implere recuſat, in expedienda ſecunda charta rogatoria ſolent iudices Regij, diuerſos iudices ſibi adiungere, & quidem hoc nullo modo fieri poteſt quia illa cauſa pertinet ad certos iudices, nec per alios expediri poteſt, vnde allata reſponſione iudicis Eccleſiaſtici, videndum de nouo eſt an talia alleget ex quibus prima charta rogatoria reuocari debeat, vel ad impleri quod per alios diuerſos iudices, nullo modo fieri poteſt, & vſque ad finem cauſæ quia omnia gerūtur in executionem præcedentis actus arg. Ordinationes libr. 3. tit. 86. §. 1. & titul. 87. §. 12. & lib. 1. titul. 1. §. 10. & lib. 5. tit. 124. §. 25. & lib. 1. titul. do regimento do Paço §. 10. & lib. 3. titul. 65. §. 6. & alibi, & titul. 66. §. 6.

Ex his quæ notaui ad cauſarum expeditionem quæ in Regio tribunali exercentur, poteſt ad caſus non enumeratos elici deciſio, nō enim poſſunt omnia præſtringi, maximè à viro, humilis ingenij, tantum volui, vt eſſent nota legenti principia, ſeu elementa quibus hæc materia componitur, reliqua prudentis iudicis arbitrio relinquenda ſunt, cuius mens molem agitat, & ſub pondere gemit torquens cœlum humeris, omnia enim quæ in hoc iudicio fiunt ex proprio cerebro depromi debēt, conſulendo partibus, ſeruando leges Regias, rigorem molliendo, & omnia cum ſuauitate diſponendo, aſperaque in vias planas, præoculis obſeruando Eccleſiaſticam libertatem, vt omnia fæliciter, & proſpere ſuccedant.

SVMMARIVM.

1 *Forma quæ obſeruatur quando iudices Eccleſiaſtici chartas rogatorias implere recuſant.*

2 *Referuntur verba Concordiæ in hoc caſu.*

3 *Altera concordia Regis Sebaſtiani.*

4 *Princeps non iudicat his caſibus, ſed rogat.*

Litteræ rogatoriæ Principis cōtinent mandatum. ib.

5 *Princeps ex cauſa vrgēti poteſt ad ſe vocare prælatum.*

Principi

6 *Principi qui cognoſcit de violentia iniuſte acta, & proceſſus denegantur.*
Acta petuntur vt fiat fauor iuriſdictioni Eccleſiæ. ibi.
Concordia extat particularis circa exhibitionem actorum. ibi.
Denegato proceſſu iuriſdictio ſæcularis perturbatur. ibi.
7 *Stilus obſeruat denegato proceſſu petitionem partis habendam pro iuſtificata.*
8 *Improbatur hæc praxis.*
Hic ſtilus valide à Senatoribus introduci non potuit. ibi.
Olim partes eo caſu admittebantur ad iuſtificandum ſuum grauamen. ibi.
Contra ocultãtem eſt præſumptio. ibi.
Verus ſtilus eſt vt etiam iudice Eccleſiaſtico non comparente proceſſus examinetur circa merita ſententiæ. ibi.
9 *Poſt reſolutionem habitã in palacio non poſſunt prælati recuſare implere mandata.*
Si Prælatus eo caſu vult audiri prius debet obedire & poſtea proponere cauſã querellæ. ibi.
Quando inter prælatos arbitri electi ſunt, qui victus eſt non poteſt adhuc ſe cenſuris defendere. ibi.
Si nõ obediat mandato Pallatij eius temperalitates occupantur. ibi.
Quæ tamen extra domum ſunt non intra. ibi.
10 *Contra Epiſcopum non ſufficit prima ſentẽtia, ſed cauſa multis ſententijs deciditur ſecus contra Principem quia vna ſufficit.*
11 *Poſt reſolutionem habitam in menſa Pallatij non poteſt Epiſcopus miniſtros excommunicare.*
In cenſuram Bullæ Cœnæ non incidunt magiſtratus Regij. ibi.
Implicat poſſe excommunicari iudicem Regium, vel Senatores Pallatij, cum eo caſu ſuperiores ſint ſtilus tamen obſeruat vt ipſi ſupplicent vel procurator Regius.
12 *Si iudex Eccleſiaſticus nõ paret decreto Senatus pallatij occupantur temporalitates, & citatur vt ẽ regno*

no expellatur.
Explicantur Bullæ Cœnæ verba. ibi.
Vna poteſtas non poteſt aliã perturbare. ibi.
13 *Apud nos tamen contra Epiſcopum non proceditur vt expellatur Principe inconſulto.*
Referuntur exempla.
14 *Si iudex exterus procedit qui priuari non poteſt naturalitate tunc proceditur contra partem in cuius fauorem procedit.*
15 *Iudex Regius executor eſt ſentẽtiæ ſeu Areſto à Senatoribus Pallatij prolati.*

Quomodo Princeps ad ſe vocare poſsit Prælatos qui adimplere recuſant chartas rogatorias quibus ab illis deprecatur vt à violentijs illatis deſiſtant ad explicationem Ordinat. lib. 1. tit. 12. §. 6.

CAP. XII.

1 POſtquam in Regia Curia, cauſæ quæ ad illam á iudicibus Eccleſiaſticis deferuntur, in caſibus violentiæ, vel ſimilibus, terminantur duæ rogatoriæ chartæ expediuntur quibus iudex Regius deprecatur, ab Eccleſiaſtico, vt violentiam tollat, quas ſi adimplere recuſat, ad Cæſarem mittitur proceſſus, ſeu certitudo ipſius, & ipſe Prælatus ad Regis præſentiam vocatur, vbi eo audito iudice Regio Cæſariſque procuratore, iuſtitia cauſæ diſcutitur, examinatoque proceſſu, & partium iure, quid faciendum cæleſti veluti oraculo à prudentiſsimis patribus, & longa negotiorum experientia atritis decernitur; ſuper qua cognoſcendi forma, diſponit Regia Ordinat. lib. 1. titul. 12. §. 6. in hæc verba.

E quando os juyzes Eccleſiaſticos naõ quiſerem deſiſtir de tomarem noſſa juriſdiçaõ os juyzes de noſsos feitos daraõ cartas àquelles cõtra quẽ os dittos juyzes Eccleſiaſticos procederem nas quaes lhes encomẽdaraõ que não procedão contra elles, & nellas declararão que a juriſdição pertence a nos, & mandarão a noſſas juſtiças q̃ não guardem ſeus mãdados como de juyzes incõpetentes, & que não os eui-

tem nem prendão por ſuas cẽſuras, nem leuem delles penas de excomungados, nem guardem, nem executem ſuas ſentenças, & quãdo os Prelados ou juyzes Eccleſiaſticos ſem embargo das ditas cartas naõ quiſerem deixar de proceder contra os leigos, ou naõ deſiſtirem dos procedimentos que tiuerem feitos contra elles nos como Rey, & ſenhor os chamaremos por cartas por nos aſsinadas eſtando elles fora da Corte, & donde eſtâ o deſembargo do Paço, & eſtando onde a Corte eſtiuer por recado noſſo para nos darem rezaõ de como tomaõ noſſa iuriſdiçaõ, & para ſobre iſſo ſerem ouuidos perante os noſſos Deſembargadores do Paço com o juyz, & procurador dos noſſos feitos, os quaes falaraõ & diſputaraõ ſobre o caſo, & não querendo o juyz Eccleſiaſtico reconhecer que a tal iuriſdiçaõ pertence a nos, ſe guardarà o que pellos dittos Deſembargadores do Paço em noſſo nome for determinado. Ideſt quando iudices Eccleſiaſtici non deſtiterint ab occupatione Regiæ iuriſdictionis, iudices noſtræ Coronæ expedient chartas in fauorem eorum qui grauati proponuntur quibus ab eis deprecabuntur ne contra eos procedant, exprimẽtes quod illis caſibus ad nos iuriſdictio ſpectat, iubebuntque in ſimul Regiis magiſtratibus ne eorũ mandata ſeruent tanquam incompetentiũ iudicum, nec ſubditos Regis euitent, nec capiant cenſurarum occaſione, nec ab illis pœnas excommunicatis inſordeſcentibus impoſitas extorqueant, nec obſeruent, nec exequantur tales ſentẽtias. Quod ſi Prælati Eccleſiaſtici vel iudices literis rogatoriis non deferentes ad vlteriora proceſſerint, nec â cenſuris deſtiterint, vel proceſſibus inchoatis. Nos tanquam Rex, & dominus, eos vocabimus epiſtola noſtra manu ſignata ſi extra Curiam degant, vel per nuntium quando in Curia reſideãt, vt coram nobis compareant rationem reddituri cur noſtram iuriſdictionem vſurpant, & vt ſuper eo de iure ſuo doceant coram noſtris aulicis Senatoribus cum iudice, & procuratore Regio,

qui de iure vtriuſque partis diſſerant, & diſputent, quod ſi tandem iudex Eccleſiaſticus non agnouerit noſtram eſſe iuriſdictionem, nec deſtiterit ab inceptis, dicti Senatores cauſam decident quodque ab illis noſtro nomine ſancitum fuerit obſeruabitur.

2 Huius Ordinationis originem quærens nullam aliam offendi quam illam, quæ ex quadã cõcordia cum inuictiſsimo Rege Ioanne primo edita colligitur art. 82. & 48. & ex alia Regis Sebaſtiani §. 11. Primæ concordiæ Regis Ioannis primi d. art. 82. hic non ſcribam qui illum iam ſupra poſui ad Ordinationem libro 1. titul. 9. §. 12. vbi videri poteſt. Concordia vero d. cap. 48. ſic habet.

Item aos 48. capitulos em que dizemque manda citar os Prelados, & ſeus vigayros por qualquer couſa em que toma vontade, & fazem cuſtas & tomaõ trabalhos, & os cõdenaõ, & ſe os naõ citaõ por cartas abertas, mandaos vir por cartas cerradas.

A eſte cap. reſponde el Rey que elle naõ manda citar nem chamar os Prelados, ſaluo quando he por alguãs couſas que ſaõ de ſeu ſeruiço, & em os caſos q̃ deuem ſer citados, ou por alguãs couſas q̃ cũpre de elle com elles fazer por bẽ do Reyno, & os Prelados ſaõ teudos de virem ao chamado, & mandado del Rey quando os manda chamar por ſeu ſeruiço, & aſsi he artigo antre os Reys ſeus anteceſſores, & chereſia, & eſcuſado lhe fora porẽ tal palaura q̃ elle por võtade os manda chamar, ſenaõ por grãde trabalho, & rezaõ licita, & couſas honeſtas, id eſt 48. *cap. dicũt quod Rex iubet citare Prælatos eorumq; vicarios ex quacunq; cauſa pro libito voluntatis ſuæ, in quo faciunt expenſas, & patiuntur labores, dum citantur, & vocantur chartis* Regijs, *vel appertis, vel clauſis.*

Ad hunc articulum reſpondet Rex quod non citat, nec citari facit Prælatos, niſi quãdo fuerit ex cauſa quæ eorũ præſentiam, & tractatum poſtulet, ratione boni communis, quo caſu Prælati tenẽtur mãdato Regis comparere quãdo ita expediat, ſic enim inter Re*ges, & Clerum olim ſpeciali concordia ſancitum fuit, &*

vrbanius ageret ſi illa verba ſupprimerent quæ habet quod ex libito ſuæ voluntatis eos vocat quia hoc non facit niſi ex magna cauſa, & iuſta.

Et notanda ſunt illa verba concordiæ quæ alterius antiquioris mẽtionem faciunt, qua hoc idem iam antea diſpoſitum erat, hoc idem repetitum fuit in concordia Regis Sebaſtiani, cap. 11. quod ſic habet.

3 *No onzeno apontamẽto dizem que nas duuidas que ſe mouẽ antre os julgadores Eccleſiaſticos, & ſeculares ouuem meus officiaes como juyzes aos Eccleſiaſticos, & ſe naõ querẽ eſtar pelo q̃ elles determinaõ procedẽ cõtra elles, & os auexaõ contra direito. Neſte apõtamẽto ſe determinou que o juyz de meus feitos he cõpetente para conhecer ſe a iuriſdiçaõ pertẽce a minhas juſtiças quando o aggrauãte he leigo, porq̃ tẽ fundada ſua juriſdiçaõ em direito cõmum, & como tal pôde mandar ao juyz Eccleſiaſtico q̃ reſpõda â rezaõ que tem para tomar conhecimẽto de tal caſo, por aſsi ſer conforme a direito, & ſempre ſe praticar, & vſar neſtes Reynos, & quãdo no juyzo de meus feitos ſe determina o conhecimẽto pertẽcer a minhas juſtiças, & naõ ao Eccleſiaſtico o juyz de meus feitos naõ faz mais q̃ declaralo, & aſsi encomẽdar por ſuas cartas aos juyzes Eccleſiaſticos q̃ naõ procedaõ, & mãdar a minhas juſtiças q̃ naõ guardẽ ſeus mãdados como de juyzes incõpetentes, & quãdo os prælados, & juyzes Eccleſirſticos ſẽ embargo das ditas cartas naõ querẽ deixar de proceder cõtra os leigos, nẽ deſiſtir do q̃ tẽ procedido, eu como Rey, è ſñor os chamo por cartas por my aſsinadas para me darẽ rezaõ de como aſsi tomaõ minha juriſdiçaõ, & para ſobre iſſo ſerẽ ouuidos perãte os meus Deſembargadores do Paço, ideſt.*

In vndecimo capit. dicunt, quod in dubijs motis inter iudices Eccleſiaſticos, & ſæculares; audiunt tanquam iudices, & ſuperiores, coram ſe iudices Eccleſiaſticos qui ſi non acquieſcunt eorum decretis aduerſus eos procedunt illoſque vexant contra iuris præcepta.

In hoc capitulo ſancitũ fuit quod iudex Regius eſt competens

petens ad cognoſcendum, an iuriſdictio ad Regem ſpectet quando ſupplicans ſæcularis eſt, habet enim Rex fundatam intentionem ſuam in iure cōmuni, & vt talis poteſt notificare iudici Eccleſiaſtico vt reſpondeat quo fundamento cognitionem illius caſus aſſumit ita enim eſt de iure, & in hoc regno ita praxis, & ſtillus obſeruat. Quādo autem in iudicio Coronæ Regiæ deciditur cognitionē pertinere ad Regios *iudices, & non ad Eccleſiaſticos iudex* Regius *ſolū per viam declarationis procedit rogatque ſuis chartis iudices Eccleſiaſticos quod vlterius non procedant iubendo ſæcularibus iudicibus ne iudicum Eccleſiaſticorū mandata obſeruent tanquam iudicum incompetentium, quod ſi Prælati, & iudices* Eccle*ſiaſtici his non obſtantibus nō deſiſtunt laicoſque adhuc vexant, ego tanquam Rex, & dominus eos voco meis Epiſtolis mea manu ſignatis, vt mihi rationem redant cur ſic meam vſurpent iuriſdictionem, & vt ſuper eo in Senatu mei pallatij audiantur.*

4 Quibus concordijs noſtra lex Regia ſatis fulcitur, conſtat nanque Reges in omnibus intendere bono communi conſulere, & ſine offenſione iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, partium iura cōſeruare, nam in ſupplicationibus ſæcularium qui ſe oppreſſos cōquæruntur, non iuriſdictionaliter cognoſcunt, & ordinariè, ſed extra ordinem, per quandā ſimplicē facti notionem, non iudicant, ſed declarant, & apperiunt facti veritatem, non imperant, ſed deprecantur, & rogant, non ſententiā promulgāt, ſed litteras rogatorias mittunt, ita vt omnia fiant cum maximo decore, & vrbanitate, vt ſola reparetur violentia, nec obſtabit quod illæ litteræ rogatoriæ mandatum continent, vt ponderat Decianus in tractat. crimen lib. 9. cap. 37. num. 6. in fine, & Iaſon. § quadrupli. num. 58. de action. ex ea ratione quia ſi Regum officium eſt tales violentias tollere, ſubſequitur, quod ratione rei de qua agitur, verba hortamur, & rogamus tranſeunt in præceptum, ne defenſio maneat illuſoria in caſu aliás licito vt dixit Seſe de inhibitio cap. 8. §. 4. num. 4. & vltra eum Bobadill. libr. 2. cap. 18. num. 63.

5 Verum licet ille ſenſus, in regno Caſtellæ, & Aragoniæ, recipi poſsit, apud nos nec legis Regiæ verba, nec concordatarum, illum pati videntur, atque ideo apud nos in illis verbis, non præ-

ceptum ineſſe puto, ſed ſimplicẽ rogationem, cui iudex Eccleſiaſticus ex vrbanitate, acquieſcere debet, ſi tamen ſibi aliter videbitur, adhuc alia ſupereſt inſtantia, & vltima tabula in Senatu Pallatij, vbi iudex Regius, & Eccleſiaſticus, pro ſua iuriſdictione pugnantes, de nouo audiũtur, ad quẽ litteris Regis manu propria ſignatis, iudex Eccleſiaſticus vocatur, nec ambigendum eſt poſſe Principem ſæcularem ad ſe vocare iudicem Eccleſiaſticum, vel Prælatum, ex cauſà vrgenti de quo eſt Ordinat. d. §. 6. & apud Hiſpanos eſt l. Caſtellæ 4. titul. 1. libr. 2. & l. 2. libr. 3. titul. 1. defendit Pallati. in repetit. cap. §. 48. num. 49. Oldrad. conſ. 83. nec hoc ius vocandi prælatos quando cauſæ neceſsitas expoſcat, negare potuit, Soares de Primatu. lib. 4. cap. 34. num. 26. Bobadil. lib. 2. cap. 18. num. 61. & deducitur ex capite pe timus 14. q. 1. cap. Priucipes 23. q. 5. c. cũ parati de offic. deleg. ibi á Rege, vel ab Epiſcopo, Auiles in cap. 1. prætor gloſ. mandamos n. 9. Benedictus in cap. Rainutius verbo & vxorem 2. num. 50. deciſ. pedam. 30. n. 12. Carolus de graſſal. lib. 2. regal. Franci. iure 13. Azeued. in l. 13. tit. 5. lib. 5. recopil. n. 7. & l. 65. tit. 5. part. 1. verſ. la quinta, & ibi Gregor. verbo el Rey, & l. 2. & 8. titul. 7. part. 3. & l. 13. titul. 3. libr. 4. recopilat. & l. 11. titul. 10. libr. 5. eod. vbi Matienço gloſ. 7. idem Azeued. in l. 1. titul. 1. libr. 4. recopil. & l. 13. titul. 13. libr. 4. num. 5.

6 Verum quia ante quam deueniatur ad vocationem prælati, multa accidere ſolent, notatu digna, ſingula per curtam obiter notans in quo ſecundum iuris præcepta in Senatu procedi ſoleat, & in quo aliquo modo excedi ſolet, vt ſingula ſuaui lenimento temperentur, vt Regia iuriſdictio illæſa conſeruetur, ſine dedecore, & vſurpatione Eccleſiaſticæ.

6 Primum igitur quod occurrit eſt, quod quando ad Regium tribunal ſupplicatur, non leuia iurgia excitantur in limine illius cognitionis, dum acta petuntur ab Eccleſiaſtico iudice, qui actorum denegat exhibitionem, & ſuperioritatem Regi debitam, vt in hoc regno Collector Appoſtolicus facere ſolet, quod quidem, an iuſte faciat? nemo non videt, ſuppoſito nanque quod Principi hæc cognoſcendi, de manifeſtis violẽtijs, poteſtas iure, concordatis, & authoritate Appoſtolica conceditur, ipſe iuſte acta petit, vt ex illis colligat, an vera narret ſupplicãs, cui non recte denegantur, quia in denegatione proceſſus, inuoluitur, & ipſius partis defenſio, quam denegare cenſetur, qui media denegat, quibus ille finis aſſequitur, ſicut è conuerſo conceſſo Principi ſæculari, illo fine tollendi violentiam, media ipſi accommodata conceſſa cenſentur, ne iuriſdictio maneat illuſoria cap. præterea de offic.

offic. de leg. l. 2. ff. de iuriſd.omni iudic. Immo ſi bene aduertimus, in hac actorum petitione, multum Principes ſæculares deferunt, iuriſdictioni Eccleſiæ, dũ quærellam partis, non ex alio proceſſu inſtruunt, nec veritatem cauſæ, aliunde petunt, quam ab eodem proceſſu illius iudicis Eccleſiaſtici mandato facto, de quo pars aduerſa, conquæritur, cum tamen ſuſpicari poſsit, quod iudex cuius opinio offenditur, per quærellam, acta & proceſſum cõponet, vt nullo modo partis quærimonia vera appareat, & his non obſtãtibus ex ſola fide proceſſus, in Eccleſiaſtico formati, cauſam decidendam decernit, cum partes alio modo poſsẽt admitti ad docẽdũ de iure ſuo. Inſuper ſuper hac actorum exhibitione ſpecialis extat concordia celebrata inter Prælatos, & Reges in 49. capitulo Concordatarum Regis Ioannis primi vbi refertur iam antiquiori concordia illud idem ſtatutum fuiſſe cuius verba ſunt.

Jtem aos que dizem aos 49.capitulos, em que dizem que os conſtrangem as juſtiças que lhe entreguem os proceſſos quando algum leigo he demandado, & he duuida a quẽ pertence a jurdiçaõ, & prẽde os eſcriuaẽs.

A iſto reſponde el Rey que elles deuem iſto de fazer quando as ſuas juſtiças requerem aos ſeus vigayros que lhe enuiem os proceſſos, que aſsi o fazem as ſuas juſtiças quãdo lhe os ſeus vigayros requerẽ que os enuiem porq̃ niſto, hũa jurdiçaõ deue ſer ajudada pela outra, porque aſsi o dizo direito, & aſsi ſaõ artigos antre elle, & a cloreſia.

Ideſt 49. capitulo dicunt quod eos cogunt ſæculares iudices vt illis proceſſus tradãt quoties laicus aliquis conuenitur, & dubitatur ad quem ſpectet iuriſdictio, & ſcribas capit. ad illum effectum.

Reſpondet Rex quod ipſi tenentur proceſſus exhibere quoties iudices ſæculares id expoſcunt à ſuis viccarijs, idem enim faciunt ſæculares iudices quando ab eorum viccarijs expoſcitur, debet nanque vna iuriſdictio adiuuare aliam ſicut iure cautum reperitur ſicq́; inter ipsũ, & Clerũ ab antiquo concordatũ extat.

Huius antiquioris concordiæ veſtigium non reperi, ſed Principi aſſerenti credendum eſt ex reg. text. in Clem. 1. de probation. & eſt optima ratio quod denegato proceſſu iuriſdictio ſæcularis perturbabitur, contra regulam cap.

ex tenore de foro comp. cap. nouit de iudic. ibi non putet aliquis, &c. Auiles prætorum cap. 20. verbo vſurpan. Bobad. lib. 2. cap. 17. num. 185. & cap. 18. n. 15. Azeued. lib. 4. tit. 1. l. 11. n. 10.

7 Vnde quoties Prælatus à quo ſupplicatur proceſſum denegat, obſeruat ſtillus Senatus quod ſupplicatio partis habeatur pro iuſtificata, ac ſi vera ſint, omnia quæ in ipſa continentur, & ipſi prouideatur argumento Ordinationis lib. 1. tit. Senatorum Pallatij §. 116. ibi, *lhe aueraõ por juſtificada a ditta petiçaõ &c.* & libr. 2. tit. 10. §. 1 in fine, ſicut alias contra occultanté librum rationum fit interprætatio ex præſumptione doli, & fraudis; ita vt in lité iurari poſsit, vt dixit Alex. cóſ. 74. n. 2. libr. 7. & cóſ. 65. lib. 1. & conſ. 62. lib. 4. & conſ. 164. lib. 5. Franciſcus Marcus d. 145. arg. l. 1. §. de ſeruis ff. de tutel. & ration. diſtrah. vbi Bart. n. 1.

8 Verum hæc praxis nullo modo ſuſtineri poteſt ratio eſt quia in hac materia non potuit ſtillus introduci, per Senatores ſæculares, ad quos hæc cognitio ex concordia, & cótractu ſpectat, quem egredi ipſi non poſſunt, nec à Principe recipiunt facultatem hoc caſu introducendi ſtillum, quia hæc illis indulgetur, in Ordinatione lib. 3. titul. 64. in rebus, & cauſis quæ polliticæ ſubſunt poteſtati, non vero in his quæ ad vtranque ſpectant, quod cum non reperiatur cautum in concordatis, vt pro iuſtificata partis petitio habeatur, hoc non poſſunt ſoli Senatores ſæculares introducere, ſine ſpeciali conſenſu clericorum Sũmi Pontificis á probatione, vnde eo caſu poterit Princeps procedere contra denegantem alijs remedijs, vel illum é regno expellendo velut publicæ pacis perturbatorem, vel in contumaciam iudicis Eccleſiaſtici, admittendo partem, vt grauamina ſibi illata probet inſtrumentis, vel teſtibus, vel alijs modis ligitimis. Atque in hunc modum olim obſeruabatur quia ſi iudex Eccleſiaſticus denegabat proceſſum illud Regis auribus intimabatur, & cognito de eo articulo in menſa Pallatij decretum emanabat quod iudex Regius in contumaciam iudicis procederet, tunque pats admittebatur ad docendum de veritate illati grauaminis, & cauſæ deductæ examinabantur, quæ ſi iuſtæ apparebát, illi prouidebatur, aliás ſecus; ſi enim aliter fieret, & ſtatim petitio partis pro iuſtificata haberetur, maximo periculo cauſæ exponerétur, nam ſciens ſupplicás quod Collector proceſſum non foret exhibiturus, ſupplicationem confingeret, modo ſibi magis vtili, expreſsis ampliſsimis grauaminibus, quæ ſtatim pro iuſtificatis haberentur, nec obſtabit quod hæc omnia fieri poſſunt, in odiũ iudicis proceſſum occultátis, arg. l. tutor qui repertorium ff. de adminiſ. tutor aliter iuratur in litem

l. inſtru.

l. inſtrumentis ff. ad exhibend. nec excuſatur quod amiſsi ſint libri niſi probetur García de expéſis cap. 20. num. 23. Guterres de iura. confor. 1. p. cap. 40. num. 23. Nicolaus de Paſſerib. de priuat. ſcriptis libr. 4. cap. 1. titul. de libro tutor. num. 36. Muños de ratiocinijs cap. 1 numer. 4. præſumptio nanque ſemper eſt contra occultantem, Menoc. lib. 5. præſumpt. 31. num. 15. Maſcar. concluſ. 831. num. 2. nam reſpondetur quod in odium partis occultantis librum rationum vel iudicis, poteſt fieri interpræctatio, quando non alterius quam ipſius præiudiciũ vertitur, non vero quãdo tertij, prout in hoc caſu malitia, vel dolus iudicis non ipſi tantum nocet, ſed & parti & iuriſdictioni Eccleſiaſticæ cui non parum nocebit ſi omnia grauamina pro iuſtificatis habeantur.

Atque ex his rationibus ſic antiquitati placuit (quouſque anno 1598. contrarium introductum fuit, & per quandam tacitam alluuionem ſtillus paulatim multiplicatis ſententijs coaluit) quæ omnia corroborantur ex Regio dipplomate quod continetur lib. 6. Senatus fo. 25. quo cauetur ne ab Eccleſiaſticis iudicibus proceſſus integri petantur niſi copia, ſeu certitudines ex ipſis quod conducit ad ea grauamina quæ ad Regiam Coronam deferuntur à vicarijs Epiſcoporum in caſibus de quibus contra ſæculares cognoſcunt quandiu in ſecreto proceſſus eſt, quare hic nouus ſtillus merito explodi debet vt ſicut iudex Regius in prima cognitione, non poteſt habere petitionem pro iuſtificata vt ſup. diximus cap. quæ ſint communia. Sic pariter in hac vltima congreſsione quæ fit in Pallatio non comparente iudice Eccleſiaſtico non habeatur, pro iuſtificata ſententia iudicis Regij; ſed proceſſus examinetur, ac ſi ipſe præſens foret quia ipſius contumacia ſolum operatur, vt eo nõ audito procedi poſsit, non autem vt proceſſus, & ſententia confirmetur prout fit in deſertione appellationis, quia hic agitur de viribus ſententiæ, & cauſa diſcuti debet, ne offendatur libertas Eccleſiaſtica, & ius partis cui nocere non poteſt iudicis inobedientia.

9 Secundo occurrit quod poſt ſuceptam coram Senatoribus aulicis reſolutionem ſolent aliqui Prælati, adhuc non acquieſcere, & reluctantes multa obijciunt ipſius implemento egrè ferentes, vt eorum violentiæ corrigantur, & quidem hæc noſtris temporibus ſæpiſsime accidunt, cum maxima regni perturbatione, & hoc caſu ſemper inciuile iudicaui, vt aliquis Prælatus non acquieſcens, Senatus Pallatij decretis, audiretur, priuſquam cum effectu adimpleret Principis mandata eius iuſſa capeſcens, poteſt enim reuiſionem á Principe impetrare, vt non ſemel factum, videmus non tamen,

men, debet admitti vt reſiſtat, implemento decreti, vel adhuc excommunicationes proferat, accuſans ipſius iniuſtitiam, quia hæc cognitio ad ipſum non attinet eo modo; & ſuccedunt quæ Innocent. in cap. paſtoralis de reſcript. num. 8. vbi habet non poſſe iudicem Eccleſiaſticum, quando inter ipſum, & ſæcularem arbitri electi ſunt, in forma Conſilij, Trident. ſeſſ. 14. de reform. cap. 5. Ceuallos 4. p. q. 987. num. 777. lata ſententia, iterum ſe cenſuris defendere, quia re delata ad arbitros, remedia iuris ordinaria conquieſcunt, & eo caſu cenſurarum pro latio magis offenſio quam defenſio diceretur, quod quidem in Principe obtinet, qui velut arbiter inter vtrunque iudicem ſuam ſententiam interponit, quæ ſi iterum oppugnari poſſet, antiquis medijs, in idem reincideremus, & Regia dignitas, & Imperium vileſceret, eiuſque determinatio redderetur illuſoria; atque ideo eo caſu, ſi non obtemperauerit, eius temporalia occupantur, quouſque obediat ex l. fin. ff. de offic. procurat. Cæſar. l. quicunque C. de Epiſc. & cleric. l. 18. tit. 9. part. 1. & l. 8. tit. 7. part. 3. Guilel. verbo, & vxorem decif. 2. num. 155. Caſſan. in Cathal. 5. p. conſiderat. 24. caſ. 138. Auendan. prætor cap. 6. num. 12. Couar. practicar. cap. 35. num. 3. Clarus in pract. §. fin. q. 36. n. 24. Salzedo ad Bernard. cap. 102. lit. A. fo. 353. Cened. in Collectan. ad decretum cap. 37. Mexia de taxa panis concluſ. 5. num. 37. plures citat Bobadil. lib. 2. cap. 18. n. 62. quod de illis temporalitatibus accipiendum quæ extra domum cuſtodiuntur, quia eorum domus non ingrediuntur miniſtri ſæculares, & notificantur ipſorum famuli ne illis inſeruiant, nec ante hanc notificationem capi poſſunt vt ſæpe fit quia niſi præcedat præceptum nulla datur culpa quæ puniri poſsit.

10 Ex his aliquæ inferuntur reſolutiones plurimum obſeruandæ, prima eſt, quod adeo noſtri Principes Eccleſiæ libertatem proſequuntur, vt in his caſibus in quibus ad eorum manum recurritur, eorumque tribunalia contra laicum ſupplicantem prima ſententia, eſt vltima, vt amplius audiri nequeat, ſi vero contra iuriſdictionem Eccleſiæ feratur poſt primam, duæ chartæ expediuntur, in quibus rogati iudicis reſpōſio expectatur, & noua pronuntiatio intercedit, & poſt has ſententias, cauſa ad Senatum Pallatij defertur, vbi vltima ſententia pronuntiatur, & his omnibus medijs Eccleſiæ iuſtitia diſcutitur, & non niſi tot ſententijs contra Eccleſiaſticum iudicem ſtatur, cum ſtetur primæ contra Principem ſæcularem.

11 Secundo quod poſt hanc vltimam ſententiam latam in Senatu Pallatij non poteſt iudex Eccleſiaſticus miniſtros ſæculares, dum exe-

exequuntur excommunicare, vel ipſos Pallatinos Senatores, ſub prætextu vſurpatæ iuriſdictionis, & 15. & 16. cauſa Bullæ Cœnæ, quia in hanc cenſuram non incidunt magiſtratus Regij, qui prætextu violentiæ in caſibus à iure permiſsis, cognoſcunt, explicat Ceuallos 4 part. in Epiſtola num. 92. & q. 897. num. 133. & ſpecialiter de miniſtro exequente, Garcia de nobil. gloſ. 9. num. 36. & ſequent. implicat enim contradictionem, vt Senatores Pallatij ſuperiores ſint ad vim tollendam, & quod impediri valeant, vel excommunicari ſi eam tollunt, quia ſi hoc admitteretur eſſet in manu iudicis qui violentiam committit, impedire ne tolleretur, & ſub defenſionis propriæ, ſimulatione violentiam illatam defendere, vnde lata excommunicatio contra iudicem Regium, dum cognoſcit nullo modo valida eſt, nec obſeruanda, ex defectu cauſæ & tanquã lata in ſuperiorem in caſu violentiæ, quem inferior impedire non poteſt, ſicque dicendum eſt quando lata eſt in Senatores Pallatij, qui loco primi iudicis ſubrogantur per modum reuiſionis; licet etiã eo caſu videré eos abſtinere donec ad iudicem Regium querella á procuratore Cæſaris interponitur ab abuſu, & cenſura declaratur nulla, quod non videbatur neceſſarium.

12 Tertio quod ſi Prælatus, vel iudex Eccleſiaſticus non obediãt his quæ in Senatu Pallatij decreta ſunt ipſis vocatis, & auditis, vel non comparentibus, poſſunt citari poſt occupatas temporalitates, vt è regno expellantur, & naturalitatis iure priuentur tanquam publicæ pacis perturbatores, virtute poteſtatis œconomicæ ex tex. in l. quicunque C. de Epiſcop. & cleric. Salzed. in pract. Canno. c. 102. Bobadil. vbi ſup. num. 62. qui cauté faciendum comendat, & probatur ex doctrina D. Auguſt. cõtra Parmenium vbi dicit quod ſi ſaluti totius corporis humani expediat praciſio alicuius membri putá cum eſt putridum, vel corruptum, laudabiliter, & ſalubriter abſcinditur, ita cum aliquis pernicioſus eſt, communitati, ſalubriter occiditur, vel expellitur, faciuntque D. Thom. 2. 2. q. 64. artic. 2. plura in confirmationem adducit Marta de iuriſd. 2. p. cap. 34. num. 3. & facit cap. reſecandæ & cap. ecce 24. q. 3 Bobad. lib. 2. cap. 13. num. 37. Boer. in tractat. de ſeditioſ. cap. 1. Belluga in ſpecul. tit. de offic. laicis, §. vlt., & in tit. de præpoſit. rub. 11. cap. dubitatũ num. 18. Azeued. lib. 4. tit. 1. l. 4. n. fin. & confirmatur ex hac Ordinatione in princ. ibi, *Prelados, & juyzes*, vbi de Epiſcopis agit quam praxim poſſe defendi fatetur Soares d. cap. 34. n. 15. in fine.

Nec obſtabit, Bulla Cœnæ Domini vbi ſup. quæ prohibet ne Reges ſæculares Epiſcopos eijciant etiam ſi fiat ſub prætextu quod

Remp.

Remp. turbauerint explicat Nauar. in manu cap. 27. num. 67. & facit text. in Clem. 1. de pœnis cap. nouerint de ſentent. excommun. plura congerit Marta d. cap. 34. num. 26. vbi ſine excommunicatione contrariam legi non poſſe adſtruit licet in Hiſpania aliud obſeruetur teſte Salzed. d. cap 102. vbi in princip. intelligit Bullam Cœnæ procedere in eiectione violenta, & de facto á iudicibus inferioribus, non vero in illa quæ fit ſub prætextu propriæ defenſionis & à Principe expeditur, Roderic. de annuis reditib. q. 17. numer. 61. Seſe de inhibition. d. §. 3. cap. 8. n. 104. non poteſt enim vna poteſtas aliam perturbare gl. in cap. 2. de priuil. Bobad. lib. 2. cap. 17. num. 185. & cap. 18. num, 15. adeo vt armis liceat reſiſtere Frãciſcus Marcus q. 215. Menoc. de retinend remed. 3. n. 556.

13 Verum licet hoc ita de iure communi defendi poſsit, in hoc tamen regno, vbi Eccleſiaſticorũ immunitas, & libertas, præcæteris rebus colitur, ob inſignem Regũ pietatem, facienda eſt differentia inter Prælatos inferiores, & Epiſcopos; vt contra priores liceat iudici Regio procedere eoſque citare vſque ad naturalitatis priuationem, & expulſionem, è regno at vero contra maiores Prælatos, puta Epiſcopos, & alios altioris ordinis, nequaquam ſit iudicium inſtituendum, quin prius illud Regi innoteſcat, & eius iuſſus, expectetur, ſpecialiter faciens mentionem de ipſa naturalitatis priuatione, ſic continetur in quadã Epiſtola Regia 4. Mai. 1611. cuius verba ſunt agendo de Collectore Appoſtolico, *que ſe naõ chegue ao vltimo termo que o direito permitte, ſem ſe me dar conta*, ideſt non deueniatur ad vltimum quod ius permittit me in conſulto, quæ verba reſpiciunt expulſionem non vero naturalitatis priuationem, quia Collector non naturalis eſt, & in cauſa Epiſcopi Portuenſis fratris Gõdiçalis de Moraes Portuenſis Senatus ſententia annullata fuit per Principem eo quod ſententia priuationis naturalitatis contra Epiſcopum lata fuerat, ſine ſpeciali ipſius mandato, expreſſo priuationis caſu, & facit exemplum Epiſcopi Doni Michaelis de Sylua qui cum Rege Ioanne inuito Romam peteret, litteris Regijs reuocatus non obedijt, ob quod ab ipſo Principe per ſententiam eius manu latam ipſum naturalitate priuauit, nullo alio iudice intercedente extat huius ſententiæ veſtigium in libro ſpheræ Portuenſis Senatus, fo. 84.

14 Quarto quod quando iudex Eccleſiaſticus, vel executor non eſt naturalis, ſed exterus, & inde cenſuras profert, quas iudex Regius non potuiſſe ferri ab extero decernit, virtute breuis, & indulti Appoſtolici, quo in hoc regno fruimur, ne cauſæ extra regnum comittantur, de quo ſuo loco dicemus,

cemus quia tunc naturalitate priuari non poteſt, in ipſum naturalem, in cuius fauorem proceditur, arma conuertãda ſunt, ipſiq; parti poteſt aſsignari terminus, ſub quo cenſuras tollat, qui ſi nõ obediat, poteſt capi, & expelli è Regno, vt dicit Seſe de Inhibion. cap. 9. §. 1. n. 63. & latiùs cap. 10. §. 5. per tot. vel per literas ſubſidiarias quibus imploretur à iudicibus ſæcularibus illius Regni, vt ipsũ cõpellant, vel occupatis eius tẽporalitatibus, ſi quas in Regno habeat.

15 Aliter in noſtram Curiam receptus eſt ſtylus, vt ſcilicet lata ſententia in Senatu Pallatij (quia eo caſu executio eius ad ſolum iudicem Regiũ ſpectat, vt ipſe ſolus ſine adiunctis eam exequatur) ſolẽt partes ab eo expoſcere, vt chartã mittat rogatoriam ad iudicẽ qui de appellatione cognoſcit ab Ordinario interpoſita, vt ſupplicantẽ in poſſeſsionem immittat, ſpreto Ordinario Epiſcopo à quo ſupplicatum fuit, & contra quem lata fuit ſententia, & ipſe tales literas expedire ſolet, cuius rei videtur eſſe ratio, quia poſt cauſam examinatam in Senatu Pallatij, ibi declaratio ſcribitur quòd ſententia bene lata eſt, & quod impleatur, vnde cum ab illa confirmatione robur accipiat, ipſa exequitur non prior charta à iudice Regio expedita arg. eorum quæ in ſententijs dici ſolẽt, vltimam ſententiã exequi non primam, Barboſa in l. Diuortio, §. Si vir, n. 52. ff. Solut. matrim. Bart. in l. Furti, ff. De his qui notant infam. n. 8. & ideo ſolus iudex Regius executor eſt.

SVMMARIVM.

1 *Ognitio ſuper ſolutione votorum pertinet ad Iudicem Coronæ Regiæ.*

2 *Refertur concordia ſuper hac lege.*

3 *Quod huius cauſæ cognitio ſit ſæcularis.*

Votum non egreditur perſonam vouentis. ibid.

Votum reale tranſit ad hæredes. ibid.

Debitum voti non eſt ex iuſtitia, ſed religionis. ibid.

4 *Oadinatio in §. 2. dum dicit appellationes votorum eſſe iudicis Regij oſtendit quod cauſa eſt ſæcularis.*

5 *Si laici negant ſe debere vota, debent ad iudicem ſæcularem remitti.*

Laicus licet non præſcribat vt ſibi ſoluantur decimæ, tamen præſcribit ne ipſe ſoluat. ibid.

6 Si laicus negat rem eſſe Eccleſiæ, ad ſuum iudicem remittitur.
Voti realis executio pertinet ad Eccleſiam. ibid.
Interpretatur cap. Licet de voto. ibid.
Oblatio iuſtitiæ ſolùm tranſit in hæredem. ibid.
Votum quod hoc caſu exigitur eſt potius quidam cenſus rebus impoſitus. ibid.
7 Pro voti implemento in foro Eccleſiæ agitur.
8 Sicut pro iuramento agitur in iudicio Eccleſiæ, ſic pro voto.
9 Votum Diui Iacobi fundatur in conſuetudine admodum laudabili.
Refertur Breue Bonifacij Octaui. ibid.
Refertur diploma Iſſantis Alphonſi. ibid.
10 Votum dupliciter conſideratur.
Ex maiorum voto ſucceſſores quomodo obligentur. ibid.
Ex actu non morali, non naſcitur actio moralis. ibid.
Succeſſores vouentium, licet non teneantur voto, tenentur obligatione Religionis. ibid.
Votum eſt actus perſonalis qui non expeditur à perſona ficta. ibid.
11 Succeſsores faciunt ſuum votum prædeceſſorum acceptatione.
In vouendo requiritur formalis voluntas. ibid.
12 Rex poteſt vouendo ſe, & ſucceſſores obligare votum Regis, vt obliget populum requirit S. Pontificis, vel Epiſcopi auctoritas. ibid.
Refertur confirmatio Papæ Celeſtini in voto Diui Iacobi. ibid.
13 Reſpectu vouentium voti naturam ſeruat illa promiſsio, reſpectu ſucceſſorum fit cenſus.
In fauorem alimentorum inducitur onus reale. ibid.
Referuntur verba promiſsionis factæ Diuo Iacobo. ibid.
14 Si ſoluentes non negant cenſum poteſt exigi in Eccleſiaſtico.
Poſsidẽs rem Eccleſiæ, à qua certam penſionẽ ſoluit, pro ea conuenitur in foro Eccleſiæ. ibid.
15 Si cenſus, ſeu vota inſolita petantur, ſi ſtatim excõmunicantur poſſunt ad Regem ſupplicare.
16 Super proprietate votorum vbi agi oporteat.
Refertur Areſtum Senatus. ibid.
Refertur altera ſententia qua iudicatum fuit cognitionem eſſe iudicis Eccleſiaſtici. ibid.
Aliæ ſententiæ quibus iudicatum fuit cognitionem eſſe iudicij ſæcularis. ibid.
17 Regis Sebaſtiani diploma, quo aprobantur ſententiæ latæ, quod hæc cognitio erat Eccleſiaſtica.
18. Hæc cognitio eſt fori Eccleſiaſtici.
19 Verius eſt ſecundùm communem, votum reale à ſucceſſoribus exigi poſſe.
Hodie durat obligatio in ratione cenſus. ibid.
20 Interpretatur Ordinat. titul. 40. §. 1. quod procedit in ſententijs

in ſententijs latis in ſæculari.

Exactores votorum vel poſſunt agere in Eccleſiaſtico iudicio, vel ſæculari. ib.

21 *Et ſi nouus cenſus petitur adhuc iudicium Eccleſiæ eſt competens.*

22 *Si vota inſolita ſtatim cenſuris exiguntur tunc patet recurſus.*

In votis omnis remouetur præſcriptio. ibi.

23 *Omnis cognitio his caſibus eſt Eccleſiæ, nec tuti ſunt iudices qui aliter iudicant.*

De obligatione votorum D. Iacobi, & an laici ratione illius poſsint ad iudicium ſæculare trahi ad intellectum Ordinationis lib. 1. titul. 40. §. 2.

CAP. XIIII.

1 DEcreuit Regia Ordinatio quod appellationes in cauſis quæ ſuper votis ſoluẽdis agitantur veniãt ad iudicẽ Coronæ Regiæ in hæc verba.

E tomarão conhecimento das appellações que vierem dante quaeſquer juyzes ſobre os votos de Sanctiago, & outro algum julgador não tomará conhecimento das dittas appellações, & ſendo julgadas em outro qualquer juyzo auemos as taes ſentenças por nullas. Ideſt & cognoſcent de omnibus appellationibus quæ à quibuſcunque iudicibus dimanauerint ſuper votorum cauſis, & nullus alius iudex carum cognitionem aſſumet, quod ſi ab alijs iudicibus deciſæ fuerint, tales ſententias nullas decernimus.

2 In confirmationem huius Ordinationis extat concordia inter habitas cum inuictiſsimo Rege Ioanne I. cap. 8. in hæc verba.

Octauus articulus eſt quod aſſumit cognitionem de cauſis votorum quæ D. Iacobo debẽtur, cum pertineat ad Brancharenſem & alias Eccleſias, & cum inſuper harum cauſarum cognitio ſit fori Eccleſiaſtici tam de iure communi, quam ex ſententijs ſuper eo dubio latis, per Reges, proferentes ſentẽtias quibus laicos abſol-

abſoluunt à ſolutione, & ne ſoluere compellantur cũ tamẽ ipſi debeant ſoluere, & quod Prælatis placebat quod laici ſoluant prout moris erat ſine aliquo nouo onere ſcilicet vt qui multum ſoluebat multum ſoluat, & qui non ſoluebat nõ ſaluat vel omnes ſine diſtinctione ſoluant per forale per menſuras eo modo quo promiſerunt.

Reſpondet Rex *quod ille non impediuit, nec impedit Archiepiſcopo Bracharenſi, & Portuenſi Epiſcopo quod vota exigant ſicut de iure ſolui debent, ſed quia illi introducere ſtudent nouas conſuetudines generales in præiudicium populi, & terræ quod ipſe Rex noluit conſentire, nec conſentiet in futurum quia tenetur populum defendere ab omni oppreſſione, & damno quod illi inferatur, & maiori cum ratione in his quæ cõtra ius fiunt, maximè quia ob exceſſus Archiepiſcopi ſuper his exactionibus habitatores terras, & domos deſerebant, qui non timens Deum contra propriam conſcientiam nouam exactionem inſtituerat in aliquibus locis, & quia ſoluere illi recuſabant quod nũquam ſoluerant in eorum perſonas poſuit interdicti ſententiam tempore quo peſtis ingruebat, qua de cauſa plures occubuerunt ſine ſacramentorum perceptione, & pueri ſine baptiſmo, prout nobis conſtitit, nec vnquam D. Archiepiſcopus ab his iniurijs deſtitit quãuis hæc mala non illi fuiſſent igt nota, quouſque Iffans eum vocari fecit coram ſe, vbi illi oſtendere fecit quod iniuſte petebat quod ſuum non erat attento iure, quod ille ingenue agnouit, & ſic conuictus ſtatim âlite deſtitit, quod minime faceret niſi ipſi Rex, & Iffans illum coegiſſent, quod quidem ſicut hoc caſu fecit ſic & alijs ſimilibus caſibus tentauit innouans, & de nouo contra antiquam conſuetudinem vota exigens, qua de cauſa ad ipſum tanquam Regem ſpectat inuigilare ne contra ius pro ſuæ voluntatis libito hæc introducat in præiudiciũ populi quod facit ob Dei ſeruicium, & bonum terræ ſuæ, ſicut alias ad ipſum ſpectat reſarcire grauamina quæ de Ar*

chiepiſcopus alicui perſonæ intulerit quia ille in regno nõ habet ſuperiorem quo caſu ad Regem ſpectat de iure, & cõſuetudine poteſt reponere quæ ipſe Archiepiſcopus iniurioſe ſe geſſerit contra ſuos ſubditos, quod quidem faciet ſicut ad eum pertinet.

Et vt hæ votorum cauſæ ad bonum finem perducantur informationem capiet quomodo huquſque vſu receptũ fuerit, & populos audiet, & ipſis auditis finalem determinationem præſtabit, & interim res maneat in eodem ſtatu vſque ad annum, & in hac forma charta expediatur ſi ipſi velint.

3 Frequẽter in Senatu hæc quæſtio incidit dum Epiſcopi laicos compellunt, vt D. Iacobo vota exoluant, quos à tali exactione ſæcularis, ſeu pollitica poteſtas, eximere ſtudet, aſſerendo cognitionem illius cauſæ, ſæcularem eſſe, quæſtionem in ſpecie vltra omnes diſputat inſignis Dominus meus Franciſcus de Cades Pereyra, receptarum ſententiarũ conſ. 43. qui nullum dicendi locum mihi reliquit, eius tamen inſiſtens veſtigijs, aliqua documenta quorum ipſe notitiam non habuit in medium proferam.

Et primo, quod huius quæſtionis examen ſit iudicij ſæcularis videtur extra dubium, nam ſi agnoſcimus in hac obligatione ſoluendi certas menſuras D. Iacobo ineſſe votum Dei factum eo ipſo neceſſarium eſt fateamur, quod talis obligatio voti, propria & formalis, ad hæredes non tranſit, & multo minus ad ſucceſſores, nam illa obligatio voti, qua perſonalis eſt, perſonam vouentis, non egreditur, quia non poteſt alium præter vouentem propria religionis, & fidelitatis ad Deum obligatione adſtringere nam votũ eſt actio pure perſonalis quæ dicit reſpectum ad propriam voluntatem, & conſenſum, atque ex eo fit impoſsibile, vt quis obligetur propria obligatione voti ſine propria voluntate, probat illud Deutor. 23. quod ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis, & illud Dauid. redam. tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea, & Prouerbior. 6. illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs ſermonibus, & iudicum 11. ſi aperuiſti os tuum ad dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es, explicat Abb. in cap. olim de reſti. ſpol. num. 4. doctores in cap. quicunq. 20. q. 1. Cardin. in Clem. 1. §. adhæc de ſumma trinit. Soares de voto lib. 3. cap. 2. num. 3. ad fin. nec obſtabit quod hoc votũ reale eſt, quod tranſit ad hæredes vouẽtis, vt eſt communis ex Sylueſtr. verbo votum 2. q. 11. Angel. eod. verbo

verbo votum 3. num. 8. doctores in cap. licet de voto, Soares lib. 4. de voto cap. 11. num 6. nam in votis realibus non poteſt dici, quod ex vi hæreditatis tranſmiſſæ, tranſeat etiam voti obligatio, cum hæreditate, enim non tranſeunt, niſi debita iuſtitiæ quibus ipſa hæreditas adſtringitur, debitum autẽ voti non eſt ex iuſtitia ſed religionis, explicat Soares de obligatione voti lib. 4. cap. 11. num. 5. & 8. Vnde fit quod cum rebus ipſis nõ tranſit voti obligatio, quæ rebus minimè adhæret, nec res ipſas afficit, l. 2. ff. de policit. ibi ſi quis rem aliquam, vouerit voto obligatur, quæ actio perſonam vouentis non rem quæ vouetur obligat.

4 Secundo hanc partem indubitabilem redit Regia Ordin. d. §. 2. vbi generaliter ſtatuit, quod omnes appellationes ſuper votis Diui Iacobi ad iudicem Regiæ Coronæ deferantur, in quo videtur agnoſcere cauſam eſſe temporalem, & profanam, nam ſi in prima inſtantia ad iudicium Eccleſiæ pertineret, vtique ad Regium iudicem non pateret appellatio ab Eccleſiaſtico enim iudice non ad Regem, ſed ad ſuum immediatũ ſuperiorem appellandum eſt, cap. vt debitus de appel. licet olim de iure ciuili ab Epiſcopis ad iudices ſæculares appellari conſueuiſſet, ex Decian. 1. tom. crimin. lib. 2. cap. 22. num. 31. ex text. in auth. ſiquis litigantium C. Epiſcopal. aud. Bobadil. lib. 2. cap. 17. num. 197. ergo dum Ordinatio appellationem admittit, ſupponit cauſas natura ſua, eſſe temporales, & debere incipere in foro ſæculari, aliás enim nunquam eſſet appellationi locus, & maneret illius Ordinationis diſpoſitio innutilis, contra regulam quæ habet quod verba cuiuſcunque diſpoſitionis ita debent interpretari, vt aliquid operentur, l. ſi quando in princ. ff. de legat. 1. poſt alios Felin. in cap. 1. num. 4. de reſcript. Alciat. reſpon. 563. num. 4. Craueta conſ. 135. num. 24. Menoc. lib. 6. præſump. 91. n. 14.

5 Tertio noto quod ſi laici negauerint ſe teneri ad ſolutionem votorum, vel quia plus ſolito exiguntur; vel quia aſſerant ſe nunquam ſoluiſſe, vel præſcripſiſſe, debent coram ſuo iudice conueniri, ex reg. cap. cum ſit generale de foro comp. nec vlla euidens ratio aſsignari poteſt cur magis in ſolutione votorum quam decimarum negantes, ſe debere in iudicio ſæculari conueniendi ſint, conſtat autem in decimis quod ſi à laicis nouæ & inſolitæ, exigantur ad iudicem Regium ſupplicant, ex his quæ Guterr. ad leges Regni 1. p. q. 14. num. 5. Couar. practicar. cap. 17. num. 8. verſ. nono Menchaca Illuſtrium cap. 89. quam praxim Barboſa admittit in l. titia ff. ſol. matrim. num. 47. in fine. Saltem quando laici allegant ſe præſcriptione munitos,

circa

circa decimas tunc enim coram ſuo iudice ſunt conueniendi, Barboſ. vbi ſup. quod cum vir ille doctiſsimus admittat in præſcriptione, vtique etiam admittet in omni caſu, in quo ligitima cauſa proponatur non debendi, cum diſpar ratio inter vtrunque aſsignari nequeat, patet ergo Reum negantem, ſe debere, allegata iuſta cauſa, in ſuo foro conueniendum, ſic limitata doctrina Pauli conſ. 363. lib. 1 ad fin. vbi ait quod ſi parrochiani alegent ius decimandi, fuiſſe conſuetudine contraria abolitum, quod illa cognitio an talis conſuetudo valuerit, eſt iudicis Eccleſiaſtici, nam laicus licet non præſcribat, vt ſibi ſoluantur decimæ, præſcribit tamen ne ipſe ſoluat, cap. in aliquibus de decim. Couar lib. 1. reſolut. cap. 17. n. 10. Nauar. in manu cap. 21. num. 30.

6 Vltimo facit Ordinat. libr. 2. titul. 1. §. 5. vbi ſi laicus conuenitur pro re Eccleſiæ, ſi tamen ipſe in totum negauerit, & rem eſſe Eccleſiæ ſtatim remittitur ad ſuũ iudicem, ſic ergo in noſtro caſu non enim obligatio hæc qua laici tenentur Eccleſiæ differt ab alijs actionibus quibus Eccleſiæ ſuos debitores conueniunt, nec obſtat quod hoc caſu agitur de voto reali, & illius implemento, cuius executio pertinet ad forum Eccleſiæ, ex text. in cap. hæredes de teſtam. cap. licet de voto, cap. ex parte de cenſibus, & eſt communis ex Nauar. d. cap. 12. num. 56. Innocent. & Panorm. in d. cap. licet, Soares d. cap. 11. n. 6. Reſponderi nanque poteſt quod hoc caſu agimus de obligatione cenſuali, ſuper rebus proprijs conſtituti in perpetuum nec hodie poteſt dici quod laici ex voto conueniantur ſuorũ prædeceſſorum, cum illud ab alijs exigi nequeat, niſi ab hæredibus defunctorum qui eorum repræſentant perſonam, prout loquitur d. cap. ſi hæredes nec aliud euincit, d. cap. licet quia procedit in filio qui ſpõte ſuſcepit paternam obligationem, & ex proprio facto obligatus eſt, explicat Soares d. lib. 4. cap. 9. num. 3. nec enim obligatio iuſtitiæ in alium quam hæredem tranſire poteſt; quare cum hodie poſſeſſores laici, nec hæredes ſint vouentiũ, nec illud probari poſsit, non videtur dici poſſe quod ex voto reali obligentur, cum magis ex cenſu impoſito teneantur, ad quod alludit cap. ex parte de cenſibus ſumpto argum. à titulo ſub quo collocatum eſt, cum ergo cenſus rei Eccleſiæ, inter iura ipſius computetur qui ſe non teneri ſoluere, cenſum aſſerit, coram ſuo iudice conueniendus eſt, probat Ordinat. d. lib. 2. titul. 1. §. 6. vbi ad ſuum iudicem remittitur qui vtile tãtum dominium negat, cum tamen directum agnouerit eſſe Eccleſiæ, maiori ergo ratione debet hoc admitti in eo qui abſolute negat vtrunque.

7 Verum obſtat, quod votorũ

cauſa

cauſa ex natura ſua ad iudicium Eccleſiæ ſpectat, ex d. cap. ex parte vbi ſupponitur filios in foro Eccleſiaſtico compellendos, eſſe ad ſoluenda parentum vota, idem probat cap. 1. de ſolutio, & d. l. 2. ff. de policita. ibi voti enim obligationem ad hæredem tranſire conſtat, qui in eo foro conueniendus eſt vbi defunctus debuit, arg. l. hæres abſens ff de iudic. Cum erga voti implementum ſit actus pertinens ad religionem, dum imperat vt Deo fidelitas ſeruetur, cum ad Dei cultum ſpectet non ad alium forum, quam Eccleſiæ ſpectare poteſt, nam ſi ſola promiſsio eſt cultus Dei á fortiori Deo donare nam ex vtroq; actu diuinus cultus elicitur, Soares de voto lib. 1. c. 15. n. 9.

8 Secundo quod idem quod de iuramento dicitur, in voto admittendum eſt, quia ijſdem metitur regulis ex Abb. in d. cap. licet 3. notab. Soto de iuſtitia libr. 7. q. 1. art. 3. Nauar. in manu. cap 12. á n. 6. quos citat Guterrez 3. p. de iuram. confirmat. cap. 12. num. 1. per text. in cap. vlt. de foro comp. lib. 6. Seraphi. de Priuil. iuram. priuil. 67. num. 1. Bobad. cap. 17. n. 136. caſ. 91 Soares de voto libr. 4. cap. 7. num. 8. & de iuram. libr. 2. cap. 25. Conſtat autem, pro iuramenti obſeruantia, & implemento, hæredes compelli poſſe in iudicio Eccleſiaſtico, quia ſaltem ille caſus mixtæ cognitionis eſt, vt in vtroque foro agi poſsit, Guterrez vbi ſupr. pariter ergo in voto, ſaltem ſi Eccleſiaſticus cognoſcere incipiat, quaſi præuenta ſit iuriſdictio, ipſe ſolus cognoſcet, faciunt quæ Barboſ. in l. 1. ff. ſolut. matrimon. num. 77. in fin. vbi tenet pro obſeruantia iuramenti hæredes defuncti compelli poſſe, vt anima defuncti liberetur à peccato, licet repugnet Marta de iuriſd. 2. p. cap. 9. num. 42.

9 Tertio quod illa conſuetudo quæ ab antiquo, & immemoriali tempore obſeruatur de certa mẽſura ſoluenda D. Iacobo, licet talis promiſsio facta ſanctis non ſit votum, per ſe, niſi fiat Deo de tali voto implendo, Soares de voto 4. p. cap. 8. num. 4. tamen nemo negabit, ex curſu temporis, & approbatione populi, ſortiri naturam conſuetudinis, admodum laudabilis, pro qua laici in foro Eccleſiæ conueniri poſſunt quaſi de re Eccleſiaſtica, probat cap. ad Appoſtolicam de ſimon. vbi gloſ. Abb. num. 3. Annania 4. Gofredus in ſumma de Parrochijs n. 12. verſ. ſi tamen Couar. d. lib. 1. variar. cap. 17. num. 13. Oſaſcus deciſ. 99. num. 17. Aufrer. de poteſtat. Eccleſ. ſuper laic. n. 23. Rebuf. in quibus cauſ. iudi. Eccleſ. n. 6. Soares in tract. de ſimon. lib. 4. c. 48. n. 2. & cap. 47. n. 3. quæ conſuetudo reperitur cõprobata conceſsione S. Pontificis Bonifacij VIII. qui Archiepiſcopo Bracharenſi indulſit vt vota exigeret in ſuo foro remotta omni appellatione quod ſic habet.

Boni-

Bonifacius VIII. &c.
Nos igitur attendentes quod tanto ſunt grauiora peccata quantò diutius infælices animas detinent alligatas, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ, ac etiã iiſdem ſucceſſoribus, Archiepiſcopis Brachar. pro tempore exiſtentibus cogendi, authoritate Apoſtolica, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione ceſſante, quoties opus fuerit, agricultores, & habitatores huiuſmodi votorum, ſeu quantitatem grani (in quibus vt præmittitur præſcriptio ſibi locum nõ vendicat) plenam, & liberam concedimus, tenore præſentium facultatẽ, non obſtante ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, à Sede Apoſtolica ſit indultum; quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, ac expreſſam; ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datũ Romæ apud S. Petrum, 7. Kalend. Martij, Pontificatus noſtri anno octauo. Occubuit hic Pontifex anno 1308.

Quæ cognoſcendi de his cauſis conſuetudo immemorialis Regio dipplomate D. Alfonſi reperitur corroborata, cuius tenor eſt.

Dom Afonſo, &c. A quãtos eſta carta virem faço ſaber, que Dom Gonçalo Arcebiſpo de Braga ſe me querelou ora, quando fiz Cortes em Santarem, dizendo, que do tẽpo que os homẽs ſe nã ſão acordar a Igreja de Braga houuera ſempre juriſdicção para conhecer, & julgar os feitos dos vodos, & excomungar, & conſtranger por ello, que eſto fora coſtumado des o tem po que a dita Igreja houuera os ditos vodos, & que os Arcebiſpos que forão ante elle derão ſempre ſeus Ouuidores eſpeciaes ſobre eſto, & Tabalião que eſcreueſſe em os feitos: & dizia, q̃ de pouco tẽpo para qua lhe era embargada a dita juriſdição, por cartas que ſobre ello de mim ganhão aquelles que hão de pagar os ditos vodos, pedindome por mercê, q̃ lhe carregaſſe o tal aggrauamento. E eu vendo o que me pedia, tenho por bem, & mando a todas as minhas

 juſtiças

juſtiças do ſeu Arcebiſpado que naõ embargando as dittas minhas cartas lhe deixem vſar ao ditio Arcebiſpo de ſua juriſdiçaõ em rezaõ dos dittos votos, aſsi como vſauaõ ſeus anteceſſores na ditta igreja de Braga, & lhe naõ ponhaõ embargo. Franciſco Lourenço a fez era de mil, & trezentos & ſeſsenta & noue, que he do naſcimento de 1337.

10 Hæc pro vtraque parte pugnant, & quia articulus eſt valde dubius, & Senatorum torquet ingenia, quæ in harum cauſarum deciſionibus fluctuant, aliqua prænotare oportet. Primo quod vota populi quibus ſe ſuos que ſucceſſores obligare intendit, dupliciter conſiderantur vel quatenus populus, vel communitas, vouet aliquod opus perſonale, à vouentibus, & poſt eos à ſucceſſoribus illius Reip. obeundum, vel quando ſinguli de populo, vouentes Deo, res ſuas voti obligationi ſubmittunt, ita vt à quibuſcunque poſsideantur tranſeant cum ſuo onere. Primo caſu dubium eſt non vulgare quomodo ſucceſſores ex maiorum voto obligari poſsint, cum votum requirat proprium conſenſum, nec ex alieno pendere poſsit, adeo vt ſi Deus neceſsitaret voluntatem vouentis, vt cum perfecta judicij, & intellectus aduertentia, ex neceſsitate tamen, quoad ſpecificationem, votum emitteret, vtique eo caſu non daretur votum, quia licet daretur actus perfecte rationalis, & voluntarius, & quoad entitatem, & bonitatẽ, ſit in eadem ſpecie actus cũ actu libero; ſimpliciter tamen non eſt actus moralis, ex actu autem non morali, obligatio moralis non oritur, à fortiori ergo in voto populi, nulla ergo in ſucceſſores obligatio continuatur cum ab ipſorum voluntate deprõpta non ſit, ſed ex quadam præcedentis voti neceſsitate; varios docendi modos, excogitant doctores inter quos ille eſt, quod ſucceſſores tenentur propria obligatione religionis, quia ipſorum illud votum proprium eſt, cum populus non moriatur. & idem modo ſi cum illo qui vouit arg. l. proponebatur ff. de iudic. ſicut enim communitas, ſeu Reſp. per contractum, ſe alteri Reip. ſubmittere potuit, & ſucceſſores obligare, ita vt illo cõtractu ipſi teneantur, ac ſi vere cõtraxiſſent, ſic pariter ex promiſſione Deo facta, quæ excellentior eſt, & formior, omni humana promiſsione, ſic Nauar. in Manu. c. 12. n. 73. quæ explicatio ſecura non eſt, cum votũ perſonalis ſit actus, qui á perſona ficta expediri nequit, niſi á ſingulis fiat explicat Soares de voto lib. 4. cap. 9. num. 6. ad fin.

11 Secundo poteſt dici quod ſucceſ-

ſucceſſores qui ſciunt talem promiſsionem à ſuis maioribus factam, illud votum ſuum efficiunt, ex ſpontanea acceptatione, ex regula text. in cap. licet de voto; ibi ſine dillatione, qualibet promiſiſti, vbi votum ab alio emiſſum, ex noua acceptatione tranſit, in perſonam acceptantis, ſed adhuc obſtat quod ſequeretur ex ſupradictis quod votum præſumeremus, ex eo quod quis habitet in oppido, vel regno tali voto ſuppoſito, cum de eſſentia ipſius ſit formalis deliberatio in intellectu, nec ſufficiat, quod fiat relatio ad præcedentem deliberationem, illorum qui prius nouerunt, quia hoc ad moralem effectum non ſufficit, vnde licet Nauar. d. cap. 12. numer. 26. & Ludouicus Lopez 1. part. inſtructor. cap. 43. verſ. ſecundo, teneant virtualem deliberationem ad votum ſufficere qualis videtur dari, in eo qui ſciens tale votum extare in tali populo ibi habitat, in quo virtualiter ſe ſubmittit, & obligare intendit, tamen verius eſt, virtualem deliberationem in voto ſufficere, quando præceſsit actualis ipſius vouentis; quia tunc moraliter cenſetur durare, & influere, eo tempore quo fit actio; cum ergo in vouendo requiratur formalis voluntas non poteſt votum cenſeri emiſſum præſumptiuè, niſi exteriori ſigno, colligatur, probat dict. cap. licet vbi aſſumptio Crucis erat ſignum voti Deo facti, ibi & tu aſſumpto Crucis ſignaculo te impleturum &c. quare ab incerta voluntate voti explicatio deſſumi non poteſt.

12 Quare verius videtur poſſe Regem tanquam ſuæ Reipubl. caput de conſenſu, & approbatione populi, & ex voto ipſius ſe, & ſucceſſores vouendo obligare, diſsimiliter tamen ſe, vtique propria, & formali ratione voti, & illos qui voto conſenſerunt. Succeſſores vero non ita, ſed ex vi præcepti ſuperioris iuſte præcipientis, á quo tanquam Reipub. capite membra diſcedere non poſſunt, cum ſit turpis pars quæ toto non cohæreat, vnde cum Princeps cum ſaniori parte populi aliquod votum emittit nomine communi, ſucceſſores vouentium qui tale opus implere recuſant, non tāquā violatores voti habendi ſunt, ſed tanquā inobedientes ſubditi, dum ligitimi ſuperioris præceptum offendunt, quia autem votum eſt, res ſpiritualis, quæ à laicis Principibus pendere non poteſt, nec ab illis præcipi, ſemper in his votis erit neceſſaria Summi Pontificis vel ſaltem Epiſcopi authoritas, qui iubeat tale votum obſeruari, quia tunc ſucceſſores, & qui votum non emiſerunt, tenebuntur non ex vi voti, ſed ex vi Eccleſiaſtici præcepti; ſicut in votis D. Iacobi factum extitit, in qui-

bus conſtat promiſsionem á Ramiro factam, á Pontifice Celeſtino fuiſſe confirmatam, & iuſſum, vt in perpetuum ſeruaretur, cuius verba ſunt.

Celeſtinus ſeruus ſeruorûm Dei venerabili fratri Petro Archiepiſcopo Compoſtelano ſalutem, & Appoſtolicam benedictionem.

Cum à nobis petitur quod iuſtum, & honeſtum eſt tam rigor iuſtitiæ, quam rationis ordo expoſcit, quod pro noſtri obligatione officij illud ſuum debitum effectum conſequatur; quare venerabilis in Chriſto frater tuis iuſtis precibus inclinati præſentium tenore ordinamus quod ſicut in legibus ſæculi continetur quod in tributis, & publicis functionibus præſcriptio ſibi locum non vindicet, cumque vota quæ Ramirus Rex quotanis Deo in Hiſpania ſoluenda promiſit ſint quaſi tributa ordinamus quod præſcriptio quæ tibi, & Eccleſiæ tuæ opponitur locum ſibi non vindicet in illis nulliuſque ſit roboris, & momenti, quare ſtatuimus quod nullus homo hanc ſcripturam Ordinationis noſtræ infringere audeat, & temerario caſu contradicere, quod ſi aliquis tale attentare præſumpſerit ſciat ſe iram Domini noſtri omnipotentis incurſurum, & Appoſtolorum Petri, & Pauli datum Romæ apud ſanctum Joannem Lateran. vltima die menſis Ianuarij Pontificatus noſtri anno 4.

13 In ſecundo autem caſu quando populus vel communitas vouendo Deo aliquod opus á ſucceſſoribus obeundum, res ſuas vel certam illorum partem, voto ſubmittit, vt ex illis perſoluatur, reſpectu illorum qui vouerunt formalis obligatio voti conſiderari poteſt, reſpectu vero ſucceſſorum, qui nullo modo vouerunt conſideratur onus reale, rebus impoſitum, ſeu cenſus qui ab omnibus ſucceſſoribus, & poſſeſſoribus perſolui debet, quocumque titulo res ad eos perueniat, qui ſi ſoluere tempore debito recuſauerint, ſi talis promiſſio ſit confirmata ab Epiſcopo, peccabunt tanquam Eccleſiaſtici præcepti violatores, conſtat autem ex præcepto Ramiri, ipſum promiſiſſe nomine totius populi, de fundis ſuis Diuo Iacobo, binas menſuras tritici, & vini, quod idem eſt, ac ſuper fūdis ſuis

ſuis quæ promiſsio ius reale, & hipothecam inducit ex intentione proferentium, & natura verbi ſuper, arg. text. in l. Codicillis §. inſtituto ff. de legib. 2. ibi fænerari ſuper eis vbi gloſ. recepta verbo fænerari Bartol. in l. fundus quem ff. de annuis legat, extrauag. prim. de emption. & vendic. ibi ſuper bonis Roman. ſingul. 631. Caſtillo in l. 63. Tauri verbo hipotheca, communis ex Alciat. in l. plebs §. ſi pignus ff. de verbor. ſignific. Couar. in cap. Rainutius §. 10. n. 8. & lib. 3. reſol. cap. 7. num. 3. quidquid dubitet Gregor. in l. penult. titul. 8 part. 3. gloſ. 3. col. penult. eo enim caſu potius prædia quam poſſeſſores conueniuntur l. Imperatores ff. de publican. Gomes 2. tom. cap. 15 n. 21. Valaſc. de iur. emph. quæ 32. num. 17. Gama deciſ. 13. Negus de pignor. 4. part. memb. 4. n. 164. verſ. vigeſsimo 2. Gigas de penſion. q. 51. ex n. 17. Rebuf. 2. tom. gloſ. 14. num. 38. artic. 1. Aflictus deciſ. 162. num. 6. & conſ. 82. num. 8. Lara de Capel. cap. 2. n. 13. maxime cum hoc caſu relicta ſint alimenta Cardinalibus, Diui Iacobi, per quæcunque verba diſpoſitio ſit concepta, in fauorem alimentorum, reſultat onus reale, l. nihil proponi ff. de legatis. 1. quam ſic explicat Lara vbi ſupr. num. 13. Salazar de vſu, & conſuetud. cap. 11. num. 34. Maſc. concl. 1171. n. 54.

Et quod in ſpecie in his votis Ramiri, cenſus conſtitutus ſit aperte deducitur ex verbis promiſsionis, quam reperi in Archiuio D. Iacobi Conuentus de Palmella cuius verba ſunt.

Tantum ergo Apoſtoli miraculum prædictum poſt inopinatam victoriam conſiderantes deliberauimus, ſtatuere patrono, & protectori noſtro, Beatiſsimo Jacobo donum aliquod in perpetuum permanſurum, ſtatuimus ergo per totam Hiſpaniam, ac in vniuerſis partibus, Hiſpaniarum quaſcunque Deus ſub Apoſtoli Iacobi nomine dignaretur, à ſarracenis liberare, volumus obſeruandum quatenus de vnoquoque iugo bouum, ſingulæ menſuræ de meliori fruge, ad modum præmiciarum, & de vino ſimiliter, ad victum Canonicorum in Eccleſiam Beati Iacobi commorantium, annuatim miniſtris eiuſdem Eccleſiæ, in perpetuum perſoluantur conceſsimus, & ſimiliter confirmamus in perpetuum quod Chriſtiani per totam Hiſpaniam in ſingulis expeditionibus, de eo quod à Sarracenis, acquiſierint,

rint,

rint, ad menſuram portionis militis glorioſo patrono noſtro, & Hiſpaniarum protectori Beato Iacobo, fideliter attribuant, hæc omnia donatiua nota, & oblationes (ſicut ſuperius diximus) per iuramentum nos omnes Chriſtiani Hiſpaniæ promiſimus annuatim Eccleſiæ ſancti Iacobi, & damus pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris, cannonice in perpetuum obſeruāda &c. octauo Kalendarum Iunij D. CCCCLXXII.

faciūt etiā verba Bullæ Cæleſtini. *Ibi quaſi tributo &c. & Clarius deducitur ex alio inſtrumento in quo continetur idem votum factum D. Emiliano â Comite Ferdinando Gonçaluez, ibi regiones, & prouintias totius ſui regni, ſecundū qualitatem, & abundantiam rerum, & fertilitatem poſſeſſionum ſtudioſe diſpoſuit, atque deuotionem cenſus, ex eis venerandæ Baſſilicæ D. Iacobi Apoſtoli quem caput totius Hiſpaniæ nouerat, &c. refert ad longum fr. Prudētius de Sandoual in 1. parte de la fundacion de monaſterios de S. Benito §. 35. fo. 47. illudque idem S. Pontifex ſic intellexit dum d. cap. ex parte ſub tit. de cenſibus collocauit, & agēs de hoc cenſu Lara de annuerſ. d. c. 2. à n. 21.*

14 Ex quibus præſens quæſtio in tres partes ſcinditur, prima eſt quando Prælati ordinarium, & ſolitum cenſum exigunt, ſecundo quando inſolitum, tertio quando de conſtituenda obligatione voti agunt contra eos qui ſe voto non teneri aiunt, primo caſu ſi terra eſt cenſuaria, & ibi degentes non negant cenſum poteſt exigi in iudicio Eccleſiæ vel per cēſuras præ habita monitione vt intra certum tempus ſoluant quia tunc ſi intra tempus compareant, debent audiri de iure ſuo, Maranta 6. part. tit. de ſententia num 27. fo. 512. Curcius Iunior. conſ. 207. numer. 27. vol. 3. incipit diligenter Gail. in praxi libr. 1. obſeruation. 19. Guterrez in Canno cap. 4 numer. 18. reſoluitur enim illud præceptum in citationem, & ſatis colligitur ex d. cap. ex parte de cenſib. ibi & illi ſoluere ſunt cogendi, & conducit elegans Ordinat. lib. 2. titul. 1. §. 9. vbi qui habet rem Eccleſiæ cenſuariam vel emphyteuticam, à qua certa ſoluitur penſio, pro ea in iudicio Eccleſiæ conuenitur, durante contractu communem dicit Valaſc. de iure emph. q. 39. num. 14. in fine Guterres pract. q. 26. num. 10. Couar. pract. cap. 35. num. 2. Vaſ. alegat. 75. numer. 12.

licet

licet repugnet Bobad. libr. 2. cap. 18 num. 150. ex ea ratione quia cũ illa actio ſit perſonalis, erat laicus in ſuo foro conueniendus. Hoc tamen non tollit quod Eccleſia ſi malit, poſsit contra Reum pro ſuis reditibus, in ſæculari agere, vel conductor Eccleſiæ, quia vtraque via patebit, illud enim eſt introductum in fauorem Eccleſiæ, vt in ſuo foro experiri poſsit, ſi velit cui fauori ipſa renuntiare poteſt, vel eius conductor argum. l. penultim. C. de pact. cum vulgaribus.

15 Secundo caſu quando vota in ſolita exiguntur, ſi pro votis maioribus ſolitis, laici excommunicantur, donec ſoluant, non eſt dubium poſſe ad Regem ſupplicare, prout in decimis inſolitis, ſupra reſoluimus, notoria enim datur oppreſsio in modo procedendi dum ab executione incipit cauſa Barboſa in l. titia num. 47. Guterres ad leges reg. 1. p. q. 14. num. 5. Couar. practic. cap. 17. num. 8. Menchac. Illuſtr. cap. 89. Cabed. d. 205. Et in cenſura ſucceſsiua oppreſsio, & grauamen cum morte ſpirituali, ſubditi conſideratur cui Rex occurrere tenetur; Abbas & alij in cap. ex parte de appellat. Iaſ. in l. prætor. ait §. ſi aliquando num. 9. de noui oper. Gomez 3. tomo cap. 9. num. 10. Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 1. num. 27. Pechius de iure ſiſtẽdi cap. 24. ad fin. Cabed. d. 76. n. 3.

16 Tertio tandem caſu maius eſt dubium quando ſcilicet ſuper proprietate votorum agitur contra aliquos, quos voto obnoxios Eccleſia aſſerit, vel quando ſuper poſſeſſorio, dum ſe eſſe in poſſeſſione recipiendi ait, quod rei negant, an ſaltem his caſibus ad iudicium ſæculare, ſint remittendi non leue eſt dubium, in qua quæſtione in diuerſis proceſsibus quos euolui diuerſi mode reperi iudicatum, modo ſuper proprietate, modo ſuper poſſeſsione votorũ, in quibus caſibus ſine diſtinctione, in ſæculari iudicio cognoſcebatur anno 1415. ſententiam latam inueni cuius verba ſunt.

Viſtos os proceſſos dos dittos feitos, & todo o que ſe em elles continha, & o priuilegio porque aſſi foy feito, & outorgado, & prometido o ditto voto, & as letras do Papa Celeſtino, & auendoſe cõ iſto feito muitas vezes relação com doutores, & letrados grãdes em leys, & direitos, & deſpois auendo ſeu acordo, & deliberação, & ſobre todo derão ſentença em que acharão que em a maneira que o ditto voto foy feito vniuerſalmẽte pelo ditto Rey Ramiro, & pelos dittos mayores homẽs do Reyno, & pelos mais, & milhores das Cidades, Villas, & lu-

& lugares que entaõ eraõ, de Chriſtaõs &c. Pelo que vos mandamos que viſta eſta noſſa carta ou o treſlado della affirmada como ditto he a cada hum de vos que deis, & pagueis, & façais dar & pagar, & guardar de hoje em diante em cada hum anno aos dittos Arcebiſpo, Deaõ, & Cabido, ou a qualquer que ouuer de arrecadar por elle o ditto voto, ſegundo no ditto priuilegio que neſta noſſa carta ſe contem &c Alia ſententia lata fuit anno 1490. per Ioannem Façanha quæ ſic habet.

Que viſtos os autos, & couſas por parte do Arcebiſpo, & Cabido de Braga alegadas, & as determinaçoens que ja neſta Rolaçaõ foraõ dadas q̃ o conhecimento deſta cauſa naõ pertencia aos noſſos Deſembargadores, nem a noſſas juſtiças ſæculares requeiraõ os Autores ſeu direito perãte quem pertencer, & porem vos mãdamos que aſsi o cumprais 5. de Março de 1490. Ioaõ Façanha.

Plures poſtea latæ fuerunt ſententiæ, quas hic non tranſcribo, quibus ſancitum fuit hanc cognitionem, ad iudices Regios ſpectare, alia lata anno 1514 alia 1530. 14. Martij quouſq; tandem in fauoré Bracharenſis Archiepiſcopi implorata reuiſione cauſæ cum plenaria ipſius cognitione vltima ſententia prolata fuit anno 1540. quæ ſic habet.

Viſtos os meus Aluarás por que mandei reuer a ſentença nos dittos autos, acerca dos votos de Santiago, & aſsi por parte do Iffante Dom Henrique meu muito amado, & prezado irmaõ, Arcebiſpo de Braga, & ſeu Cabido como por parte dos pouos, & moradores dantre Douro, & Minho, & tralos montes, & viſtas as ſentenças, & autos, & determinaçoẽs antigas dadas neſta Rolaçaõ com o mais q̃ ſe pelos autos ſe moſtra, declaro a ditta ſentença dada no dito proceſſo ſobre os dittos votos por nenhũa, por ſer dada ſobre a propriedade dos dittos votos por Iuyzes incompetentes que naõ tinhaõ poder nem jariſdiçaõ no que aſsi julgaraõ, acerca dos dittos votos, & mando que por ella ſe naõ faça obra nẽ execuçaõ algũa ficando âs partes reſeruado ſeu direito para requererem ſua juſtiça ſobre os dittos votos

tos aſsi na poſſe como na propriedade perante o a que o conhecimento pertencer, & cada hũa pague as cuſtas do proceſſo de por meyo 1840. Aluaro Martinz.

17 In cuius ſententiæ executionem aliæ ſequentibus annis latæ fuerunt quouſque tempore Regis Sebaſtiani Regio dipplomate confirmata fuit quod ſic habet.

Eu el Rey faço ſaber aos que eſte Aluarâ virem que hei por bem, & me praz por juſtos reſpeitos que a iſſo me mouem que a ſentença que ſe deu em caſo de reuiſta no tempo que o Cardeal Iffante Dom Henrique meu mmito amado, & prezado tio ſendo Arcebiſpo de Braga ſobre a competēcia da juriſdiçaõ, & conhecimento das cauſas q̃ ſe mouiaõ entre os Arcebiſpos de Braga, & os moradores do ditto Arcebiſpado acerca do pagamento dos votos que ſe deuem â Meza Arcebiſpal que ſe cumpra, & guarde aſsi, & da maneira que nella ſe contem ſem embargo de quaeſquer outras ſentenças que niſſo deſpois ſejaõ dadas no juyzo de meus feitos, & iſto com declaraçaõ que ſe o procurador dos dittos meus feitos quizer requerer algũa couſa contra a ditta ſentença o poſſa fazer ordinariamente aonde o caſo pertencer & mando âs juſtiças, & officiaes a que eſte Aluarâ for moſtrado, & o conhecimento delle pertencer que o cumpraõ como nelle ſe contem, em Almeirim 28. de Abril de 1568.

18 Quibus documentis, & alijs quæ conſulto ommitto ſatis probatur hanc materiam eſſe fori Eccleſiaſtici tam reſpectu proprietatis quam poſſeſsionis in qua minus eſt dubij, totus igitur labor conſiſtit in reſpondendo Ordinationi Regiæ quæ aliud videtur ſentire quia illi plene ſatisfacimus in reſponſione ad ſecundum difficultatem.

19 Non obſtant itaque ſuprapoſitæ reſolutioni argumēta quæ in initio pro contraria parte aduximus. Ad primum enim quod hoc votum licet reale ſit nõ tranſit ad ſucceſſores, reſpondetur quod verius eſt ſecundum communem quod vota realia ab hæredibus exiguntur quia obligatio voti realis tranſit ipſo iure ad hæredem ex vi hæreditatis aditæ Soares d. cap. 11. num. 6. quod ſi quis replicet hoc caſu nullum veſtigiũ hæredum reperiri, cum fundi ex quibus ſoluitur, ad diuerſos poſſeſſores ex diuerſis titulis, deuenerint,

nerint, quo caſu locum ſibi non vindicat d. cap. ſi hæredes, quod ad hæredes dirigitur, ad quos debita ex iuſtitia tranſeunt; adhuc ſatisfit, quod agnoſcimus, hanc obligationem hodie non exiſtere, in pura ratione voti, ſed cenſus in fundis vouentium conſtituti, qui à poſſeſſoribus in iudicio Eccleſiæ exigi poteſt, arg. Ordin. d. §. 9. quod ſi adhuc obijcitur quod illa exactio licita erit, caſu quo poſſeſſor, ſe cenſuarium Eccleſiæ fateatur, prout ſupponit d. Ordinatio, conuentum pro penſione emphyteuſis non negare, item eſſe Eccleſiæ, quia alias ad ſuum iudicem eſſet remittendus, ex Ordinatione lib. 2. tit. 1. §. 6. in princ. reſpondetur quod hoc procedit quã do cauſa ſuper proprietate eſt fori ſæcularis, quod ſecus eſt in noſtro caſu, in quo cauſa proprietatis voti eſt iudicis Eccleſiaſtici.

20 Nec obſtat ſecundo Ordinatio d. §. 2. titul. 40. dum appellationes in cauſis votorum D. Iacobi pertinere ad iudicem Regiũ, diſponit quia illa Ordinatio deſumpta fuit ab extrauaganti l. 1. titul. 7. part. 1 quæ condita fuit anno 1529. ſub Ioanne 3. & poſt hãc legem, extrauagantem anno 1540 coram eodem Ioanne tertio lata fuit ſententia reuiſionis in fauorẽ iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & non eſt credibile quod poſt cauſam ſententia finali deciſam, talis Ordinatio in noua compilatione trãſlata foret, quaſi decidat quod votorum cauſæ ad ſæculare iudiciũ ſpectent, quare ille ſenſus neceſſario præſtandus eſt, quod illa Ordinatio, procedat conditionaliter, ad illas appellationes tãtum quæ interponuntur à ſententijs latis in ſæculari, diximus enim ſup. quod etiam ſi laici poſſent ad iudicium Eccleſiæ trahi vel ſuper proprietate, vel poſſeſsione voti ageretur, nihilominus tamen, poſſunt vel conductores votorum, vel exactores, laicos coram ſæcularibus pulſare quando ſibi illud vtilius videatur, atque in his caſibus diſponit, Regia Ordin. quod appellationes ſint iudicis Regij, non alterius iudicis, quando ſcilicet cauſa in ſæculari incæperit, ne dicamus Ordinationis compillatores qui magni nominis viri extitere, non aduertentes ad ſupradicta, generaliter ſtatuiſſe vel intellexiſſe, has cauſas eſſe iuriſdictionis Regiæ cum tamen aliud diuerſum deciſum reperiatur.

21 Ad tertium quod quando nouus cenſus exigitur debent laici in ſuo foro conueniri, vel quando aſſerant ſe præſcripſiſſe; reſpondetur quod ſi nouus cenſus petitur ordinarié vocata & audita parte, nulla fit iniuria, quia Eccleſia vtitur iure ſuo, cum quilibet poſſeſſor teneatur ad ſolutionem promiſsi, nomine populi, arg. cap. denique 7. q. 1. Nauar. in manu. cap. 12. num. 53. Guter. in auth. ſacramenta num. 18. Azeued. ad Curiã lib. 4. cap. 5. fr. Ludouic. in inſtructor. 2.

ctor. 2. part. cap. 45. & 50. verſ. neque ad vota Gregor. in ſintagma lib. 4. cap. 10. num. 16. Eman. Rodrig. cap. 99. 2. part. concl. 13. Couar. in cap. indicante de teſtam. num. 4. Pro implemento enim votiiudicium Eccleſiæ eſt competens, cap. vltim. de foro comp. lib. 6 cap. 2 cap. ſuper cap. ex multa §. quod autem de voto, add. ad ſpecul. tit. de voto 3. part. Anton. & Abbas in cap. licet de voto Sylueſter verbo votum 2. num. 11. Soto de iuſtitia lib. 7. q. 4. art. 3. col. 3. ad fin. Couar. in d. cap. ſi hæredes num. 20. de teſtam. votum nanq; & iuramentũ, á pari procedunt, Abb. in cap. ſi vero primo in fine de iur. iur. Gregor. in prœmio tit. 8. part. 1. vis autem iuramenti ad hæredes tranſit, cap. fin. de ſepultur. cap. in litteris de raptor. Abb. antiquus in cap. veritatis de iur. iur. Angel. conſ. 333. Paulus conſ. 305. num. 2. libr. 2. Alex. conſ. 59. num. 4. lib. 1. Barboſ. in l. 1. ff. ſol. matrim. 1. part. num. 77. ad fin. adeo vt per officium iudicis, poſſe compelli laicum vt animam defuncti exoneret, dixerit Aufreri. ad Cappel. q. 416. ad fin. communis ex Gomes in §. actiones num. 6. inſtit. de action. Gabriel. de iur. iur. concl. 6. num. vltim. Bernard. reg. 386. limitat. 2. Guterrez in d. auth. ſacrament. num. 16. ad fin. & alij relati á Barboſa vbi ſup.

23 Solum itaque patebit recurſus ad Regium tribunal ſi hæc vota inſolita ſtatim cenſuris exigantur quia ab executione incipitur, & hoc caſu tanquam á notoria oppreſsione, ſupplicari poteſt Barboſa in d. l. titia num. 47. Ad vltimam vero partem argumenti quæ reſpicit præſcriptionem licet Barboſa vbi ſup. præſcriptionem in caſu de quo agit admittendam putet, tamen in votis omnis præſcriptio ſublata eſt, ex reg. d. cap. ex parte ibi longis temporibus ab eorũ ſolutione ceſſarunt quod habet ortum á Breui Cæleſtini vbi omnis præſcriptio remouetur.

23 Ex quibus hodie non auderem dicere tutos eſſe in conſcientiæ iudices ſæculares, qui de votorum cauſis cognitionem aſſumunt, etiam quando Rei negant ſe teneri, quia licet ſecundum legem Regiam iudicantes, nullam cenſuram incurrant, vt ſupra diximus, & eſt communis in cap. nouerint de ſentent. excommunicat. quam etiam ſeruare ſe iuramento adſtrinxere, tamen cognitis his cauſis, & rationibus, ceſſat omnis dubitandi cauſa, nec aliud inducunt plures ſententiæ in iudicio Coronæ latæ quibus hæc cognitio quotidie vſurpatur, quia omnes ſi actus ſunt extra ordinarij, ſinæ cauſæ cognitione, & citatione partis, ſeu Prælatorum, quorum intereſt iuriſdictionem ſuã tueri, debet enim audiri Primàs Bracharenſis, in cuius fauorem lata eſt illa vltima ſententia, reuiſionis, & omni tempore Eccleſia

contra

contra tales ſententias reſtituenda eſt, cuius poſſeſsio, & ius ſemper illæſum manet. Et quia oblationum cauſæ ijſdem ferè regulis metiuntur, & quotidianæ ſunt. Sequenti ſectione de illis diſſeremus.

SVMMARIVM.

1 *AN pro oblationibus debitis poſsint laici ad iudicium Eccleſiæ trahi?*

Oblationes non fiunt animo ſe obligandi, ſed ſpontanee. ibid.

Interpretata, l. Si certis annis, C. de pact. ibid.

In oblatione ſi præcedat promiſsio fit ſimonia. ibid.

2 *Nec conſuetudine, nec præſcriptione has oblationes acquiri poſſe.*

Cõſuetudo volũtate viuẽtium incipit, & poſtea de neceſsitate obligat. ibid.

3 *Actus qui obligatorie geri potuerunt, & eo modo à lege ſuppleri, ſunt capaces inducendæ obligationis, non verô actus offerendi.*

Obligationes aliquãdo poſſunt cadere ſub obligatione. ibid.

Oblationes ſpontaneæ, nũquam inducunt obligationem. ibid.

Interpretatur cap. ad Apoſtolicam de Simon. ibid.

4 *Opinio Soares quôd Eccleſia potuit præſcribere ius oblationum. ibid.*

Cõfutatur eius opinio. ibi.

Scientia illius cõtra quem præſcribitur neceſſaria eſt. ibid.

Actus liberalitatis non ſunt actus inducendæ ſeruitutis. ibid.

5 *Sicut in corporalibus ſine traditione non datur poſſeſsio, ſic in incorporalibus habetur pro traditione patientia.*

In iuribus meræ facultatis non datur præſcriptio. ibi.

6 *Cûm in oblationibus non poſsit dari titulus, nec præſcriptio.*

Opinio Lõgouallij quôd ſine

ne ſcientia aduerſarij datur præſcriptio. ibid.

Interpretat text. in l. 2. C. de ſeruitut. ibid.

Interpretata l. fin. §. fin. C. de præſcript. long. tem. ibid.

Quãdo cum titulo præſcribitur domini ſcientia neceſſaria non eſt, ibid.

8 Refutatur opinio Soarij dum ſine poſſeſſione, ſentit poſſe dari præſcriptionem: nec conſuetudo, nec præſcriptio obligat offerentes. ibid.

9 Conſuetudo qua aliquid pro miniſterio Sacramentorum præſtatur non valet.

Conſuetudo aliquando eſt pia, & laudabilis. ibid.

Conſuetudo nõ eſt pia quãdo temporalia dantur miniſtro pro jis, quæ gratis exhibere tenetur. ibid.

10 Oblationes quando licitê exigantur?

Oblationes lato modo prout ſunt legata continent obligationem. ibid.

11 Oblationes factæ pro labore miniſtri operũ ad quæ non tenebatur ex officio ſimoniaca non eſt.

Eo caſu laici trahuntur ad forum Ecbleſiæ.

12 Quando petuntur â miniſtris, qui ratione officij tenebantur ſi eſt conſuetudo, exigi poſſunt, eo caſu inducitur obligatio ex præſumpta voluntate offerentium. ibid.

Quomodô hæc obligatio ſuſtineri poſsit? ibid.

13 Quid quãdo oblationes ex mera deuotione procedant?

14 Ius oblationum ſpirituale eſt.

Non ſoluentes oblationes ſolitas ab Epiſcopo compelluntur. ibid.

Sunt ſacrilegi. ibid.

15 In contrarium multoties iudicatur.

Semper hæc cauſa oblationum fori eccleſiaſtici eſt. ibid.

16 Si maiores ſolitis oblationes petantur cenſuris, tunc dabitur notoria oppreſsio.

DE OBLATIONIBVS, QVÆ à laicis exiguntur. An pro illis in iudicio Eccleſiæ conueniri poſsint, ſub eodem §. 2. d. tit. 40.

CAP. XV.

HÆC quæſtio eſt præcedenti proxima & quia de hac paſſim controuertitur in Senatu, eam hîc annectere decreui: an laici, ratione oblationum valeant ad iudicium Eccleſiæ trahi, & in puncto iuris videtur verius, quòd ex talibus oblationibus nunquã potuit ius formari, ex quo laici in foro Eccleſiæ conueniri poſsint quod oſtenditur ex ſequentibus. Primò, quòd hæ oblationes procedunt ex actu ſpontaneo, & ex mera liberalitate offerentium, ex qua non poteſt oriri obligatio, in futurum, quia obſtat ipſius offerentis voluntas, qui liberaliter obtulit, non intentione ſe obligandi in perpetuum, limitata igitur cauſa, limitatum producit effectum, l. In agris, ff. de acquir. rer. domin. l. Quod de bonis, §. Non idcirco, ff. ad legem falcid. Vnde in l. Si certis annis, C. De pactis, non ſufficit oſtendere per decennium certam penſionem ſolutam fuiſſe, niſi de cauſa doceatur: immò nec ſufficit illam alegare, ſentit Bartol. in l. Cum de in rem verſo ad finem, ff. de vſur. Vnde Bald. in d. l. Si certis, colum. 2. in fine inquit, quòd petitio debet fundari ſuper cauſa, & non ſuper tempore, idem Bald. in cap. 1. Si de fæud. fuerit controuerſ. §. Si quis per 30. colum. 2. Cumanus in l. Qui in aliena, in principio, ff. de acquir. hæred. Alex. conſ. 113. colum. 2. & conſ. 108. ad finem, vol. 2. & conſ. 75. ad finem vol. 4. Balb. 1. p. 3. part. quæſt. 10. nu. 12. Bertrandus conſ. 296. & 283. volum. 3. ad finem. Niſi in memoriali tempore ſolitum ſit tale quid exolui, tunc enim habebit vim conſtituti, ex reg. l. 3. § Ductus aquæ, ff. de aq. quot. vel ſaltem ſi triginta annorum ſpacio interijciatur, quo titulus præſumi valeat, l. Sicut, C. de præſcription. 30. Couar. in reg. poſſeſſor, 2. p. §. 4. num. 3. licet Menchaca lib. 2. quæſtio. cap. 83. num. 10. contendat per decennium,

nium, allegata cauſa præſumi titulum, requirit tamen quòd illa ſolutio ſiat ex allegata cauſa, quæ ex illo tempore præſumitur vera, quæ omnia licet ita de Iure ſe habeant noſtro caſui, minime conueniunt. Nam ſi in oblatione cauſam, & promiſsionem præceſsiſſe probetur, ſimonia reſultat, cùm debeat eſſe liberalis oblatio, & non coacta, nec ſub vmbra obligationis, quare videtur mera contradictio vt ex tali tempore oriatur obligatio, ſoluendi, cùm in eo caſu nulla cauſa à principio potuerit interuenire.

2 Vnde harum oblationum exactionem licitam redi aliqui dicunt, aliquando ex conſuetudine, aliquando ex præſcriptione, & neutro ex his modis poſſe has oblationes exigi oſtendam, & quod attinet ad conſuetudinem oſtenditur, quia vel dicimus conſuetudine fuiſſe oblationes extortas, vel conſuetudinem initium ſumpſiſſe, ex actibus liberalitatis, & deuotionis, ſi primum dicamus, ex illis actibus inuoluntarijs, nulla potuit gigni obligatio, propter malam fidem exigentium, & coactionem, quæ impedit, & remouet conſenſum, cap. Cum locum de ſponſalibus. Si poſterius conſiderari poteſt iniquitas maxima, quòd Eccleſia ex actu mere voluntario, inducat obligationem, repugnante natura ipſius actus.

Nec obſtabit quòd omnis conſuetudo incipit ex vſu moribus vtentium comprobato, ita vt in manu vtentium ſit, à tali vſu recedere, ſi velint, ſi tamen populus, vel communitas, in eo vſu perdurauerit, per tempus legitimum, vltimo illo momento, temporis accipit, á lege robur, & incipit obligare illos, qui eam introduxere, l. 2. C. Quæ ſit longa coſuetudo, ibi, non tantùm ſuo valitura momento, id eſt implemento, l. Diuturna ff. de legibus, §. Sine ſcripto, inſtituta de Iure natural. Cuiacius 3. tom. in titul. C. Quæ ſit longa conſuetudo.

3 Satisfit enim, quòd hoc procedit in actibus, qui geri potuerunt obligatorie, quorum naturæ non repugnat iuris obligatio, ſeu neceſsitas, in quibus lex ſupplet illud quod à principio adeſſe potuit, pro vt eſt partiũ voluntas ad producendam obligationem. At verò in oblationibus, hoc nullo modo fieri poteſt, cùm ex pacto incipere nequeant oblationes, ſine ſimoniæ labe, d. cap. Cum in Eccleſiæ, cap. Suam de ſimon. Neque obſtant iura, quæ de oblationibus agunt, quia vel debent intelligi de oblationibus immobilium, vel legatis relictis Eccleſiæ, quia hæc ſub nomine oblationum continentur, Soares de Diuino Cult. cap. 4. num. 6. & capit. 5. num. 3. D. Thomas Secunda ſecundæ,

 queſt. 86.

quæſt. 86. art. 1. Abb. in d. cap. Ad Apoſtolicam de Simon. vel debēt intelligi de oblationibus, quæ fiebant Parrochis, antequam illis decimæ ſoluerentur, quia tunc oblationes habebant fomentum iuris, & obligabant ſoluentes ratione congruæ ſuſtentationis, miniſtrorum, vt ſibi Sacramenta exhiberent, quia oblationes fiunt ad victum Sacerdotum, & eleemoſinas pauperum, cap. Præter, 32. dict. cap. de his. cap. antiquos 10. quæſt. 1. atque ex eo fit, quòd quatuor modis poſſunt oblationes cadere ſub obligatione, quos enumerat Thom. vbi ſupra, quare de illis iura, & Doctores intelligendi ſunt, non veró de oblationibus ſpontaneis, in quibus nulla cadere poteſt obligatio. Nec aliud euincit d. cap. ad Appoſtolicam dum iubet ſeruari pias conſuetudines, & laudabiles, nam ille textus ſolûm agit de illis, qui nitebantur conuellere conſuetudinem fidelium, & tamquam reprobam exterminare, quòd magis reſpicit ius offerendi, quâm factum, quia illud faciebant fomento hæreticæ prauitatis, non verò agit de cogendis fidelibus oblationes exhibere, quem ita interpretatur Innocent. dicens ad Epiſcopum non ſpectare cogere fideles vt offerant, idem ſentit Butrius, quos citat Soares d. cap. 5. n. 13.

4 Si autem dicamus potuiſſe Eccleſiam præſcribere hoc ius oblationum, vt exiſtimat Soares d. cap. 5. num. 19. Oportet, dicamus, hanc ſeruitutem potuiſſe acquiri temporis curſu, & parrochianos manere obligatos, non ex voto, ſeu ex ſpeciali voluntate, & intentione ſe obligandi, ſed ex vi iuris acquiſiti Eccleſiæ, quæ ſunt rationes, quibus Soares hanc partem confirmat: ſed profecto non poſſum non mirari virum doctiſsimum, hæc ita tradidiſſe contra apertam, iuris prudentiam, inquit enim d. n. 19. quòd hoc ius præſcribi poteſt, per diuturnum vſum cum bona fide, hæc enim (inquit ille) præſcriptio non requirit ex parte eius, ſuper quem cadit, conſenſum, aut voluntatem dandi tale ius alteri, aut obligandi ſe illi: ſed ipſo vſu, & facto ipſo acquiritur adminiculo iuris. Debuit enim vir ille circunſpectiſsimus aduertere, quòd admittit duo inciuilia: primum quód ius ſeruitutis offerendi præſcribi poteſt, ſine ſcientia, & patientia eius, contra quem præſcribitur contra l. 2. C. de Seruit: Secundum: quòd dari poteſt præſcriptio, aliqua ſine legitima poſſeſsione contra regul. l. 1. ff. de vſucap. & quo ad vtrũque membrum illud appertiſsimè oſtendo, nam prima aſſertio colligitur ex illis verbis, ibi, non requirit conſenſum, aut voluntatem dandi, quibus admittit, iuris incorporalis acquiſitionem, ſine ſcientia, & patientia

aduerſarij

aduerſarij, repugnante, d. l. 1. ibi. Si aquam per poſſeſsionem Martialis eo ſciête duxiſti, &c. nec poteſt dari voluntas, quin præcedat ſcientia rei, nihil enim volitum quin priùs cognitum eſſe poteſt, ex communi Philoſophorum, Ariſtotel. & alijs, Sanch. diſput. 16. num. 7. lib. 1. Vnde requiritur quòd ille contra quem præſcribitur ſciat præſcriptioné inchoatam, in quo viſus eſt pati illam progredi, quouſque compleatur tempore ligitimo, quòd ſupponit, quód is contra quem præſcribitur non ignorat actus, præſcriptione adęquatos, quibus ſeruitus poteſt cóſtitui, qui quidèm actus non ſunt illi, qui ex liberalitate procedunt, immo geruntur ab ipſomet contra quem præſcribitur, circa quos ipſe eſt verè ignorans, & abſens, dum ipſe offert, ſine animo ſe obligandi, cùm voluntas, & patientia non extendatur ad incogitata, l. Conſenſiſſe, ff. de Iudic. ſine qua incorporalium quaſi poſſeſsio, nulla eſſe poteſt, l. 1. §. fin. ff. de ſerui. ruſticor. Bartol. in l. 1. §. Denique, ff. de aq. pluuia, Gouar. in Reg. poſſeſſor. 2. parte in principio num. 8. quo loco Bartol. contendit dominos temporales Italiæ non potuiſſe præſcribere exemptionem, propter Imperatoris abſentiam, qui eorum vſum contrarium ignorabat; Innoc. in cap. 2. de in integr. reſti. firmat Epiſcopum non poſſe præſcribere collationem beneficiorum extra ſuam Diocæſim, ſi illius Epiſcopus ignorauit, in electione probauit idem Innocent. in cap. Cum Eccleſia de cauſ. poſſeſſ.

5 Cuius rei illa eſt ratio, quia ſicut in rebus corporalibus poſſeſsio requiritur, ſine qua, præſcriptio non datur ſine traditione rei, vt conſuluit Alexand. vol. 5. conſ. 8. num. 9. Caſſador. de cauſ. poſſ. quæſt. 7. ita etiam iurium incorporalium præſcriptio ſine titulo, non incipit ſine vſu, & ſcientia aduerſarij, quæ habet vicem tituli, & traditionis. Sic enim placuit, quòd cum iura incorporalia præſcribantur ſine titulo aliquo, l. Si quis diuturno ff. Si ſeruit. vind. vel verius quæratur incorporalium commoditas, & vtilitas, vt in l. 1. §. fin. ff. aq. pluui. arcend. ne tot ſpecialia concurrant contra reg. l. 1. C. de dotis promiſ. quód neceſſaria foret omnino ſcientia domini, quandó ſine titulo poſſeſsio eſt, ſi enim adeſt titulus domino ignorante præſcribitur, ex Reg. l. fin. C. Pręſcript. long. tempor. §. fin. quæ in fine æquiparat corporalium, & incorporalium præſcriptionem, & intelligi debet, præcedente titulo, ex Cepola de Seruit. Vrbanor. cap. 20. verſic. 2. fallit, & veram reſolutionem dicit Aymon. de antiquitat. tempor. 4. part. num. 21. fol. 141. Vltra quam quòd in iuribus meræ facultatis non datur præſcriptio, l. Iure

l. Iure familiaritatis, ff. de acq. poſſ. multa congerit Menoch. de Arbitrar. caſ. 190. fol. 287. Cald. Fer. de Renouat. q. 15. n. 24. Couar. lib. 1. Variar. c. 9. n. 2.

6 Quare cum in hoc caſu nullus titulus præcedere poſsit, quia ſi offeratur ex pacto præcedenti, ſimonia eſt. Oportet, fateamur, quòd hoc caſu ſine titulo præſcriptio procedit, & perconſequens neceſſaria eſt ſcientia, & patientia aduerſarij, quæ non reperitur in eo, qui offert liberaliter, ſine animo ſe obligandi, vt ipſe Soares fatetur n. 20. Nec obſtat quòd aduerſus communem adducit Longoual. in l. Imperium, ff. de Iuriſd. omni Iudic. nullam ſcilicet domini ſcientiam neceſſariam fore etiã quandò ſine titulo præſcribitur per l. fin. §. fin. C. Præſcript. long. tempor. & l. Quoties, C. Deſeruit. Vbi habetur ſolum vſum ad quærendam quaſi poſſeſsionem ſufficere nulla de ſcientia domini, facta mentione; quod idem probatur in l. 1. ff. de Itener. actuq; vbi reſpondet ad d. l. 2. ibi eo ſciente quòd debet ſuppleri verbum maximè: nec inquit vlteriús obſtant iura, quæ domini ſcientiam requirunt, quia ſatis patitur, qui nõ impedit licet ignoret, l. Et ſi forte, §. 1. ff. ſi ſeruit. vind. & l. 2. §. Voluntate, ff. ſolut. matrim. vbi conſentire dicitur, qui non diſſentit.

8 Verum hæ traditiones non bene conueniunt literæ, & iuri, nam ſupplere illud verbum maximè eſt violare literam, & contra mille iura, quæ patientiam domini exigunt d. l. Quotiens, l. Si ego, §. 1. ff. de public. l. 3. §. Dare, ff. de Vſufructu, l. 1. §. fin. ff. de ſerui. ruſt. & videtur ridiculum, quòd ignorans patientiã præſtare cẽſeatur. Quare vltra intellectum Fulgoſ. in d. l. Quotiens, qui exiſtimat communem debere intelligi, vt à principio detur ſcientia, licet poſtea ignoret, ſicq; procedere inquit d. l. fin. vbi ex poſt facto defuit ſcientia, quæ interceſſerat à principio, veriùs videtur d. l. fin. procedere quando cum titulo præſcribitur, quo caſu nulla domini ſcientia neceſſaria eſt, atq; ad hæc videtur reſpexiſſe Soares non aduertens, quòd in noſtro caſu titulus dari non poteſt, quo præſcriptio incipiat, & per conſequens requiritur ſcientia, & patientia aduerſarij, loco traditionis vt præſcriptio incipere poſsit.

8 Quod autem admittat præſcriptionem ſine poſſeſsione, quia ex actibus liberalitatis, nulla poſſeſsio quæri poteſt. Patet ex ibi dictis. Adiungit deinde, quòd ex tali vſu offerendi quæritur ius Eccleſiæ ex vi naturalis iuſtitiæ, quæ obligat ad ſeruandum vnicuique ius ſuum, & conſequenter parrochianos manere obligatos ad oblationes, non ex voto, vel ex ſpeciali voluntate, & intentione ſe obligandi, ſed ex vi iuris acquiſiti Eccleſiæ, quod ſeruandum eſt, ex ipſo naturali iure, poſtquam re

vera

vera ſemel acquiſitum eſt, ſunt verba Authoris, quibus nullo modo acquieſco: Cùm videam quod nihil magis repugnat, naturali rationi, & iuri, quàm quod quis cõpellatur inuitus, ad id quòd ſemper liberè, & ſine animo ſe obligandi fecit, atq; ideo meritò Inno. & Cardin. in d. cap. ad Apoſtolicã tenet nolentes conſuetas oblationes dare, compelli non poſſe, & quòd fauor Eccleſiæ non ſufficit, vt ex actu merè voluntario obligatio reſultet, quæ Deo acquiritur, qui hominum animos noſcit, & ſecundùm illos iudicat; nec ex tempore vult inducere neceſſitatem in actibus meræ facultatis. Verius igitur videtur, nec ex conſuetudine, nec ex præſcriptione teneri laicos oblationes conſuetas offerre, cùm per actus meræ voluntatis, & ſpontaneos, nec conſuetudo, nec præſcriptio contra offerentem introduci poſſit, ex text. in cap. Albate 25. verſ. ad hoc de verbor. ſignific. d. l. 1. § Deniq; l. Si meo 21. ff. de aq. pluui. Bart. in l. Cùm de in re verſo ff. de vſur. Ripa in c. Cũ Eccleſia à n. 42. de cauſ. poſſ. & in l. Quominus n. 122. ff. de Flumin. Couar. in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 4. n. 6.

9 Quare pro intelligentia notandum eſt, quòd conſuetudines, quibus introducitur, vt aliquid pro miniſterio Sacramentorum offeratur, attento iure Canonico reprobatur, c. Non ſatis de ſimon. ibi. Nec ſub obtentu cuiuſcũq; conſuetudinis, c. Cum in Eccleſiæ c. Sicut eod. tit. ibi. Conſuetudinem huiuſmodi, quæ magis dicẽda eſt corruptela, penitus reprobantes, quia tamen aliquando ex debitis circunſtantijs potuit conſuetudo hæc effici pia, & laudabilis, Conſ. Trid. ſeſſ. 24. c. 14. præcepit examinari, & diſcerni vt malæ extirpentur, piæ verò conſuetudines retineantur. Atq; ex hoc controuertitur, quæ pia, & laudabilis ſit, & quæ reprobanda; multis exornat pro vtraq; parte Soares de Simon. lib. 4. c. 48. à n 5. illudq; frequentiori calculo recipitur, quòd illa conſuetudo ſit reprobanda, & reſpuenda, qua inductum eſt, vt temporalia exhibeantur miniſtris ſpiritualium, qui ex debito proprij officij tenentur ſpiritualia gratis exhibere, ſuis parrochianis, ſi pacto tales oblationes conſtituãtur, nec ante ſpiritualia conferantur, quàm præſtentur temporalia, quia tunc re vera oblationes extorquentur, & ſimoniam præ ſe ferunt, vel ſaltem illius imaginem, & tale videtur illius conſuetudinis initium, qualis illa conſuetudo hodie extat, à ſuo principio continuata. Ad haſq; conſuetudines iura ſupra citata referuntur, quas potiùs corruptellas, aſſerunt, quod ſi contingat, vt in his cõſuetudinibus, tales conditiones reperiantur, quæ non ſolùm veram malitiã, ex obiecto aufferant, ſed etiam ſpeciem, & ſuſpitionem mali, ſufficienter

purgent, iam á ſuo fine laudabiles iudicabuntur, & erunt amplectédæ Soares d.cap.48. n.10.

10 Quare aliqui ſunt caſus, diſtinguédi. Primus ſit quo ad oblationes lato modo ſumptas, prout ſunt legata pia, & reditus annui, qui pro operibus pijs exoluendis, & peragendis relinquntur Soar. d.cap.5.nu.4. Hæ, inquam, oblationes, tam reſpectu primi donanti, ſeu contrahentis, quàm ſucceſſorum continent oblationem iuſtitiæ, vt in foro contentioſo exigi poſsint, nam ex vi talis legati, vel donationis datũ Eccleſiæ acquiritur iuxta l.1. C.cõmun. delegat. Cald. Per. de Nominat. q.16.n.24. Couar. in cap. Rainald. §.1. Cuiac. 2. tom. fol.842. lit.C. Surd. conſ. 295. n.9. & 253. n.1. & 18. & conſ. 265. nu.16. & 38. & conſ.51. nu.1. & 191. n. 1. Pro his tamen oblationibus non agitur priuatiuè in foro Eccleſiæ, ſed mixtim ita vt præuentioni ſit locus, vt dicemus ad Ord. lib.1.tit. 62.

11 Secundus caſus eſt, quando oblationes fiũt reſpectu exequiarum, vel alterius operis ab illis miniſtris peragendi, qui ad illud ex officij neceſsitate non tenebantur, quibus ſi aliquid ex conſuetudine ſolet præſtari, exigi poteſt, ſine ſimoniæ labe, vel tãquã mera ſolutio laboris accidentalis, vel ad ipſius miniſtri ſuſtentationem, nam hoc caſu conſuetudo non reperitur reprobata Anton. 2.p.tit. 1. cap.5. §.22. Syluester verbo Simonia q. 11. atque etiam à parte ante peti poteſt, ad vitandas lites: prohibitio enim Cannonum ſolùm dirigitur ad illos, qui talia opera tenentur exhibere ex officio. Vnde fit quòd ſi petantur tales oblationes, conſuetæ dari, clericis pro talibus obeundis, laici ad iudicium Eccleſiæ trahi poſsint, cùm hæc omnia ſint ſpiritualibus annexa, & Eccleſiæ foro reſeruata. Gambarus in tract. de authoritate legati de later. lib.8.num.72. Menoch. de Arbitrar. caſ.371.n.15. Craueta conſ.232.n.5. Decius cõſ. 317. col.fin. l.Cùm eiuſdem §.fin. ff. de ædilic. edict. arg. l. Nulli, C. de Iudic. l. Ordinarij, C. de rei vindic. l. 2. ff. Ex quibus rebus ad eundem iudicem, Bart. in l. Iuris peritus. §. Cùm oriundus, ff. de excuſat. tutor. cum alijs per Marant. de Ord. iud. p.4. dict.11. num.24. Couar. pract. c.34. nu.1. Menoch. caſ.371.n.12. Capid.122. nu.5. licet pro eleemoſinis Miſſarum iudicatum reperiam agendum eſſe in ſæculari in proceſſu de Maria de Seixas 19. Februarij 1611. ſub num. 591. de quo ſupra c.17. in fine.

12 Tertius caſus eſt, quando oblationes petũtur per miniſtros, qui ratione proprij officij illa opera exhibere tenebantur, veluti quando Parrochus pro mortuorum exequijs, vel Sacramẽtis pręſtandis aliquid prætextu conſuetudinis exigit, & hoc caſu non eſt dubium, quod ſi cõſuetudo à pia fidelium deuotione incæpit: Laudabilis

dabilis ſit,vt ſentit Gloſ.in d.c.ad Appoſtolicam, verbo Laudabilé, & poſt Hoſtienſ. & antiquos reſoluit Abb. ibi. col.fin. Annania, n.6.communem dicit Felin.nu.2. & in d. cap. Suam, Thom. 2. 2. quæſt.100. art.3. in corpore, Syluester verbo Simonia q. 11. Soto lib.9.de Iuſt q.6.art.2.quo autem pacto obliget ſoluentes non ſatis clarum, nam cùm tales miniſtri iam ab Eccleſijs, & parrochianis congruam ſuſtentationem recipiant, ſi quid pro his actionibus exigunt, quæ illis ratione officij proprij incumbunt iam ſimoniaca reſultat exactio,& talis iudicatur, licet per textu conſuetudinis fiat, etſi poſt per acta ſpiritualia illud ſtipendium petatur:vnde verius puto quòd his cauſibus inducitur obligatio, non conſuetudine,ſed ſuauiter introducta, ex præſumpta offerentium voluntate,nam ex continuatione determinata per decenium, præſumit lex voluntatem ineſſe,ex parte offerētis,ſe obligandi:,conſenſum enim in actu,in quo intercedere debuit, ex decenio præſumimus l.Si certis annis, C.de pacto, Rodoanus de rebus Eccleſ. q.32. n.5. argumento cap.Continebatur de his, quæ fiunt à Prælat. vbi habetur quòd taciturnitas capituli habetur pro conſenſu D.D.in cap.Peruenit de Emptione. Conſtat autem in his oblationibus ex vtraq; parte poſſe cōſiderari cauſam,veluti ſi quis offerat, vt Sacerdotem in tali loco ad commorandum aliciat, vt Sacramenta ibi miniſtret, vel prædicet; & ex parte recipientis,poſſunt aliquando tales oblationes, eſſe neceſſariæ,veluti ſi ante decimas ſint introductæ, ad miniſtri ſuſtentationem,iuxta illud Exodi 23.Deutorn.16. Eccleſ.20. notatur in cap. Omnis Chriſtianus de Conſecrat. dict. 1. & quatuor cauſas neceſsitatis pungit Thomas vbi ſupra q. 3. art.1. facit Ordin. lib.1.tit.62.§.76. in fin. Ex quo fit quód hic actus offerendi nō ſemper ſunt meræ facultatis, quia ſiūt cauſa ſubſiſtenti, & rectè potuit conſuetudo illam obligationem ad certos dies feſtiuos, vel ad certos actus determinare.

13 Ex quibus ſit quòd ſi intelligamus de oblationibus, quæ hodie poſt aſsignatam Parrochis cōgruam ſuſtentationem, ex noua deuotione incipiunt, in his adhuc ex parte offerentis vtilitas conſiderari poteſt,vt cauſa dandi ſubſiſtat, & præſumamus voluntatem obligandi,in offerente,qui ſi deſiſtat, nec velit offerri poſsit à ſuo Epiſcopo compelli,ratio eſt,quia cum his caſibus debeat procedere cognitio, an illa conſuetudo legitimum habuerit initium,vt ſimoniaca,vel laudabilis iudicetur,hęc diſcuſsio eſt merè Eccleſiaſtica, cùm cognitionem iuris inuoluat, ſimoniacum enim iudicare contractum, vel conſuetudinem ius eſt ſpirituale, Mexia Taxa panis concl.5.n.9. Marta de Iuriſd. p.2.

c.37.

cap. 37. Gregor. in l. 38. gloſ. 3. tit. 6. part. 1. Curia Philip. p. 3. §. 2. n. 9. Nec obſtabit Ord. lib. 2. tit. 9. quæ inter cauſas mixtæ cognitionis ſimoniam enumerat, nam illa ordinatio procedit quando circa factum ſimoniæ controuertitur, quód ad forum ſæculare ſpectare poteſt, ſicut quódlibet factum cuiuslibet rei Eccleſiaſticæ, non verò intelligi poteſt, quando diſcutitur an in contractu inſit ſimonia, cùm reſpiciat iuris diſcutionem, D. D. in cap. Tuam de Ord. cogni. Barboſ. in l. Titia, ff. de ſol. matrim. à princ. Paulus conſ. 363. lib. 1. ad fin. Deinde ſi ſimonia in hac cognitione verſatur eius cognitio eſt mixti fori, ex Ord. d. tit. 9. & præuentioni locus eſt, vnde ſi Eccleſia occupat iuriſdictionem priuatiuè cognoſcit.

14 Atq; ex his non facile diſcerni poteſt, quid ſtatuendum, in ea quæſtione an laici negantes tales oblationes ſeunq; ſoluiſſe, vel nó natam fuiſſe obligationem, ex actibus oblationum, debeant pro his pulſari in iudicio ſæculari, vel Epiſcopi. Nam ex ſupra poſitis principijs, videtur cauſam in foro Eccleſiæ diſcutiendam, oblationum enim cauſæ, ac decimarum Eccleſiaſticæ ſunt, & in eo foro tractandæ quoties de iure oblationum, vel dubijs circa eorum ſolutionem emergentibus lites oriantur, ex generali regula, cap. decernimus de Iudic. cap. Prohibemus, cap. Tua de decim. cap. Ad Apoſtolicam de ſimon. Ius nāq; oblationum ſpirituale ius eſt, & oblationes ipſæ ſpiritualibus ſunt annexæ, hanc partem indubitabilem redunt vltra rubricam de decim. primitijs, & oblat. in Decretal. & in 6. & Clem. vbi inter decimas oblationes enumerantur, text in cap. Statuimus 16. q. 1. ibi, oblationes Eccleſiæ, vel decimas, quas populus dare debet, c. Præſbiter 32. dict. ibi, decimæ primitiæ, & oblationes Eccleſijs Dei fideliter redantur à laicis, vel viuorum, vel mortuorum, cap. Clerici 13. q. 1. ibi, Clerici, vel ſæculares, qui oblationes, quas parentes, vel ipſi donauerint, Eccleſiæ crediderint auferendas, veluti necatores pauperum quouſq; redant ab Eccleſijs arceantur, facit d. cap. Ad Apoſtolicam ibi, quidem laici laudabilem conſuetudinem erga ſanctas Eccleſias pia deuotione introductam conantur immutare: idem tenet Gloſ. in cap. Tuam per text. ibi, de ſimon. Gloſ. in d. cap. Omnis de conſecrat. dict. 1. & in cap. Sanctorum 10. q. 1. etſi doctorum authoritate certandum eſt, idem ſentit Abb. in d. cap. Ad Apoſtolicam ibi, Epiſcopus habet iuriſdictionem in laicos, ad cogendos eos obſeruare laudabilem conſuetudinem, & per Epiſcopum eſt ſeruanda, declaranda, & compulſio facienda, & num. 3. ait, & nota vnum caſum, in quo Epiſcopus habet iuriſdictionem in laicos, vt eos compellat, & n. 4.

ibi, procedit vbi laici conſueuerunt liberaliter offerre Eccleſiæ, idem Abb. in Rubr. de Parroch. nu.7. Hoſtienſ. in cap. Sicut de ſimon. ab Abbate citatus d. num.3. Felin. in d. cap. Ad Apoſtolicam ait, nota quòd ſuper rationalitate talis conſuetudinis non debent iudicare Clerici, ſed ſolus Epiſcopus, & ſic habes caſum, in quo inter laicos Epiſcopus iudicat, nec mirùm quia deſiſtens videtur cõmittere ſacrilegium, Anchar. in eo text. ait, nota quòd Epiſcopus cogit laicos ad obſeruantiam conſuetudines, Syluester verbo Decima, q.2. n.4. Alber. verbo Oblatio Raimundus in Summa de decim. lib.1. in fin. Roman. conſ.344. n.6. quem citat Tuſcus tom.5. concluſ. in lit. O. n.7. Decius conſ.215. Paulus conſ.363. col. 2. Corneus conſ. 296. Soto lib. 9. de Iuſtitia art.1. q.3. vbi tenet per excomunicationes parrochianos compelli poſſe, vt exoluant Octauian. deciſ. 99. n.49. Oſaſcus dict. 99. nu.17. Couar. lib.1. vari. cap.11. nu.3. ibi, nam, & laici ſunt cogendi authoritate Prælatorum cõſuetas oblationes exhibere, vbi vndecim Doctores citat, ex legibus Caſtellæ hoc idem cõprobatur ex lege 56. tit.6. part.1. & lib.1. tit.3. l.5. Montaluus in d.l.56. Gregor. in l.9. tit. 19. part.1 ibi referat Epiſcopo qui Compellat eos ad obſeruantiam illius laudabilis cõſuetudinis, Latius in l.15. tit.17. part.1. Azeued. in l.2. tit.5. lib.1. recopil. Curia Philipica lib.1. §.5. nu.2. Guterr. lib.2. Canno. cap.21. nu.140. ex Theolog. pro mille, Soares de Legib. lib.1. de Diuino cultu cap.5. n.20. Azor. lib.7. Inſtit. Moral. cap.38. verſ.16. Ratio autem cur hoc caſu laici ceſſantes à ſolutione in iudicio Eccleſiæ compelli poſſunt, ea eſt quia ſacrilegium committunt ex Azor. vbi ſupra Abb. in d. cap. Ad Apoſtol. n.4. exprimit l.7. tit.19. lib.1. ibi, tiene ſancta Igleſia que fazen peccado de ſacrilegio, ratione cuius laici in eccleſiaſtico forum ſortiuntur, cap. Cùm ſit generale de foro comp. Ordin. lib.2. tit.1. §.5. & 6. Barboſ. in l. Si quis ex aliena nu.147. Couar. lib. vari. c.4. n.2.

15 Non diffitebor in Regijs Tribunalibus aliter ſæpiſſimè iudicatum fuiſſe, pluresq; extare ſententias in Archiuio Regiæ Coronæ quòd euolui iuſſu ſacræ Mageſtatis, quibus ſuccurritur laicis, vel abſolute negantibus, ſe teneri ad offerendum, vel ſi ſe compelli cõquærantur ad inſolitas oblationes, decernentes his caſibus apud ſuos iudices eſſe conueniendos, quod quidem à iure alienum puto, immò poſſe cõueniri omnibus caſibus in foro Eccleſiæ indubitabile eſſe, quia ſi cauſa eſt eccleſiaſtica, quocumq; modo mota ſit, illius fori eſt, nec vllo modo poteſt cõſiderari tanquam nudum factũ, quia iudex ſæcularis de quæſtione facti rei ſpiritualis non cognoſcit, niſi quando incidit in cauſa non

non verò principaliter ſic accipiẽda ſunt, quæ Barboſa in l. Titia ff. ſolut. matrim. à n. 39. & 54. & quæ Couar. de Sponſal. 2. p. c. 8. §. vlt. num. 3.

16 Vnde vnus ſolus caſus excogitari poteſt, in quo ad Regia Tribunalia pateat additus, nempè quando maiores ſolitis oblationes exigantur cenſuris, quia in modo exactionis datur notoria oppreſsio, antequam partes conueniantur, & conuicti proponantur de quotta, quam ſoluere tenentur, diſcuſa cauſæ legitimitate, præſcriptionis, & ad hunc caſum reduci debent omnes ſententiæ in iudicio Regio prolatæ, ne à iuris regulis diſſonent, prout olim iudicatum reperi anno 1466. ſententia ſic habet.

Acordamos, que poſto que eſta cauſa ſeja dizimal de que a nôs não pertence o conhecimento, que viſto, como he innouação, que em todos noſſos Reynos ſe não fazia, & como a dita Cidade he afadigada contra direito, porque as dizemas peſſoaes ſe podem preſcreuer, no modo de ſe pagar, & a eſtes cidadões, & pouo praz pagar as ditas dizemas peſſoaes por eſtas couſas, porque ſempre de tempo do que em contrario não he memoria pagarão, & como eſta innouação fez o dito Theſoureiro, &c. Porêm, mandamos ao dito Theſoureiro, que tal innouação não faça, mas eſtè como ſeus anteceſſores eſtiuerão: & ſe a fazer quizerem, que os Vigairos a não oução, ſobre elo; nem os Eſcriuães eſcreuão ſobre tal feito, ſob certa pena dos bẽes, & ſerem prezos: & ſe algũs por elo eſcomungarem, que os iuyzes os não prendão, nem leuem penas de excomuugados, & ſe não quizer ceſſar, que a Cidade o não conſinta. ElRey o mandou, por Ioão Rodriguez Malheiro Caualeiro de ſua caſa, & do ſeu Deſembargo, &c.

Quæ ſententia ſeruatur in Archiuo Ciuitatis Portuenſis, vbi eã reperi cum mãdato Cæſaris illud in ordinem redigiſſem cum Prætoris Ciuilis officij in Portuenſi Senatu fungerer.

Non omittam quòd præſcriptioni locus eſſe poteſt circa oblationis ius, quando inter duos Abbates, vel Priores certetur de colligendis eleemoſinis, ſeu oblationibus, quia tunc ſicut in quolibet alio iure Eccleſiæ competenti præſcriptioni locus eſſe poteſt, iuxta vulgaria principia, in quo reperi Senatus Areſtum in oblationibus

factis

factis domui Miſericordiæ villæ de Saluaterra, quas Prior Matricis dicebat ad ſe ſpectare, eoquòd d. domus erat ſufraganea Matrici, & ab ea depēdebat. Allegabat Prior ſe eſſe in poſſeſsione leuandi oblationes, & ex hoc fundamento prouiſio denegata fuit, 19. Aprilis, 1603. ſub n. 513.

SVMMARIVM.

1 *Executiones vltimarum voluntatum eſt mixti fori.*

Referuntur apoſtolica inducta, quibus id confirmatu. ibi.

Referūtur Regum concordiæ ſuper eodem caſu. ibi.

2 *L. Regia iuri cōformis eſt.*

Legatorum piorū executio videtur priuatiue ſpectare ad Epiſcopos. ibi.

Sed contrarium verius.

Interpratatur cap. Si hæredis de teſtam. ibi.

3 *De iure canonico legati pij executio, ſoli Epiſcopo commiſſa eſt.*

4 *Proponuntur quæſtiones examinandæ.*

5 *Trāſacto anno datur inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem præuentio.*

Trāſacto anno ſtatim fit deuolutio ad Epiſcopum. ibi.

Ad Epiſcopum etiam in prophanis attento iure executio deuoluitur. ibid.

6 *Anni, & menſis præfinitio an ſit contra ius?*

Opera pia implenda in tribus conſiſtunt.

Primò in aliquo ædificio conſtruendo. ibi.

Vel in opere pio prout eſt captiuorum redēptio. ibi.

Vel quando aliqua ſpecies ad pios vſus relinquitur.

In priori caſu annus conceditur, in ſecundo nullum tēpus præfixum eſt, in tertio ſex menſes. ibi.

Lex Regia omnes caſus exequat. ibi.

Nō tamē tollit, quòd intra annum actione ex teſtamēto legatum peti poſsit. ibi.

7 *Præuentio in his caſibus, quomodo conſideretur?*

Inuentarij confectio an inducat præuentionem. ibi.

Citatio intra annum, & menſem non inducit præuentionem. ibi.

8 *Citatio edictalis ad valuas Eccleſiæ, an ſufficiat ad præuentionem?*
Ad præuentionem vera, & propria citatio requiritur. ibi.
9 *Si Epiſcopus per edicta executores vocet ſub excommunicationis pœna, an ſufficiat ad præuētionem?*
Quid in aliјs Prælatis inferioribus?
16 *An ceſſet præuentio negante executore ſe debere?*
Quôd poſsit cogere executorem, vt adimpleat etiam ad partis inſtantiam.
Secus erit, ſi teſtamētarius extra cauſas teſtamēti cōprehenſas pulſetur. ibi.
Epiſcopus viſitans nō cognoſcit de his, quæ ordinariā diſcuſsionē poſtulāt. ibi.
11 *In legatis piјs quomodò detur præuentio?*
Duplex præuētio, vel reſpectu teſtamenti, vel reſpectu fori. ibi.
Citatus ad reddendas rationes ſi negat, nec cauſa sūmarie decidi valeat non ex eo remittēdus eſt ad iudiciū Epiſcopi à Viſitatore quaſi reſpectu fori ſit iuriſdictio præuenta. ibi.
12 *Si actum ſit intra annum pro legato corā Epiſcopo cenſebitur præuenta iuriſdictio, & quia?*
Executor mixtus pulſari poteſt actione ex teſtamēto & generalis executor. ibi.
Si eſt executor particularis officio iudicis cōpellitur bona petere, vt adimpleat. ibi.
13 *Si corā Epiſcopo pro legato conſequēdo actū eſt ſtatim cenſetur iudiciū præuētum quôd intellige quoad pia nō qu. ad prophana. ibi.*
Interprætatur cap. Si hæredes de teſtam.
14 *Legata prophana iure actionis peti debent coram iudice ſæculari.*
15 *Caſus, in quibus executor teſtamenti compelli non poteſt vt impleat.*
Primus ſi iniungatur vt impleatur quando voluerit quia tunc tempus mortis expectatur. ibi.
Secundo, ſi ſecretê iubeat eleemoſinas facere. ibi.
16 *Prælati non ſe intromittūt in hæreditatibus eorū, qui abinteſtato decedunt.*
Addita hæreditate ſtatim

bona

bona ſunt patrimonium hæredis. ibi.
Impenſa funeris nõ ex forma cõſtitutionis fieri debet ſed ſecundùm perſonæ, & bonorum quantitatem. ibi.
17 Concordia non permittit vt Prælati ſe intromittant circa inteſtatorũ volũtates.
18 Ad iudicem ſæcularem ſpectat teſtamẽti publicatio.
Guterrez dicit cõtrarium receptius quando Clericus Clericum inſtituit, vel laicus ad pia teſtatur. ibi.
Iudici Eccleſiaſtico non poteſt denegari publicatio teſtamenti, cuius ipſe competens eſt iudex. ibi.
Contraria opinio receptori eſt. ibi.
19 Inuentarium de bonis Clerici vbi fieri debeat.
Inuentarium fuit inuentũ in fauorem hæredis.
20 Inuentario conficiendo duo tẽpora æſtimanda, vel additæ hæreditatis, alterũ ante additam.
Si eſt addita bona ſequuntur conditionem hæredis ſæcularis. ibi.
21 Quando inſtitutus eſt laicus, qui adhuc non adiuit, maius eſt dubium.
Priuilegium bonis competens in vita clerici, durat eo mortuo. ibi.
Ex diſpoſitione facta in fauorem ſæcularis, ſtatim bona ſubſunt Regi. ibi.
22 Si Clericus eſt hæres ſæcularis videtur quod ad forũ Eccleſiæ ſpectat inuẽtariũ.
Dum clericus non addiuit bona ſunt temporalia, & repræſentãt defunctũ. ibi.
An verius ſit ſufficere eſſe clericum hæredem inſtitutum. ibi.
Sicut viuente defuncto bona erant ſæcularia, ſic eo mortuo. ibi.
Non obſtat quòd in ſæculari hærede reſoluit, ex perſona futuri hæredis ſpectare inuentariũ ad ſæculares.
Differentia non eſt inter laicum hæredẽ clerici, & clericũ hæredem laici. ibi.
Bona ſæcularis qui clericũ inſtituit in poteſtate ſunt Principis ſæcularis. ibi.
Si verò clericus eſt hæres, an conſideretur illa potentia, vt inuentarium ſit fori eccleſiaſtici?
23 Quæ ſit huius rei ratio?

Priuilegia defuncti conſeruantur in bonis, confectio verò inuẽtarij, eſt quid diuerſum.

Priuilegium clericale Clerico viuente nõ remittitur eo tamen mortuo remitti cenſetur ab eo qui hæredẽ laicum inſtituit.

24 Quando iam Clericus addiuit competens eſt Iudex Eccleſiaſticus.

25 Si Clericus eſt hæres alterius Clerici.

Si Clerico relicta eſt hæreditas, nihil habet iudex ſecularis.

Vel hæreditas iaceat, vel addita ſit eo caſu ad iudicium Eccleſiæ ſpectat iuriſdictio.

26 Amplia ad executorem ex teſtamento ad pia. ibi.

27 Amplia quãdo executores ſint Clericus, & laicus.

28 Si Clericus abinteſtato decedit hæreditas repreſentat defunctum.

Reprehẽditur à multis Lazarte dum ſentit, quòd ſi vendatur res hæreditatis Clerici debeatur gabella.

Quando hæreditas iacet ſi aliquod corpus diſtrahitur debetur ſtatim gabella, ſed pendet qui debeat. ibi.

Cũ hæres de futuro videtur contractus geſtas, & ideo ipſe debet gabellam. ibi.

Interpretatur l. Nam & ſeruus. §. 1. ff. de negot. geſt. ibi.

29 Abinteſtato decedente Clerico inuentarium ad Eccleſiam ſpectat.

Impugnatur hæc ſẽtentia. ibi.

Clerici de bonis ſuis ligitimos habent hæredes. ibi.

30 Prima opinio retinetur.

Conſuetudo teſtandi in Clericis interpretanda eſt à conſtitutionibus Epiſcoporum. ibi.

31 Hæreditas defuncti Clerici ſecundùm conſtitutiones defferenda eſt.

Interpretata Ordin. lib. 2. tit. 18. §. 7. ibi.

31 An hæres ſæcularis debeat addire coram Iudice Eccleſiaſtico?

Quod ſufficiat addire in ſæculari? ibi.

Contrarium quôd debet eo caſu additio fieri in Eccleſiaſtico, & ibi peti hæreditas. ibi.

ſi

32 *Si hæresditas eſt mixta quia in aliqua parte Eccleſia admittitur ex cõſtitutione Epiſcopatus, tũc debet addiri iudicium Eccleſiæ.*

33 *Si verô hæreditas tota pertineat ad hæredem ſæcularem, in ſæculari ſufficit addire.*

Iudex Eccleſiaſticus laicũ conductorem recté vocat, vt oſtendat apocham conductionis. ibi.

34 *Reprobatur ſtillus viſitatorum, qui componunt cum hæredibus abinteſtato ſuper magnis expenſis.*

Similiter, ſi aliquis abeſt vltra decenium eum gerũt pro mortuo, & teſtamentum condunt. ibid.

Deinde ſe intromittũt ſuper rationibus fabricæ Eccleſiarum in qq. omnibus excedunt. ibi.

35 *An impedimentũ excuſet ab implendo teſtamento.*

Impedito regulariter non currit tempus. ibi.

Annus à lege datus fuit in fauorem teſtatoris. ibi.

Intra annum legata peti poſſunt. ibi.

Impedimẽtũ tale eſſe debet quòd remoueri nõ potuit recurrendo ad ſuperiores. ibi.

36 *Rationes reddere Prælato, & Regi inſimûl quid importet? ibi.*

37 *An extra locũ vbi degũt poſſunt trahi executores?*

38 *Explicatur Ordi. Reg. dum iubet ne extra locum vbi degunt deducãtur executores. ibi.*

39 *Quomodô illa verba legis extra locum domicilij accipi debeant?*

Loci appellatione vrbs, & oppidum continetur. ibi.

40 *Extra locum trahi poſſunt executores ſi dolo differant rationes reddere.*

Deinde ſi comoratur extra locum vbi adminiſtrationem habet. ibi.

Nec cõnſentire poßunt vt citentur ad alium.

Vicarios foraneos poſſunt Epiſcopi cõſtituere, qui de ijdẽ cauſis agnoſcant. ibi.

41 *Quando teſtator non expreſsit opera pia, quæ fieri debent, non Rex, ſed Epiſcopus declarat interpretata Ord. §. 41.*

Non rectè Regis Prouiſo*res onera relicta diminuũt ſi re-*

ſi reditus minuantur. ibi. Voluntas defuncti debet impleri etiam eo modo, quo defunctus voluit. ibid.

Quando comutatio à ſæculari Principe, vel à Summo Pontifice petenda ſit. ibid.

DE CAVSIS MIXTÆ COGnitionis inter Prælatos, & Prouiſores Regios circa executionem teſtamentorum ad explicationem Ordin. lib. 1. tit. 62.

CAP. XVI.

Circa vltimarum voluntatum, executionẽ mixta eſt cognitio, in quo diſponit Regia Ordinatio lib. 1. tit. 62. §. 4. in hũc modum.

E porque ſegundo diſpoſição de direito commum aſsi pertence aos Prælados Eccleſiaſticos, como a nôs fazer comprir as vltimas vontades dos defunctos, & por ſe euitarẽ duuidas, el Rey D. Afonſo V. com acordo de Letrados, determinou que os Prouedores, Eſcriuães, & outros officiaes dos Reſiduos vſaſſem de ſeus officios, como dantes vſauão, com eſte temperamento, que os feitos dos Reſiduos, de que os Prelados, ou ſeus Vigairos tomaſſem conhecimento, citando primeiro os teſtamenteiros que os officiaes delle Rey: os ditos Prelados, ou ſeus Vigairos conheceſſem dos taes feitos; com tanto que elles, ou ſeus officiaes não citaſſem, nem fizeſſem citar os teſtamenteiros, durando o tẽpo de hum anno, & hum mes, que lhes, pela Ordenação, he dado, ou durando o tempo aſſinado pelos teſtadores, ou o tẽpo dos eſpaßos, que por el Rey foſſem dados aos teſtamenteiros, para comprirem os teſtamentos, & citandoos antes de ſerem paſſados os ditos tẽpos, a tal citação ſeja nenhũa, & não ſe pudeſſe dizer por ella, preuenta a juriſdicção; antes paſſados os ditos tempos, os officiaes del Rey, & os Prelados, ou ſeus officiaes pudeſſẽ

mandar

mandar citar os teſtamenteiros, & os que primeiro citaſſem tomaſſem conhecimento dos teſtamentos, & execução delles: & por el Rey D. Manoel de glorioſa memoria meu auô foi declarado, que ſe algũ teſtamenteiro quizeſſe dar cõta do comprimento do teſtamẽto, dentro de anno, & mes, ou no tempo que tiueſſe para o comprir, & quizeſſe hauer ſua quietação, o poderia fazer perante o Prouedor dos Reſiduos, & official Eccleſiaſtico juntamente, & dentro do dito tempo a não pudeſſe dar perante cada hum delles sômente, & dandoa, foſſe nenhũa, & a quietação lhe naõ foſſe guardada: & paſſado o dito tempo de anno, & mes, lhe foſſe tomada cõta de nouo, como ſe nunca lhe fora tomada; & lhe ſeria mandado executar o teſtamento: o que tudo mandamos que ſe guarde inteiramente, com declaração, que os noſſos Prouedores, & os Prelados, & officiaes Eccleſiaſticos não obriguem os teſtamenteiros hirẽ dar conta fòra do lugar aonde viuerem, por a muita vexação que niſſo receberirõ noſſos pouos.

Ideſt. Et quia ſecũdùm ius commune, tam ad Prælatos, quàm ad nos ſpectat compellere, vt impleantur vltimæ defunctorum voluntates, & iam olim Rex Alphonſus V. cum prudentũ concilio ſtatuit, quòd Prouiſores Regij, Scribæ, & alij miniſtri reſiduorũ, executioni deputati, ſuis vt antea officijs vterentur, eo tẽperamento, quòd ſi contigiſſet, quòd ſuper cauſis, de quibus Prælati, vel eorum Vicarij cognoſcebant, citari feciſſent priùs teſtamẽtarios, quàm per regios officiales citati eſſent, quòd dicti Prælati de his cauſis cognoſcerent, ita tamen dũ modo intra annũ, & menſem teſtamentarios non citaſſent, ad implendas vltimas volũtates, ſibi per legem conceſſum, vel durante, aliàs, tempore à teſtatoribus aſsignato, aut ſpatio à Rege conceſſo. Quòd ſi ante dictos terminos citari cõtigiſſet, talis citatio nullius eſſet effectus, nec per illam præuenta cenſeretur iuriſdictio. Immo tranſactis illis tẽporibus, tam Prælati, quàm Regij officiales poſſent citare

teſtamentarios, coram ſe, & qui prius citationem exequerentur, cauſæ cognitionem aſſumerent. Poſteaq; per Regẽ Emanuelem fælicis recordationis, auum meum declaratũ extitit, quòd ſi aliquis teſtamẽtarius, vel executor vellet rationes reddere implementi teſtamẽti, intra annum, & menſem, vel tempus ſibi aſsignatum, & quitationem impetraſſet, eam quidẽm petere deberet coram Prouiſore *reſiduorum, inſimul cum officiali Eccleſiaſtico, ita vt intra illud ſpatium rationẽ reddere non poſset, coram eorum quolibet ſeparatim; quod ſi ambo non adeſſent dicta rationum præſtatio nulla foret, quitatioq; ſic habita non adimpleretur, tranſacto dicto tempore anni, & menſis, nouã rationẽ reddere cõpeteretur, ac ſi numquâm alia redita foret. Iubeturq; vt teſtamentum exequatur. Quæ omnia volumus vt ſeruentur inuiolabiliter, ea declaratione, quòd noſtri* Pro*uiſores, &* Prælati*, eorumq; officiales Eccleſiaſtici, non obligent executores, ſeu teſtãmẽtarios, vt ad alia loca accedant rationes reddituri, quâm vbi viuunt, propter nimiam vexationem, quâm ex eo noſtris ſubditis inferri poteſt.*

Hæc Ordinatio prout per ſuos paragraphos continuata iacet, deſſumpta fuit ex Comitijs D. Alphonſi V. habitis Colippo, vulgo, Leiria, prout videri poteſt in Archiuio publico huius Ciuitatis, libro extractarum â fol. 69. & in ſpecie duas habet confirmationes apoſtólicas habitas à S. Pontifice Leone X. Prima continetur lib. 1. breuium, in eodem publico archiuio fol. 200. breuis verba talia ſunt.

Nos igitur attendentes non eſſe de iure Archiepiſcopis, vel Epiſcopis ſe de executione voluntatum etiam ad pias cauſas teſtantium, ante anni lapſum, & in executorum nigligentiam intromittendi facultatem, ſeu poteſtatem conceſſam, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vniuerſis, & ſingulis Archiepiſ. & Epiſcop. Vicarijs, &c. Ne ex nunc, & de cætero in perpetuum, ante dictorum anni, & menſis lapſum, niſi ligitima cauſa ſubſit, & neq; etiã tunc ſine dictis Regijs officialibus, vel eorum aliquo ad

huiuſmodi

huiuſmodi rationum exactionem, etiam volentibus, ſeu requirentibus iiſdem executoribus procedere, neq; eoſdem executores propterea ad iudicium euocare, nullaſq; cuipiā deſuper quitantias tradere, ſine dictorum regiorum officialiū conſenſu, de quibus rogari debeat publicus Notarius, regia authoritate creatus, quoquomodo præſumant, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, &c. 27. Maij 1519.

Aliudq; eſt breue in confirmationem præcedētis eiuſdem Leonis X. lib. 2. Breuium fol. 32. expeditum 3. Aprilis, anno 1520. Et vltra has ſpeciales confirmationes alia extat nominus notanda, in cap. 29. Concordiæ Romæ, cum Prælatis habita, quæ ſic habet.

Quod nititur ad forum ſuū teſtamentarias, & alias eccleſiaſticas euocare cauſas defunctorum, Clericorum occupādo legata, & rectorum Eccleſiarum decedentium bona ipſarum Eccleſiarum intuitu acquiſita. Reſpondent Procu*ratores, & promittunt quôd Rex in iſto articulo ius commune ſeruabit. Cumq; poſtea de implemento huius concordiæ dubitaretur, in tertia concordia cum eodem Rege Dioniſio celebrata ratificata fuit, in 10. art. in hæc verba: Quôd non vult Rex quôd in cauſis teſtamentorū, laici per Eccleſiaſticos Iudices compellantur, vt ſoluant Reſidua, ad quæ tenentur de iure, quôd eſt contra ius, & contra 20. art. Cōcordiæ Romæ habitæ inter eū, & Prælatos. Reſpondet Rex quôd d. Concordia ſeruetur.*

Poſtea, tempore Regis Petri, ſuper eádem cauſa nouæ lites exortæ fuerunt, & noua Concordia antiqua confirmata fuit, in art. 8. in hæc verba.

Quôd Regij miniſtri cogebant, vt coram ſe traherentur teſtamentor. proceſſus, quorum cognitio ad Eccleſiam pertinebat; contra tenorem articuli iurati inter Regem, & clerum, & contra mandatū Regis Dioniſij, qui iubebat ne cognoſcerent de litibus, & cauſis eccleſiaſticis. Reſpōdet Rex, quôd iam olim ſuper hoc concordia innita fuit, prout fieri expediebat, & quôd ſeruetur, ſicut eius pater ſanxit.

Vltimo tempore Regis Sebaſtiani alia concordia in confirmationem præcedentium cõdita fuit in hæc verba.

In 17. articulo dicunt quòd miniſtri ſæculares non conſentiunt quòd iudices eccleſiaſtici, tranſacto tempore, à iure communi, & Regio indulto, procedant contra executores teſtamentorum, vt adimpleãt legata, & ſoluant debita in teſtamentis contenta, & contra hæredes, vt neceſſaria ad expendendum in his operibus elargiantur, nec conſentiunt, quòd Vicarij rurales, in ſuo diſtrictu, dicto tempore trãſacto poſſint citare dictos executores, vt coram eis compareant rationes ad implementi redditùri, vt ſemper facere conſueuerunt, prohibentes ne executores extra loca vbi degunt, extrahantur, ſolũq; permittentes, vt tempore quo diocæſim viſitant, in locis ad quã accedunt, de his rebus cognoſcant. In hoc articulo placuit, quòd regij miniſtri nõ impediant, Iudices Eccleſiaſticos, vt defunctorum voluntates exequantur, in his caſibus, in quibus per eos præuẽta ſit iuriſdictio in forma iuris communis, & regij miniſtri illos impediunt, ne Vicarij pedanei, ſeu rurales, & Archipræsbiteri cognoſcant, de executionibus teſtamentorum, iubet Rex quòd tale non faciant. Verumtamen dicti Vicarij Archipræsbiteri, & ipſi officiales Epiſcoporum debent ſeruare formam legis Regiæ, non obligantes executores, vt extra loca vbi degũt rationes præſtare teneantur, propter magnam ſubditorum Regis vexationem, quæ eſt ratio ob quam Rex iuſsit Prouiſoribus, ne pariter illud facere poſſint, debetq; eadem conſuetudo omnibus eſſe communis, & ab omnibus lex Regia obſeruanda eſt vt ipſa diſponit.

2 Hæc ſunt fundamenta, quibus lex Regia innititur quam quidẽ eſſe iuri conformem facile comprobabimus: Primò, quòd teſtamentorum executio mixti fori eſt ex text. in l. Hæreditas 53. in fin. ff. de petit. hæred. ibi, principali, vel pontificali, &c. Auth. de Eccleſi. titul. §. Si quis ædificationem, ibi, prouidentia locorum Epiſcopi, & ciuilis iudicis, cap. Si hæredes, cap. Tua, cap. Ioannes de teſtam.

teſtam. circa legata pia dubitari poteſt, an priuatiuè eorũ exqutio ad Eccleſiam ſpectet, ex text. in cap. Nos quidèm d. cap. Si hæredes, gloſ. in c. Syluester verbo Veſtro 11. q. 1. l. Nulli, C. de his Epiſ. & Cleric. Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 15. & ſeſſ. 22. cap. 6. & ſeſſ. 25. cap. 4. de Reformat. Et verius eſt etiam hoc caſu executionem eſſe mixtæ cognitionis ex text. in d. l. Hæreditas, l. Nulli, C. de Epiſcop. & Cler. ibi, vel clariſsimi Rectoris prouintiæ, vel in vrbis Epiſcopi notitiam deferendi liberam habet facultatẽ, l. 3. §. 1. ff. de alim. & cibar. legat. text. in d. §. Si quis ædificationem, & in auth. vt cum de appel. cognoſ. §. Vnum, & eſt omniũ concors ſententia ex Romano in Auth. Similiter, C ad l. Falcid. ſpecul. in tit. de inſtrum. edit. §. Nunc verò verſ. ſed nunquid Bart. in l. 1. ante fin. ff. de legat. 2. Gregor. in l. 7. tit. 10. part. 6. gloſ. 1. Cuius opinionis ea videtur eſſe ratio, quia cum hæc exequtio verſetur circa res natura ſua prophanas, executoreſq; laici proponantur, tota cauſa temporalis eſt, quæ ſecundùm iuris principia ad iudices ſæculares ſpectat. Vnde quando per Imperatorum leges, illa eadem cognitio Epiſcopis tribuitur, ita accipiendum eſt vt eam non videatur ſæcularibus ademiſſe, ſed vt vtriſq; competat, data inter eos præuentione quem ſenſum ſequitur Regia Ordin. d. §. 4. dum nullam diſtinctionem facit inter legata pia, & prophana indiſtincte decernendo, vt vtroq; caſu mixtæ ſint cognitionis: nec aliud probat d. c. Si hęredes, d. cap. Ioannes, cap. Cum à nobis de teſtam. cum alijs quatenus hanc executionem ſolis Epiſcopis concedũt, & perconſequens videtur reliquis ademiſſe, iudicibus, l. Cum Prætor 12. iuncta gloſ. verbo Videtur, ff. de Iudic. l. Maritus, C. de Procurator. nam ſatisfit, quòd lex noua quæ aliam de nouo perſonam admittit, non excludit eas perſonas, quibus antea cognitio competebat, l. 2. C. de officio præfect. vrb. & cum communi docet Paulus in d. l. Cum Prætor n. 5.

3 Non infæliciter tamen tentari poteſt legati pij executionem attento iure Cannonico ſolis Epiſcopis eſſe commiſſam, ex d. cap. Si hæredes, cap. Tua vbi gloſ. verbo Pijs, & d. §. Si autem in authen. de Eccleſ. titul. col. 9. & probat expreſſe, d. l. 7. Partitarum, quia ſæculares ad legata pia exequenda nullibi reperiuntur admiſsi. Solum enim admittebantur, vt executores compellerent, ex d. l. Hæreditas, & alijs iuribus: licet contraria ab omnibus recepta ſit in cap. Significantibus, de officio delegat. & in l. 1. C. de Epiſcopal. audi. D. D. in cap fin. §. 1. de Teſtib. lib. 6. Bald. in d. l. Hæreditas, §. Defunctus, Specul. in tit. de vltimarum volũtatum execut. §. 80. Alex. conſ. 170. vol. 2. Belluga in Speculo princip. rub. 17. §. Videamus n. 4. Iacob. de

Canibus

Canibus in tract.de Execut. vlt. voluntat. part.1. nu.25. Tiraq. de Priuil.piæ cauſ.priuil.149. Marta de Iurisd.2.p.cap.10. n.14. Ordin. d.tit.62.ſ.42.

4 Adhuc tamen reſtat difficultas in exequendis vltimis voluntatibus,vel legatis pijs vltra annū à iure teſtamentarijs, ſeu executoribus conceſſum, Auth. hoc amplius, C. de fideicommiſ. an ſcilicet ad Epiſcopum talis executio deuoluatur,vel legata ſint pia,vel prophana, & quia plura hæc Ordinatio inuoluit, quæ ſpeciali nota indigent circa ſequentes quæſtiones noſter verſabitur labor.

Prima ſit, an tranſacto anno à lege dato poteſtas exequendi tranſeat in Epiſcopum?

Secunda, an illa præfenitio anni,& menſis conſonet iuri,& quomodo fiat præuentio,& in quibus caſibus?

Tertia, ad quem iudicem ſpectet publicatio teſtamenti?

Quarta, qui iudex faciat inuētarium de bonis defuncti?

Quinta,quid dicendum ſi hæres eſt laicus?

Sexta, quid quando eſt Clericus?

Septima, quid abinteſtato Clerico decedente?

Octaua, an additio debeat fieri in ſæculari,vel eccleſiaſtico.

Nona, quæ impedimenta ſufficiant,ne tempus currat?

Decima, quid importet vt intra annum rationes reddantur Epiſcopo,& Prouiſori inſimul?

Vndecima, quomodo rationes exigi nequeant extra locum vbi executores degunt?

Duodecima, an incertæ diſpoſitionis declaratio expectet ad Regem?

5 Quoad primam quæſtionem, ſupponit Regia Ordin. quód trāſacto anno datur inter iudicem Eccleſiaſticum,& ſæcularem præuētio, in quo videtur iuri Canonico aduerſari,quia deuolutionem impedit,quo attēto ſtatim tranſacto anno, & menſe Epiſcopus fit executor, vt impleat voluntatem defuncti, gloſ.in d. cap. Tua nobis, verbo Pijs, D.D. in d. cap. Si hæredes de teſtam. quod etiam ad legata prophana extenditur, ex Bart.in d.Auth. hoc amplius n.3. C. de fideicommiſ. Syueſtr verbo Teſtamentum 296. in fin. Tiraq. in tract. Le mort.7.p.declaratio 3. num.5. Boer.deciſ.242. Nauar.in Manu.cap.25. nu.65. & licet circa legata prophana plures D.D. aliter ſentiant, immo ſolam executionem legati pij ad Epiſcopos deuolui,ex gloſ.in d.c. Tua nobis, d.verbo Pijs, Anchar.in d.c.Si hęredes nu.6. Immol.n. Barbatia 3. & ante omnes gloſ. verbo Principali in d. l. Hæreditas. Aufrer. ad Capel.251. Tamen contraria eſt communis,quòd etiam circa prophana executio ad Epiſcopum deuoluitur,tranſacto anno, quia omnis executio vltimæ voluntatis pietatem continet, arg.l.1. C.de Sacroſ

Sacroſ. Eccleſ. quam opinionem ſequitur Inno. Hoſti. Cardin. & Abb. num, 7. in d. cap. Si hæredes, vbi Couar. num. 3. Alex. conſ. 239. in fin. lib. 6. in d. Auth. hoc amplius n. 9.

Quibus non obſtantibus attenta lege Regia, vel pia, vel prophana ſit diſpoſitio, nulla ad Epiſcopum elapſo anno fit deuolutio, patet ex ipſa Ordinatione in §. 1. quatenus nulla facta diſtinctione inter pia, & prophana procedit, vt in §. 41. & 42. annum, & diem indulgendo intra quod prohibet abſolutè, ne executores compellantur, & poſt annum iubet, quòd ſit caſus mixtæ cognitionis, vt compelli poſsint, vt in §. 12. ſtatuit, quòd ſi malè ſe gerant, & præpoſtere exequâtur bona alijs tradantur, & ipſi priuentur emolumento teſtamenti, nulla ergo eſt hodie deuolutio, attento iure Regio, quia ſolùm tranſacto anno, ille caſus efficitur mixtæ cognitionis, ita vt inter ſæcularem Magiſtratum, & Epiſcopum præuentioni ſit locus, quod quidem effectum eſt virtute ſupra poſitæ concordiæ.

6 Secunda quæſtio eſt, circa anni, & menſis præfinitionem, in quo videtur Regia Ordinatio á iure deuiaſſe. Nam ſi attendimus ad opera pia, hæc in tribus conſiſtunt, primo, vel in aliquo opere, vel ædificio conſtruendo, vt in d. Auth. de Eccleſiaſt. tit. col. 9. §. Si quis ædificationem, vel in pio opere; prout eſt captiuorum redemptio, vel pauperum eleemoſinæ, vt in l. Nulli, C. de Iudic. & in d. Auth. §. Si quis autem. Vel tandem quando aliqua res, ſeu ſpecies ad pios vſus relinquitur, vt in d. §. Sin autem. Inter quos caſus illa eſt differentia, quòd in priori annus conceditur ad tale opus peragendum, d. §. Si quis. In ſecundo, nullus terminus á iure præfixus eſt, & tempus taxari debet arbitrio Prælati, vt illud tantum concedatur, intra quod opus poſsit abſolui, argum. l. Interdum, & l. Continuus 138. §. Cum ita, ff. De verborum. In vltimo caſu, ſex menſes á iure conſtituuntur, ab inſinuatione teſtamenti probat d. §. Sin autem, quia cùm res faciliter dari poteſt, non eſt cur longius tempus indulgeatur, Matienſo lib. 5. tit. 4. l. 14. gloſ. 1. à num. 63. Bartol. & D D. in Authen. hoc amplius, C. De fideic. Quæ omnia noſtra lex Regia, & concordia, ex qua orta eſt, contemnit ſimpliciter omni caſu annum, & menſem indulgendo, in quo omnis executio ſileat, & conquieſcat, & illo trāſacto incipiat executor teſtameuti poſſe citari, data præuentione, reſpectu alterius iudicij: non videtur tamē excludi vt ab addita hæreditate, vel acceptato officio obligari poſſit, vt ſoluat legatum relictum per actionē ordinariā ex teſtam. quia hoc non excludit lex Regia, quæ egit de caſu reddendarū rationū,

& aſsignat annum ad implēdum totum teſtamentum, & ex hoc non tollit, vt pro relicto quilibet ex legatarijs, ex teſtamento agat, Matienſo in l.14. gloſ.1. lib.5. tit.4. n.36. in fine, Abb. in d. cap. Si hæredes n.5. ibi, poteſt compelli ante anni lapſum, &c.

7 Vnde dubitari ſolet ex quibus prę̄uētio hoc caſu inducatur, & an ſufficiat quòd Eccleſiaſticus intra annum ſe ingerat, conficiendo inuentarium bonorum defuncti, & an ex hoc cenſeatur pręoccupaſſe, cùm hæc cognitio de iure Epiſcopi ſit, Clem. vnic. de teſtam. Conc. Trid. ſeſſ.22. cap.8. Couar. in cap. Cum Ioannes n.1. & 2. de teſtam. idem Conc. ſeſſ.24. ca.3. Altamir. in tractat. de Viſitatio. in Scholijs, fol.246. n.1. Borromeus in Conc. Mediolamenſ.2. p. c 30. Adhuc tamen puto, quòd hæc inuētarij cōfectio, non ſufficiat ad præuentionem, nam ille actus alio tēdit, nec eſt actus ordinatus ad præuentionem, maximê quia illo tēpore, intra annum, & menſem eſt prohibita, & geſta contra directam prohibitionem nulla ſunt, Ordin. d. tit. 62. §. 4. Valaſ. conſ.105. nu.61. Molin. de Iuſtit. tract.2. diſp.105. Sarmien. lib.1. Select. cap.11. nu.15. Gonçales ad reg. 8. §. 3. Proemi. n. 12. Vnde etiamſi illo tempore decreta fuiſſet citatio, & exequuta adhuc nullius eſſet roboris, quia cùm nulla ſit, per citationem, nullam præuentio non fit ex his, quæ circa hoc latiùs diſcutiur, & videri poteſt per Maſcard. concl. 1226. num. 17. Azeuedus l.10. titul.13. num. 46. lib. 8. Recopil.

8 Tranſacto tamen ſpatio, ſeu inducijs â lege conceſsis dubitari ſolet, an citatio generalis, ſeu edictalis ad valuas Eccleſiæ facta ſufficiat, vt præueniatur altera ex illis iuriſdictionibus, veluti ſi Prælatus iubeat, vt omnes quibus ſua intereſt accedant, & licet in iure quoad alios effectus hæ generales citationes admittantur, qua vocātur omnes ſua intereſſe putantes, Bart. in l. Si quis inſtituatur, §. Itē ff. De hæred. inſtit. Valaſ. conſ.93. n.6. Maranta de Ordin. Iudic. 4. p. diſtinct.7. Couar. Pract. cap.35. Menoch. de Retinend. remed. 3. nu.52. Tamen ad hunc effectum præuentionis inducendæ ſpicifica citatio requiritur, nec generalis monitio admittenda eſt, quoties enim partis citatio requiritur ſemper intelligitur de vera, & propria citatione ad perſonam, quia ſine citatione nulla cauſæ cognitio, Valaſc. de Partition. cap.7. num.2. Puteus deciſ.150 n.1. lib.2. Gaſſad. deciſ.6. de Dolo, & contum. Gail. lib.1. obſeruat. 57. n. 11. Faciuntq; Gonçalez gloſ. 9. in anno. nu. 119. Citationes autem generales exorbitant â iuris regulis Clem. cauſam de electione, l. Dies §. Prætor ait, ff. De damno infecto, & ideo non eſt vera, & ſimplex citacitatio, ſed potius monitio, vt compareat ſi voluerit, gloſ. in c. Cum cauſa

cauſa de officio delegat. cap. Dilecti de except. & ideo nõ arctat ad neceſſario comparendum, proſequitur Marta caſ. 122. n. 4.

9 Infertur ſecundò, an ſufficiat quòd Epiſcopus per edicta, cõminata excõmunicatione, executores vocet, pœna impoſita vt fieri ſolet, & puto ſuppoſita concordia, & cognoſcendi forma prædicta, quòd nõ poteſt citatio hoc modo fieri, quia excõmunicationis diſciplina non eſt inuẽta ad citandũ, ſed ad cõprimendam contumaciam eorum, qui citati non cõparent, cap. 1. de Iudic. vbi cõmunis Doctorum traditio cum vulgaribus. Quare præpoſtere his edictalibus citationibus Prælati aliquãdo prætendunt præoccupare cognitionem cauſæ, cùm perſonalis eſſe debeat: immo oporteat quòd citatio nõ fiat per Capellanos vel alios curam animarum habentes, Cab. deciſ. 157. Sic iudicatum fuit in Supplicatione, Ioannis Rebeli, contra Dominicum Ferreira, 23. Decembris 1605. ſub n. 308. Sed oportet quòd fiat perſonaliter per miniſtrum Scribam, vel Notariũ, vel perſonam Eccleſiaſticã ad id munus obeundũ conſtitutã Ordi. §. 5. ibi, Officiaes Clerigos, ſicq; ſæpè iudicatum reperi, & vt ſæculares Scribæ citare poſſint conceſſum eſt Regio deplomate, lib. 5. Senatus, fol. 13. Et ſtatim dubitari ſolet, an idem ſit dicendũ in alijs Prælatis, quibus viſitandi ius cõpetit, prout Archidiaconis, & ſimilibus, quibus de iure viſitandi iuriſdictio conceditur, text. in c. 1. §. fin. de Cenſib. lib. 6. cap. Procurationes eod. tit. Miles in Repert. verbo Archidiaconus. Aufrer. deciſ. Toloſ. 188. Altamir. ad cap. 3. ſeſſ. 24. verbo Et alij n. 12. fol. 114. & expreſſe Conſ. d. c. 4. in verſ. Archidiaconi Azor. 2. p. Inſtit. Moral. c. 40. q. 7. Flores Variar. lib. 3. q. 24. nu. 23. Nuper Barboſ. ad Concil. d. c. 3. verbo Archidiaconi, & videtur, ſine dubio, quòd ſic, quia hi tales loco Ordinariorũ habentur, gloſ. verbo Loci ordinario in cap. Quãquam de vſur. lib. 6. & in Extrauag. execrabilis de Præben. inter cõmunes, verbo Epiſ. ad quod videtur reſpexiſſe Ord. d. §. 4. dum vtitur illo verbo Prelados, quod aptum eſt cõprehendere Epiſcõpos, & Prælatos inferiores. Vnde his citationibus prępoſteris, & ante tempus factis, nulla præuentio inducitur ex d. §. 4. ibi, *Como ſe nũca lhe fora tomada, &c.* Quia citatio nulla, & contra formam legis pręuentionem non operatur, vt ſupra diximus.

Maius dubium eſt, quando plures teſtamentarij conſtituti ſunt, & Vicarius vnum ex illis citat priùs, at verò Prouiſor duos, in quo foro cenſeatur præuenta iuriſdictio Senatui olim placuit, 10. Maij 1604. iudice Petro Nunez da Coſta, quod præuenta dici deberet à ſæculari ob maiorem partem, in grauamine D. Ioanna de Siqueira ſub num. 291. Sed non

aquieſco, quia præuentio eſt indiuidua, & in perſona cuiuslibet fit reſpectu omniũ, ſeu teſtaméti: Dubitari ſolet quando vterq; citat, nec conſtat de prioritate temporis vna tamen citatio, & altera ſolénis, quæ præualeat, & iudicatũ reperi attendendã quæ ſit ſolénior, veluti ſi vna ſit expedita in perſona famuli, altera in propria. In Supplicatione Ioannes Gonçaluez ex hac vrbe á Vicario Generali, 24. Ianuarij 1600. iudice Petro Nunez da Coſta, ſub n.326.

10 Infertur tertiò, quòd ſi præuéta ſit iuriſdictio de facto ex parte Epiſcopi, iuxta formã huius Ordinationis, & ea, quæ notat Cab. dec. 88. & 242. adhuc non ſine lite eſſe quãdo præuéta de iure iuriſdictio cẽſeri debeat, & quibus caſibus, & in plures partes hæc hęſitatio ſcinditur, nã aliquando cõtrouertitur, an teſtamentarij circa rationes reddendas cõpelli poſsint coram Viſitatore, vel Epiſcopo, & quid ad debita extra teſtamenti cauſam, & quid in legatis pijs, & quia ſingula hæc (quia quotidiana) animaduerſione digna ſunt, in illis pauliſper immorabor. Et quoad primũ videtur quòd Epiſcopi poteſtas dũ viſitat circa teſtamétorũ executionẽ, ceſſat quãdo executor, vel teſtamétarius negat ſe teneri ad opera, vel onus iniunctum ſubeundum, quia cum Ordinarius hoc caſu ex offic. præcedat, vt ſentit Abb. n.7. in c. Si hęredes de teſta. vbi Couar. n.1. Ioann. And. in c. Ioãnes Illotto Tiraq. de pia cauſa priuil.12. & ſic executiue, non poteſt ſuſcipere libellum, vt cauſam decidat, ordinarie, quia eſſet interponere officium ſuũ ad vtilitatem priuatã, Innocent. in cap. Ad noſtram 2. de Iureiur. Capell. Toloſ.112. in prin. ex reg. tex. in l. 4. §. Hoc autem, ff. De dãno infecto, idemq; videtur diſponi in Ordin. lib.1. tit.62. §.39. verſ. Porem, & tit. 9. §.2. Verrum ego puto Epiſcopũ dũ ex officio executiue procedit poſſe cogere executoré, vt onera in teſtamento expreſſa adimpleat, & rationes reddat, an impleuerit, etiam non obſtante ipſius contradictione, etiãſi fiat ad partis inſtantiam, quia eo caſu Epiſcopus officium ſuũ impartitur, non ad creditoris viui emolumentum principaliter, ſed ad fauoré defuncti, omni auxilio deſtituti, & miſerabilis, ex quo omnis executio teſtamenti pietaté cõtinet, arg l. 1. C. De ſacroſ. Eccleſ. & pro hac parte facit, c. Si hæredes de teſtam. vbi ſimpliciter Epiſcopus cõpellit hæredes, qui vota defuncti non adimplent, Abb. d. n.7. Et hic eſt caſus, in quo nõ imploratus officium ſuum impartitur, Tiraq. d. pri.152. Secús tamen erit ſi teſtamentarius extra teſtamenti cauſam pulſetur, prout ex debito defuncti, de quo debet conſtare ex probationibus adducẽdis, vel aliũde, quia tũc nõ poteſt ſe circa hæc impedire, Epiſcopus viſitãdo prouinciã, quæ ordinariã diſcuſsionẽ expoſcũt, nec circa illa executiue poteſt

poteſt procedi, nec aliud probat Ordin. d. §. 39. quia ibi Ordin. non agit de teſtamenti executione, ſed de litibus, quæ ad petenda debita, vel bona agitari debent, quarum cognitionem ſemper reſeruat foro ſæculari, qui cùm ſupponat contra laicos agitandas, merito decidit, vt in foro ſæculari diſcutiantur, quia ille eſt Reorum forus, ex reg. cap. Cùm ſit generale de foro compet. non tamen ex hoc inferri poteſt ad executionem teſtamenti, quia hæc executio alijs regulis metitur, & certum habet ordinem, de quo iam ſupra egerat in §. 4.

Quare, ſine dubio, videtur eſſe poſſe Epiſcopum executorem cogere relictorum in teſtamento rationes reddere etiamſi excuſationem allegauerit, quia hæc omnia incidunt in executione teſtamẽti, cuius ipſe iudex eſt, Clem. 1. de teſtam. ibi, debitam reddere rationem vbi gloſ. verbo Reddere citata Clement. quia contingit de religioſ. domib. §. Illi etiam Zoanetus rerum quotidan. cap. 28. Tiraq. de Iud. in rebus exig. fol. 105. verſ. ex hoc fit, quod ſecùs erit quando ex alia cauſa, in teſtamento non compræhenſa actum ſit quia Epiſcopus his caſibus tamquam executor teſtamenti accedit, & non poteſt alio modo cognoſcere, nec de cauſis ſibi non conceſsis, à lege regia d. Capella 112. in fine principij.

In legatis autem pijs aliqua conſideratione digna accidere ſolent, circa prȩuentionem; ſcimus namq; hæc legata in vtroq; foro peti poſſe, & eſſe præuentioni locum, quia hoc caſu habet Epiſcopus iuriſdictionem in laicos, l. 1. C. de Epiſcopal. audient, Panorm. in cap. Cùm ſit generale de foro comp. 2. notab. Specul. in titul. de offic. iud. §. 1. verſ. Item imploratur, & in titul. de inſtrum. edit. §. Nunc aliquando, verſ. Et ſcias, Bart. in l. Solent, verſ. Quæro, ff. de alim. & cibar. Alex. conſ. 170. lib. 2. pluribus citatis Tiraq. de pia cauſ. priuil. 149. Belluga in Specul. rub. 17. verſ. Videamus nu. 4. cum ſeqq.

Et duplicetur hæc præuentio dari poteſt, vel reſpectu executionis teſtamenti, vel reſpectu fori, vt in alio foro peti nequeat relictum. Primo caſu tunc eſt locus præuentioni reſpectu rationis reddendæ, quando iudex eccleſiaſticus, tranſacto anno, iuxta formam legis regiæ citauerit, ad opera in teſtamento relicta, nam ſi executor vocetur ex alia cauſa extrinſeca, veluti legato, vel ſimili, quia hærede, vel teſtamentario negante deberi, cauſa eſt ordinarie agitanda, d. Capel. Toloſ. 112. in fine prin. Licet ex tali citatione ſit præuenta iuriſdictio, reſpectu executionis, & rationum reddendarum, nõ tamen reſpectu fori, vt Viſitator poſsit cauſam remittere ad Vicarium, vt ordinarie cognoſcat quia

ſolum poterit interloquendo pronunciare, aſsignando tempus executori, vt cauſam finiat, quo caſu adhuc Actori licebit addire iudicem ſæcularem, vel eccleſiaſticũ, quẽ malit, quia cauſa eſt vtriuſq; fori, nec talis electio cenſetur adempta ex citatione ad reddendas rationes, cùm modo alius ſit petendi modus diuerſus, quo ordinarie agitur, arg. l. Et quia, ff. de exceptio. rei iudic.

12 Si autem actum ſit corã Epiſcopo, vel eius Vicario qui idem cũ Epiſcopo tribunal conſtituit, etiã ſi citatio emanuerit intra annum, á lege indultum, videtur iuriſdictio præuenta, nec obſtat Ordin. d. tit. 62. §. 4. quæ non permittit ex tali citatione intra annum iuriſdictionem præuentã dici, quia reſpondetur quòd procedit, reſpectu reddendarum rationum; nos verò agimus de legatario agẽte pro legato ſibi debito, actione ex teſtamento, pro quo, vt ſupra diximus, non obſtante tempore iure indulto, executori, ſtatim agi poteſt, ſic ergo idem dicendum eſt, reſpectu temporis, ab Ordinatione indulti, vt actione ex teſtamento pulſari poſsit, maximè ſi iſti executores ſunt mixti, quia emolumentum percipiunt, à ſuo munere, vt ſupponit Ordin. d. tit. 62. §. 12. & 14. & 23. & eſt regula, quòd executor mixtus conueniri poteſt actione ex teſtamento, vt voluntatem defuncti exequatur, l. Si á pluribus ff. de legat. 1. l. Imperator in princ. & §. cum quidam ff de leg. 2. licet actionem cedendo liberetur, vt in eadem lege in princip. quód etiam compræhẽdit executorem merum, quándo eſt generalis, quia loco hæredis habetur, l. Alio vbi Bart. ff. de alim. & cibar. legat. l. Si quis C. de Epiſcop. & Cler. vbi etiam notat Bart c. Cum tibi vbi Inno. de Teſtam. Alex. conſ. 4. num. 16. lib. 2. Pariſ. conſ. 64. lib. 3. num. 39. & 58. Matienſo d. l. 14. gloſ. 1. n. 7. lib. 5. quod extendit Valaſ. conſ. 68. n. 5. & conſ. 165. n. 5. vel ad pia, vel ad prophana conſtitutus ſit. Si verò eſt particularis executor, ſi legata ſint pia, & nondum habeat bona officio iudicis compellitur, vt adimpleat, l. Nulli vbi gloſ. Bald. & Salicet. C. de Epiſcop. & Cler. Et verius puto viſa lege regia, quæ iubet vt teſtamentarij tam in pijs, quâm in prophanis compellãtur, rationes reddere, quòd omni caſu debet cenſeri illis poteſtas data petendi bona, & vendendi ex hæreditate, vt voluntas defuncti impleatur, & ipſi ſtatim compelli poſsint vbiprimum acceptauerint officium, vt ab hærede bona petant, quæ debitis ſufficiant, aliâs remoueantur, nec liberabũtur cedendo actiones, ſed conueniri poterunt perſonali hipothecaria, & reiuindicatione á legatarijs l. 1. & 2. C. Commun. de legat. D. D. in l. Firmio, §. 1. in fine, ff. Quando dies legat. ced. Bal. in d. l. Nulli num. 2. Matienſo d. gloſ. 1. n. 33.

Vnde

13 Vnde fit, quòd ſi coram Epiſcopo ſtatim actum ſit iure actionis, pro legato conſequendo, ſtatim cenſebitur iudicium præuentum, vt ampliùs in ſæculari agi nequeat, quia legata pia coram vtroq; iudice petuntur Ord. d. tit. 62. §. 41. & 42. & lib. 2. tit. 9. §. 2. In legato autem prophano aliud dicendum videtur, quia attento iure Epiſcopis nulla executio conceſſa reperitur in legatis prophanis, in quibus tam ratione perſonarum, quàm rerum ipſarum cognitio temporalis eſt, & actor forū Rei ſequi debet, ex reg. cap. Cùm ſit generale de foro comp. quòd expreſſe probat d. auth. de Eccleſiaſtic. titul. §. Si quis autem, ibi, in talibus enim vltimis voluntatibus ſanctiſsimos Epiſcopos volumus, &c. quaſi in non pijs aliter ſit dicendum, probat gloſ. in cap. tua nos verbo Pijs de teſtam. nec aliud probat cap. Si hæredes de teſt. dū ſimpliciter dicit hæredes cōpellendos adimplere defunctorū vota, quo mouetur Couar. in contrariam quam dicit cōmunem, ibi, nu. 3. Antonius in cap. Ioannes Alex. conſ. 239. in fin. lib. 6. Padilla in Auth. hoc amplius n. 9. quia ille text. vltra quod in d. princ. debet referri ad legata pia, ne ius nouum inducat, ad idem conducunt verba text. in fine ibi, Vota defuncti, &c. Si illud verbum accipiamus in ſua propria ſignificatione, voti, quòd piam diſpoſitionem denotat, vel debet intelligi de executoribus eccleſiaſticis, qui indiſtinctè ab Epiſcopo compelli poſſunt. Nec obſtat Ordin. d. tit. 62. § 4. dum generaliter, de executione teſtamenti agit, & ſic videtur non poſſe reſtringi ad ſolas rationes, quia ſatisfit loqui, ſecundùm ius commune, vnde ab illo debet interpratari conſiderata Ordin. §. 41.

14 Vnde cùm in hoc Regno ex concordia cognoſcatur, & Epiſcopis conceſſa reperiatur cognitio, in omni vltima voluntate quoad rationes exigendas, vel legata pia, vel prophana ſint, quando de illis rationibus reddendis agitur quādo petitur aliquid prophanum debet addiri iudex ſæcularis, ſicq; debet accipi Capella Tol. 112. quia in hoc non reperitur iure cautum ut in utroq; foro agi poſsit, prout in pijs probauit d. Ordin. d. §. 41. & 42. d. lib. 2. tit. 9. §. 2. in fine, nec ex citatione ad illum forum iuriſdictio præuenta iudicabitur. Ex quibus apparet cum notorio iuriſdictionis abuſu, procedere Vicarios, vel Viſitatores Epiſcoporum, dum extra onera, vel relicta pia, iuriſdictionem ſuam ad prophana extra cauſam teſtamenti extendunt, ſic nulliter Vicarium proceſsiſſe iudicatum fuit in hoc ampliſsimo Senatu, qui cùm de teſtamenti implemento cognoſceret, cauſam incidenté circa poſſeſsionem bonorum inter hæredes decidere voluit, parteſq; audiebat, & ſupplicāti Gomezeanes

ex villa de Ourique prouiſum fuit ibi. *A conta de prouer hum teſtamento, ſe quis intrometer no conhecimento da dita cauſa poſſeſſoria da dita fazẽdo, entre as ditas partes, & ſendolhe requerido, &c. 26. de Agoſto de 615.* ſub n. 635. Circa autem cauſas extrinſecas, quòd Viſitatorum iudicio non ſubſint multoties iudicatum eſt, quòd Viſitatores ſe non ingerant, etiamſi á teſtamentaria diſpoſitione aliquo modo dependeant, vt iudicatum fuit in Supplicatione iudicis orphanorum Sebaſtiani Barboſa, in ciuitate de Beja â Vicario ipſius, qui iuſsit iudici orphanorum, vt certam partẽ bonorum defuncti inteſtati ſepararet, quæ expenderetur in fauorem animæ ipſius; quod ad ipſum iudicatum fuit non pertinere, & fieri cum notorio abuſu iuriſdictionis, 12. Nouembris 1616. ſub n. 579. Sic pariter iudicatum fuit pro Petro Gõçaluez de Eſtremoz 3. Martij 1600. ſub num. 528. Pariter prouiſum fuit in Supplicatione Ludouici Lopez Froez à Viſitatore Eborenſi, qui iuſsit in viſitatione, quód iudex partitionum ſepararet bona, quæ ſufficerent obligationibus teſtamenti, 6. Maij 1583. iudice Iorge Seco. Manet ergo ex citatione facta etiam ligitime intra annum quãdo legatum petatur coram Epiſcopo quia pium, non induci præuentionem, reſpectu rationum reddendarum, quia hæc duo inter ſe differunt. vt ex ſupra dictis colligimus, quia in rationibus non poteſt præuentio conſiderari, niſi tranſacto tempore à lege regia diffinito. Illud non omittam Prouiſoribus non ſolúm dari poteſtatem aſſumendi rationes, ſed compellendi vt dentur, & decidẽdi, & iudicandi ſuper ipſis ſicut & Epiſcopo competit: vnde ſi Prouiſor in loco vbi reſidet rationes aſſumat, & dubia emergant, ſuper legatis in teſtamẽto relictis, poteſt partes audire, & cauſas decidere quòd regulariter non faciũt, quia non tam longas moras faciunt quando prouintiam viſitant ex ratione Ordin. d. §. 4. in fin. An autem citatio perſonalis, vel realis ſit præponenda, vt præualeat diſputat Ceuall. de Violentia q. 81. vbi vide, ſed apud nos verbalis, quia vt prior in tempore præfertur, nec lex regia aliud requirit.

15 Infertur quartó, plures eſſe caſus, in quibus executores compelli non poſſunt ab Epiſcopo prout ſi exprimitur quòd relicta impleant quando voluerint, quia tunc tempus mortis ipſorum ſpectandũ eſt, l. Fideicõmiſſa 11. §. Sic ff. de leg. 3. Coſta Selectarum c. 25. per tot. niſi aliud ex operis, vel mandati forma appareat, quod in contrariam trahat ſententiam, vt boni viri arbitrio ſtandum ſit. Deinde ſi teſtator ſecretè iubeat eleemoſinas facere, quia tunc iniuſtè compelletur perſonas exprimere, Pechius de teſtament.

coniug.

coniug.lib.1.cap.21.num.3.

16 Sic pariter Prælati ſe non intromittunt, circa eorum hæreditates, qui abinteſtato decedunt, vt ſæpiſsimè iudicatum reperi: eo enim caſu, ſi hæres eſt ſæcularis additione ſecuta, quæ animo ſolo explicatur, l. Gerit, ff. de acq. hæred. & ex pluribus colligitur, vt per Bart. in l. Si filius, ff. de tutel. n.2. Maſc.concluſ. 40. Valaſ. de Parti.cap.15.nu.5.& cap.70.nu.29. Gail.lib.2.obſeruat 128. Vaſ.aleg. 68. n.6. Cald. Pereira de Poteſt. elig.c.16.nu.38. & 51. Cabed. 2. p. deci.61.n.3. Menoch.lib.8.cõſ.772. & lib.1.conſ.44. n.22. Surd.deciſ. 17.n.10.& 140.n.1. & vbi primum conſtat de additione, ſtatim illa bona fiunt patrimonium hæredis, nec obſtabit quód etiam hoc caſu Prælati contendunt vigore cõſtitutionis Synodalis, quòd certa pars bonorum pro anima defuncti expendatur, quia reſpondetur, quòd hæc conſtitutio non ligat ſæculares, nec illis inuitis ſua bona expendi poſſunt, niſi quoad modicam quantitatem. Solùm enim tenentur ad funeris expenſas faciendas, quæ ex aceruo hæreditatis defuncti deducuntur, ex his, quæ Valaſc. de Partition cap.19.n.39.& c.23. n.13. Molin.diſp.235. verſ. In hoc Regno, & verſ. Capitale, & iudicis arbitrio relinquitur quantum expendi debeat conſiderata qualitate perſonæ, & bonorum arg. l. Si quis, §. Hæc actio, ff. de Religioſ. ibi, debet enim haberi ratio facultatum, &c. Tellius in l.30. Taur. Ayora de Partit. 2. p. q. 12. in fin. Rebuf. 1. tom. ad leges Gal. fol. 230. num.50.l.12.tit.13.part.1. ibi: *Sean fechas meſuradamente, catando la perſona de aquel, por quien ſon fechas.* Laté Valaſc.d.c.79. à nu.49. Sicq; reperi iudicatum vltra alias per ſententiam antiquam à Georgio da Cunha latam, anno 1567. cuius verba ſunt, ibi.

E pois o defuncto não quiz diſpor de ſua terça, foi viſto querer deixala a ſeus herdeiros; pelo que naõ ſe pôde, pelas juſtiças Eccleſiaſticas ſobre eſte caſo entender com as ditas peſſoas, & ſeus bẽes: & sómente a deſpeza da funeraria ſaõ os herdeiros obrigados fazer, & iſto do monte môr, & não da terça; a qual deſpeza do enterramento, nẽ ainda a vôs Prouiſor pertence, ſenaõ ao Prouẽdor, ou Iuyz dos orfaõs, os quaes mando q̃ a fação, & no mais ſe não intrometeraõ, por tambem naõ poderem fazer taes deſpezas contra vontade dos herdeiros, a que pertence a fazenda abinteſtado. E viſto mais como vòs dito Vigairo, & Prouiſor mãdaes têr liuros de notas

aos

aos Notarios Apoſtolicos, aſsinados por vôs, para fazerdes teſtamentos âs peſſoas leigas, o que não podeis fazer, nem vôs Prouiſor tal mādar, nem ordenar, por pertencer a meus officiaes da juriſdição ſecular, &c. Anno 1567.

17 Quæ quidèm ſententia, aperto iure innititur, nam in omnibus in ea relatis continentur manifeſti exceſſus contra formam concordiæ, quæ non permittit, vt Prælati ſe intromittant, niſi circa teſtamētorum executiones non circa in teſtatorum, vt ex princip. huius Ordinationis tit. 62. & ex proceſſu patet, & §. 24. Vnde dum Prælati iubent amplas elargiri eleemoſinas, vel vt tota tertia pro anima defuncti exhauriatur ſuæ iuriſdictionis limites excedunt, ſolùm namq; ſufragia facienda ſunt, iuxta defuncti qualitatem, & non amplius, Caſtillo in l. 39. Tauri n. 2. Azeued. lib. 5. tit. 4. l. 6. num. 32. Adhuc tamen aliqui ſunt caſus, in quibus non leuis verſatur dubitatio, nempe quando laicus eſt hæres Clerici, eo namq; caſu Iudices Eccleſiaſtici, ratione perſonæ defuncti, ſe ingerunt bonorum inuentaria conficientes, & prætextu inuentarij cauſæ cognitionem eſſe præuentam adſtruunt, quia Conſtitutionibus Epiſcopatuum exprimitur, quòd inuentaria bonorum Clericorum, fiant in iudicio Eccleſiaſtico, vt ex Conſtitutione Portuenſi conſtat titul. 24. conſtit. 1. §. 7. Mirandenſis tit. 28. conſt. 1. §. Item para que, Vicenſ. tit. 18. conſt. 1. §. vlt. Lamacenſ. tit. 24. conſt. 1. §. pen. Conimbr. titul. 36. conſt. 7. §. Para que os bēes, de quo in ſequenti caſu agemus.

18 Tertius eſt caſus ad quem iudicem ſpectet publicatio teſtamēti, & receptius eſt teſtamentorum publicationem ad iudicem ſæcularem ſpectare, l. Repetita, C. De Epiſc. & Cler. l. Conſulta, C. De teſtament. gloſ. in cap. Si hæredes de teſtam. verbo Ab Epiſcopo, & magis communem dicit Couar. Practicar. cap. 8. n. 1. Pax in Praxi 2. tom. 2. prælud. num. 24. de quo apud Hiſpanos eſt l. 15. tit. 4. lib. 5. nouæ collectio. vbi Azeued. n. 7. Guterres lib. 2. Praticar. q. 48. n. 2. Cabed. deciſ. 81. Guillel. in c. Rainut. verbo Vxorem deciſ. 2. n. 129. Barboſ. in l. Hæres abſens, ff. De iudic. nu. 189. vbi receptius dicit, licet contrarium multis probet Guterrez vbi ſupra nu. 2. & q. 49. n. 5. 6. & 7. in duobus caſibus, primo quando Clericus alium Clericum ſcripſit hęredem, vel laicus ad pia teſtamentum condidit: his enim caſibus, inquit ille, Iudex Eccleſiaſticus eſt competens, ſicut & laicus c. apru a c. Ioānes de teſtam, & in l. Hæreditas, ff. De petit. hæred. ex quo fit quòd ei non debet denegari publicatio teſtamenti, cuius ipſe competens iudex eſt, ſequitur Azeued. ad d. l. 15. num. 8.

citato

citato Conar. in d. cap. Si hæredes nu.5. Curia Philippica vbi ſupra n.26. Molin. Theolog. diſput.150. col.pen. quorum opinio licet non ſit deſtituta fundamento, tamen contraria receptior eſt, ex Barboſ. & Cabed. ſupra dictis locis, cuius ea videtur eſſe ratio, quia teſtamẽtorum publicatio, & inſinuatio, reſpicit ſtatum Reip. ne falſa teſtamenta exequantur, & occaſione illorum bona ſæcularia acquiri poſsint. Cumq; lex Ciuilis omniũ teſtamentorum publicationem faciendam præcipiat, tamq; lex generalis, & iuſta Clericorum ligat diſpoſitiones. Latè Guterrez 4.p. Pract. q.38 n.25. Ratio eſt, quia lex ciuilis quando poteſt afferre comodum, & incomodum non dicitur præiudicialis liberati Eccleſiæ, Fortunius Garcia de vltimo fine, quem ſequitur Couar. in 4. p. 2. c 6.n.18. de quo eſt l.1 titul 18. lib.6. Recopil. Bart. in l. Filius famil. §. Diui, nu.12. idem Couar. in reg. poſſeſſor. 2.p §.4. n 8. Maluaſia conſ.3.n.24. & conſ.80. n.26. & conſ.105 n.22. quos explicabis cũ reſolutione, Guterres d.cap.38. à n.25. 26. & ſeqq. licet aliter Marta caſ.1.nu.14. & 39. Bobad. lib.2. cap.18.n.243. lit.H Bart. in l. De quibus, ff. De legib. teſte Oroſio ibi, num.145. Et in Clerico hærede laici quod teneatur publicare in foro ſæculari teſtamentum dixit Menchaca de Succeſsion. creation. §.26.n.59. Couar. d.cap.8. à nu.1. Azeued. in d.l.15. in princip. Finitaq; publicatione incipit fieri mixtæ cognitionis illius executio, in quem ſenſum debet explicari Maranta in Praxi 4. part.11. deciſ. num.6.

Ad quem iudicem ſpectet confectio in-inuentarij bonorum, Clerici defuncti.

19 Circa inuentarij confectionem varijs linguis loquũtur D. D. & videtur quòd omni caſu ad politicã poteſtatẽ pertinet, inuentarij bonorum, Clerici defuncti confectio, quia cùm publicatio teſtamenti ſemper apud ſæcularem iudicem fieri debeat, inde ſequitur, quòd de inuentario tamquam de acceſſorio cognoſcere debeat: immò conceſſa publicatione, conceſſa etiã eſt facultas redigendi bona in inuentariũ, Auth. De hæred. & falſ §. Sãcimus vbi Doct. Beneditus in cap. Rainutius, verbo Et vxorem, deciſ.2. n. 332. Et fuit Bart. in l. Placet, ff. De hæredit. actio. Marcus deciſ. 105. p.1. Monticulus de Inuen. c.7. nu.20. Decius in cap. Cum inter n.16. de except. Aufrer. in Clem.1. de officio ord. quẽ refert Azeued. in l.5. tit.4. lib.5. Recopil. n 9. Guterrez lib.2. Pract. q 49. n 2. Caſſan. in Conſuetud. rub.7. §.12. nu. 16. Marta caſ.122. n.3. Ceuallos de violent. q.76. n.10. Cum inuentarium conſideretur tamquam cõſequens neceſſarium à prima cauſa, dum bona deſcribuntur, vt ſic appa-

appareat, ex quibus bonis voluntati defuncti ſatisfaciendum ſit, arg. l. Ordinarij, C. De rei vindic. quam rationem aſsignat Barboſ. in d. l. Hæres abſens n. 196. quæ tamen ratio non videtur concludẽs. Nam inuentarium non reſpicit publicationem teſtamenti, vel inſinuationem ipſius, quæ alio tendit, & tamquam publica ſolemnitas omitti nequit, l. Iullianus, §. Si quis rem, ff. Ad exhibend. arg. & ordin. lib. 4. tit. 80. §. 3. At verò inuentarium fuit inuentum in fauorem hæredis, vt bona hæreditatis conſeruarẽtur, ex l. fin. C De iur. deliber. vbi habet, quòd non ſolùm milites, & alios ſpeciali priuilegio ſubnixos, vult beneficio inuentarij iuuare, ſedet omnes hæredes, proſequitur Monticulus de Inuentar. cap. 5. n. 7. quare cum inuentarium non ſit pręparatorium publicationis, videtur potius dicendum, quòd cùm inuẽtaria fiãt ad rerum hæreditariarum conſeruationem, vt ceſſent rapinæ, & expillationes, illud Principi ſæculari in totum concedi debet, tamquam publico defenſori, ſub cuius tutella, & adminiſtratione omnes defunctorum hæreditates reſident, quouſque hæres appareat, ſicut aliâs ipſi Principi eadem poteſtas conceditur, circa Prælati de mortui hæreditatem, quæ in bonis Eccleſiaſticis conſiſtit, quæ ſucceſſori ſint reſeruãda, nec ad hæredes extraneos perueniunt, & tamen hoc caſu ſub defenſionis prętextu Reges occurrunt, vt per Guterrez d. cap, 49. n. 4. Bobadilla lib. 2. c. 18. n. 180. Cabed. deciſ. 84. lib. 1. & de Patronat. cap. 33. n. 7. Sed nec hæc ratio ſatisfacit, quia cùm inuentarij confectio ſit introducta, in fauorem hæredis, quando hæres Clericus proponatur inſtitutus in hęreditate Clerici, non eſt cur ſæcularis ſe intromittat in adminiſtratione bonorum, quæ Prælatorum iudicio ſubſunt, quia Reges ideo circa Prælatorum hæreditates ſe intromittunt, quia ipſi horũ Prælatorum, qui Ordinario ſuperiore carent, Ordinarij iudices ſunt, Ordin. lib. 2. tit. 1. in princ.

20 Quare dicendum videtur, quòd quãdo laicus eſt hæres Clerici, ex teſtamento, duo tempora conſideranda ſunt, alterum addita iam hæreditate, alterum quando adhuc non addiuit. Primo caſu poſt additionem illa bona efficiuntur patrimonium ipſius hæredis, gloſ. verbo Vnum in l. 1. §. Veteres, ff. Acq. poſſ. l. Eius qui, verſ. Hæreditati, ff. Si cert. petat. l. Hæres 43. ff. Acq. hæred. quia eo ipſo deſinunt illa bona eſſe eccleſiaſtica, & conditionem hæredis ſequuntur, l. Per procuratorem in fine, ff. De acq. hæred. ipſiuſq; hæredis perſonam repræſentat, l. 1. §. Scæuola, ff. Si quis teſtam. liber eſſe, Cuterr. in Repetit. cap. Quamuis pactum, de pact. lib. 6. n. 8. & d. lib. 2. Pract. cap. 49. in principio, Guido deciſ. 261. qui intelligi debet de hæreditate addita, vt intelligit

ligit Barboſ. vbi ſupra nu. 179. ſequitur Marta caſu 122. n. 18. Boba. lib. 2. c. 4. n. 179. *y lo meſmo es en inuẽtario de bienes del Clerigo defuncto, que inſtituyô por heredero perſona lega acep tante*, Sarmiẽto de reditib. 4. p. c. 1. n. 8. Laſarte de Gabel. c. 19. n. 44. in fin. ibi, & ceſſare diximus hærede laico adeunte. Pallatius in Repet. rubr. §. 34. num. 12. Roland. conſ. 61. num. 9. lib. 4. Cephal. conſ. 53. num. 51. lib. 1. Gironda de Gabel. 4. p. §. 1. num. 18. Caſſan. in rubr. 6. §. 4. verbo Si par le pere num. 18.

21 In ſecundo caſu, quandiu hæreditas adita non eſt licet laicus hæres inſtitutus iam ſit, maius eſt dubiũ, nam eo caſu videtur quòd bona illa iudicio Eccleſiæ ſubſint, cùm adhuc ſuum retineant priuilegium, nec à foro Eccleſiæ exierint, cùm defuncti priuilegio fruãtur, quòd etiam ipſis bonis conceſſum eſt, ex Couarr. in Practic. c. 31. n. 3. Laſarte vbi ſupra d. n. 44. Felin. in c. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ n. 8. Barboſ. in d. l. Hæres, n. 209. Guter. d. c. 49. n. 3. Marta caſ. 122. n. 15. Verùm obſtat, quòd ex diſpoſitione, in qua ſæcularis hæres inſtituitur, ſtatim bona defuncti Clerici adminiſtrationi, & gubernationi pollitic æ poteſtatis ſubmittantur, quia ſæcularium Principũ poteſtati res ſuorum ſubditorum ſubeſſe debent, licet non dũ actu poſsideantur, ſufficit namq; potẽtia, & habitu, ius illud competere cùm & bona ipſa prophana ſint, & ad antiquam naturam redeant; ex iudicio teſtatoris, ita diſponentis, qui talia bona hæredis eſſe maluit, & quodãmodo clericali remiſſo priuilegio, tacitè illa à laica poteſtate conſeruari ſuo hæredi ſanxit: hanc explicationẽ probat Guterrez d. nu. 3. in fin. & 8. dum dicit, quòd quando Clericus laicum inſtituit, debet ſeruarẽ in teſtamento ſolemnitates iuris ciuilis, aliàs nulliter teſtatur, & fuit doctrina Bartol. in l. Cunctos populos num. 30. C. de Summa Trinit. Bald. in Authent. Caſſa. quæſt. 5. eod. & eſt communis ex Bolognino conſ. 53. Tellio in l. 3. Taur. 1. p. num. 11. quem citat Curia Philipica d. §. 5. num. 28. quòd quidèm ex ea ratione procedit, quia dum Clericus laicum facit hæredem, res ſuas, immò & ipſam diſpoſitionem, eiuſq; executionem, laicæ ſubmiſit poteſtati; ſequitur Guillel. in d. cap. Rainuntius, verbo Et vxorem deciſ. 2. num. 132. Rebuf. 1. tom. ad leges Galiæ, titul. De ſent. prouiſio. art. 3. gloſ. 3. num. 11. Barboſa ad l. Hæres, num. 183. licet repugnet, Marta d. caſu 122. nu. 15. Sed prior opinio videtur ſequenda, in quam Doctores magis communiter inclinant, quòd dum hæres laicus non accedit dicendo ſe velle eſſe hæredem, Iudex Eccleſiaſticus eſt competens ad bona Clerici inuentarianda, quouſq; hæres accedat, & ſe hæredem profiteatur, quia tunc ſtatim remitti debet ad ſuum

Dd iudicem

iudicem. Sic intelligi debent, quæ Ceuallos q.78. de Cognitione per viam violentiæ, n.10. Guido deciſ. 216. Rolandus in tract. De inuentorio q.17. Azeued. d.l.5. tit.4. lib. 5. Recopil. cum alijs ſupra citatis.

Quando eſt hæres Clericus,

22 DVobus modis poteſt Clericus eſſe hæres, vel ex teſtamento ſæcularis, vel alterius Clerici. Primo caſu, circa inuentarium conficiendum duo caſus occurrere poſsũt. Primus eſt quãdo ipſe adhuc non adiuit hæreditatẽ. Secundus, quãdo iam adiuit.

In primo membro videtur etiã ad forum Eccleſiæ inuentarium ſpectare militant, namq; rationes quas ſupra aduximus, in fauorem hæredis laici, quòd ſufficiat habitu illa bona eſſe Clerici, & ex deſtinatione teſtatoris, ad Clericum ſpectare, vt tanquam bona eccleſiaſtica debeant adminiſtrari, & ſeruari in foro Eccleſiæ, ſicut è conuerſo ſeruandum dixit Guterrez d. quæſt.49. nu.3. verſ. Nihilominus. Verùm obſtat, quòd non videtur ſufficere ad Clericum ex teſtamentaria diſpoſitione, vel abinteſtato, bona pertinere, vt ſimiliter inuentarij confectio illius fori ſit: ratio eſt, quia bona quandiu Clericus non adiuit defunctum repræſentant, qui laicus erat l. Hæreditas 34. ff. Acq. rerũ dom. §. Seruus autem inſtit. de hæred. inſtit. l. Deniq; §. Quæſitum, ff. Quod vi, aut clam quare ſicut adminiſtratio bonorũ ſæcularis ad forum Principis ſpectabat, ſic pariter eius hæreditas, quæ ex bonis temporalibus componitur, quæ defunctum repreſentant, & non hæredem Guterr. d. nu.3. Barboſa vbi ſupra nu.182. licet Franciſcus Marcus deciſ.1060. num.4. 1.p. & Phanut. de Inuent.3.p.n.25. cõtradicant quos Barboſa reprobat n. 186. nec obſtabit quòd in laico hærede Clerici ſupra ponderabamus ex perſona futuri hæredis, inuentarium bonorum Clerici ad ſæculares iudices ſpectare: nam reſpõdetur, quòd maxima eſt differẽtia inter Clericum hæredem laici, & laicum hæredem Clerici, quandiu non explicant, an velint eſſe hæredes, vel alterum conſtat: nam primo caſu non aliter illa bona fori clericalis priuilegio gaudere poſſunt, niſi prius Clerico acquiſita ſint, & adhuc poteſt dari caſus, ne acquirantur arg. cap. Si Clericus de foro compet. ibi, de rebus ſuis, vel Eccleſiæ impetierit, vbi verbũ Suis denotat dominiũ plene quæſitũ, cap. Conquerẽte de reſt. ſpol. ibi, ſuis beneficijs, cap. Si tibi abſenti de præbend. lib. 6. Nauarr. in Appolog. q.2. moni.8. & moni. 44. q.1. Quare cum illa bona temporalia ſint natura ſua, iudici temporali ſubſunt, niſi appareat iam Clerico acquiſita, vt ita illis fori priuilegium competat, ex regul. cap.2. de foro cõp. cap. Si diligenti eod. atq; ex eo cum tempore

pore inuentarij, non adita hæreditate in poteſtate ſint ſęcularis Principis, ad ipſum ſpectat inuentarij confectio. Quando verò ſæcularis eſt hæres Clerici vltra rationes ſupra adductas, cùm ex tali diſpoſitione temporalia bona ad ſuam primæuam naturam reuertantur, facilior eſt tranſitus.

23 Quia licet obijci poſsit, quòd illa bona Clericum defunctũ repræſentant, & illius fori ſunt illud procedit in quęſtionibus ſuper iure, ſeu actionibus, quæ ipſis rebus iacẽte hæreditate competunt, vel circa priuilegia, quæ defuncti erãt l. Ea quæ, C. De tempor. in integr. eſt, petend. Barboſ. vbi ſupra n. 211. à quo inuentarij confectio lõge differt, cùm ſolùm cuſtodiam bonorum concernat, quæ in puro facto conſiſtit, & ſolùm ad vtilitatem hæredis inſtituti ordinatur: ſi enim ageretur de diſtributione alienatione, vel adiudicatione illorum bonorum, tũc illa bona iacentis hæreditatis tanquam Clerici cõſiderarentur, quoad ea, quæ iuris ſunt, dum vero de illis deponendis, vel cuſtodiendis agitur, illa cura laicis incumbit, tanquam de re, quæ laici futura eſt: ſequitur Guterrez d. n. 3. ad fin. Barboſ. vbi ſupra nu. 183. & probabiliter dici poteſt, quòd licet priuilegium clericale à Clerico, dũ ipſe viuit remitti nequeat, ex reg. d. cap. Si diligenti tamẽ ſi ille diſponat de rebus ſuis, eaſq; ſubmittere extẽdat poteſtati ſæculari, illud in efficere poſsit, cùm diſpoſitio conferatur in tempus habile .ſ. quando priuilegium ceſſauit, argum. l. Quòd ſponſæ, C. De don. ante nuptias. Nec obſtabit quòd priuilegium eſt etiã ipſis bonis conceſſum, vt ex Couarr. & alijs ſupra probauimus, quia reſpondetur, quòd nihil de priuilegijs bonorum diminuitur, cùm agatur de cõfectione inuentarij: vnde ſi lis ſuper illis bonis orta ſit, ad forum Eccleſiæ ſpectabit, cùm bona defunctum etiã quoad perſonales qualitates referant: hoc tamen non tollit vt deſcribatur à iudice laico, quãdo ſæcularis eſt hæres cùm factum reſpiciat cuſtodiam, & non ius ſentit Barboſ. vbi ſupra n. 199. Ex quibus omnibus ſic põderatis ſupra poſita reſolutio tenenda eſt, quòd cùm bona ſint temporalia, iudex ſæcularis ratione officij debet inuentarium facere ſi Clerius abeſt, vel non declarat voluntatem ſuã, vel teſtamentarius qui loco hæredis eſt, ſed vbiprimum ipſe declarauerit ſe vele eſſe hæredem iam bona illa nouas qualitates induunt ex perſona hæredis, & inuentarium fieri debet coram iudice Eccleſiaſtico, vel remitti in eo ſtatu, in quo erat.

24 In ſecundo membro, quãdo iam Clericus adiuit huius mẽbri diſcuſsio non multum habet dubitationis nam licet, verum ſit, quòd talia bona temporalia ſint, quia defunctus ſæcularis erat quorum gubernatio ad iudices

ſæculares ſpectat, illud quidem procedit quandiu bona vt ſæcularia conſiderantur, & hæreditas iacet, nam poſtquā hæredi acquiſita ſunt, ex mutatione perſonæ de foro Eccleſiæ fiunt, cap. Si Clericus de foro comp. ibi, rebus ſuis, vel Eccleſiæ, Couar. lib. 1. Variar. c. 4. n. 3. & ſeq. nam ſi hæreditas iacens repræſentat Clericum mortuum, & illius priuilegio fruitur, multo magis priuilegio viui, & adeuntis iuuabitur, quare hęreditate addita videtur quòd non poterit ſæcularis circa inuentarium ſe ingerere, ſicq; debet explicari Barboſ. vbi ſupra nu. 197. vt non procedat hæreditate addita, & Guterrez d. q 49. n. 5. vnde cùm additio ſola animi explicatione monſtretur, l. Gerit, ff. De acq. hæred. ceſſabunt dubia ſi hæres bona petit, quia eo ipſo addit, & fiunt ipſius propria.

Quid quando Clericus eſt hæres alterius Clerici.

25 HOC caſu, & publicationem teſtamenti, & inuentarij confectionem ad forum Eccleſiæ ſpectare dixit Guterrez d. q 49. nu. 5. & iudicatum in Curia Delphynatus teſtatur Franciſcus Marcus deciſ. 105. 1. p. Nam eo caſu, vel bona conſiderentur ex perſona defuncti, vel hæredis eccleſiaſtica cenſeri debent, ſequitur Marta caſ. 122. n. 16. Guterrem arguit Barboſ. vbi ſupra n. 197. nullam differentiam conſiderans, an Clericum inſtituat hæredem Clericus, vel laicum?

Quare mediam viam ſequi neceſſe eſt, vt cùm Barboſa dicamus teſtamenti publicationem ad iudicium ſæculare ſemper ſpectare, inuentarium verò nō ſemper, ſed quando hæreditas laico relicta ſit alioquin ſi Clerico, & à Clerico nō eſt cur ſe intromittat ſæcularis, cū nec ex qualitate bonorum, quæ eccleſiaſtica ſunt, nec ex perſona hæredis, qui Clericus eſt illa cognitio ad poteſtatē ſæcularem ſpectare poſsit, atq; in hunc ſenſum debent accipi Guterrez d. n. 5. vbi citat Bal. in Auth. Caſſa. C. Sacroſ. Eccleſ. q. 5. n. 1. in fin. Tel. Fernand. in l. 3. Taur. 1. p. nu. 11. Guterrez d. lib. 2. q. 48. n. 2. Curia. d. n 26. Franciſ. Marcus d. deciſ. 105. Rebuf. 1. tom. ad leges Gal. tit. De ſentent. prouiſion, art. 3. gloſ. 1. nu. 11. Nec in hoc aſſentio opinioni ſapientiſſimi Barboſæ n. 198. dum ibi etiā hoc caſu ſæculares inuentarium facere poſſe dixit, citato Guterrez, d. q. 48. n. 4. & Laſarte d. cap. 19. n. 48. qui nihil tale dicunt, eſt igitur magis receptæ traditioni ad hærendum. Vnde fit quòd vel hęreditas iaceat, quia Clericus adhuc hæreditatem nō adiuit, vel ea adita ſit vtroq; caſu priuatiue ad Iudicem Eccleſiaſticum inuentarij confectio ſpectat, cùm ceſſet ratio mutationis perſonæ, de qua in d. l. Paulus per procuratorem, & Clerici ſint exempti à iuriſdictione ſæculari Auth. Statuimus, C. De

C. de Epiſc. & Cleric. c. Cum non ab homine de iudic. Marant. 4. p. deciſ. 11. n. 2. Secundùm quæ non bene videtur ſenſiſſe Bobadilla lib. 2. Polit. cap. 18. nu. 179. in fine, dum ſentit hæreditatis iacentis inuentarium eſſe mixti fori, citato Sarmient. de Reditb. 4. p. c. 1. n. 8. Nam inuẽtarij confectio nunquã mixtæ cognitionis eſt: nam ſi Clericus laicum inſtituit eſt fori ſæcularis, ſi Clericum, vel hæreditas iaceat, vel adita ſit, eſt eccleſiaſtici, quare non videtur Sarmiento bene reſpondiſſe quem & minus bene interpræetatur Laſarte d. cap. 19. num. 44. quaſi hæreditate iacente, quando laicus inſtitutus eſt, cognitio ſit iudicis Eccleſiaſtici, adita verò hæreditate, ſæcularis, & in hunc modum fiat mixtæ cognitionis, quia confunditur ex ſupradictis.

26 Quod & ampliandum cenſeo, licet Clericus non ſit inſtitutus hæres, ſed teſtamentarius tantum, vel executor teſtamenti ad pia, quia talis loco hæredis habetur, cap. Cum tibi de teſtament. Vbi Innocent. Alex conſ. 4. lib. 2. num. 16. Matienſ. l. 14. tit. 4. gloſ. 1. n. 7. lib. 5. Recopil. Valaſc. conſ. 68. n. 4. Etiamſi legata relinquantur conſanguineis, ſi defunctus declaret quòd loco eleemoſinæ relinquit, quia pietatis intuitu relictũ cenſebitur, gloſ. verbo Alia in l. Illud, C. Sacroſ. Eccleſ. Bal. in Authẽ. ſimiliter C. ad l. Falc. n. 3. plures refert Menoch. lib. 4. præſũp. 115. n. 9. Panor. in Rub. de teſtam. n. 9. & in cap. Relatũ n. 1. Mantica. lib. 6. tit. 9. n. 18. Molin. primo tom. diſput. 134. in princ. lib. 2.

27 Ampliarem ſecundò, ſupra dictam reſolutionem procedere, etiam quãdo executores ſint inſimul Clericus, & laicus, quia actus executionis eſt indiuiduus, ita vt vnus ſine alio diſponere non poſſit, cap. vlt. de teſtam. lib. 6. & in indiuiduis Clericus trahit laicũ, vt minus dignum ad ſuum forum, Bart. l. Præcipimus, §. Eodem obſeruando, C. De appell. vbi Paul. & Salicet. ad fin. Metheſil. ſingul. 144. Soccin. conſ. 12. n. 17. Maranta 4. p. deciſ. 11. n. 24. Mexia Taſſa panis concl. 74. ad fin. Azeued. l. 10. tit. 1. lib. 4. n. 15. 23. & 25.

Quid in Clerico decedente abinteſtato?

28 IN Clerico abinteſtato decedente, ſæpê controuerti ſolet, apud quem ſit iudicem inuentarium bonorum conficiendum, videturq; res eſſe ſine dubio cùm illa hæreditas iaceat quando hæres non addit, & defunctum repræſentat, l. Si mihi & titio, §. 1. ff. De leg. 2. l. Mortuo, ff. De fideiuſ. & ea adita retro fingitur repræſentaſſe perſonam hæredis, l. Hæres quandoq; ff. De acq. hęred. l. Si ex rebus in fine, ff. Stipul. ſeru. ex quo fit vt dum iacet defunctũ referat, & repræſentet, etiã quoad ea, quæ perſonalia ſunt, & priuilegia, & ætatem, quia priuilegium,

quod perſonale erat, defuncti per fictionem legis conſeruatur, in ipſius hæreditate, vt non videatur extinctum, quibus rationibus eleganter Flores de Mena lib. 2. q. 21. nu. 202. confutat Lazarte d. c. 19. n. 38. & ſeq. dũ exiſtimauit quòd mortuo Clerico, qui à gabella immunis erat, ſi aliqua bona hæreditate iacente vendantur, ex illis gabella ſolui debeat, quaſi priuilegium illud perſonale, ad eius hæreditatem non extẽdatur, quem etiam Barboſa carpit à nu. 203. & ſeqq. Cumq; duo contra vnum inſurgant, me obligatum puto illius, quem nemo defendit, lateri me adiungere, maximè cũ videam Lazartem rectè reſpondiſſe in caſu, de quo agit, ſi rectè eius mentem interpræremur. Agit enim Lazarte de hæreditate iacente, in qua laicus inſtitutus erat hæres, & dicit, quòd factæ venditiones rerum particularium hæreditatis, non hæreditati, ſed hæredi futuro tribuuntur, & eius nomine tales venditiones factæ cenſentur, cuius rei illa eſt ratio, quia cùm repræſentatio defuncti reſultet, ex toto illo corpore bonorum, quæ vnum efficiunt corpus, fictione legis conſideratum, priuilegium Clerici defuncti, conſideratur in omnibus bonis: non verò in ſingulis, particularibus rebus, vt ponderat Lazarte d. c. 19. n. 47. citato Decio in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ num. 18. & Couar. lib. 1. Variar. cap. 4. nu. 3. Sed hæc ratio non videtur ſolida, quia ſufficit, vt in hæreditate ipſa fictione iuris talis repræſentatio inducatur, vt quando ſeparãtur aliquæ res particulares, cenſeantur illius corporis ficti eſſe, & vt tales gaudeant priuilegijs defuncti, quia membra ſingula ſui corporis priuilegia ſequuntur, cap. Cùm non liceat de præbend. Quare potius reſponderi poteſt, quòd quando hæreditas iacet, ſi aliqua res ipſius diſtrahitur, licet debeatur ſtatim gabella tamen cùm effectu debetur ab addita hæreditate, quia tunc hæres, retro fit hæres, l. Hæres quandoq; ff. De acq. hæred. nec obſtat l. Nam & ſeruus, §. 1 ff. De negoc. geſt. prout illam explicat Barboſ. n. 214. Nam ibi ideo pupillus addita hæreditate tenetur inſolidũ, cùm alias, attento iure, non teneretur, niſi in quo factus eſſet locupletior, ex text. in l. Si pupilli, in princip. ff. Negoc. geſt. quia fictio qua retro hæres fingitur adijſſe, non poteſt operari cum tertij pręiudicio. At verò in noſtro caſu nihil impedit quòd ex tali fictione cenſeatur contractus geſtus cũ hærede, cùm non alterius quàm ipſius hæredis verſetur præiudicium, ad quem pretium venditionis peruenit, & acceptatione pecuniæ ipſe diſtraxiſſe cẽſetur, maiori cùm ratione poſſet argui Laſarte, nu. 43. dum extendit ſuam doctrinam, etiam ad caſum, quo Clericus hæres ſit, quod ſubſtineri non poteſt, cùm & ratione hære-

hæreditatis, & hæredis res ſit eccleſiaſtici fori, & à tali tributo immunis.

29 Redeundo igitur ad propoſitum, Clerico abinteſtato decedente, iacenteq; hæreditate citrà dubium videtur eſſe, inuentarium ad Eccleſiæ iudicium pertinere, & in hoc Regno in pluribus Epiſcoporũ Conſtitutionibus ita cautum eſt, vt in Conſtitutione Bracharenſ. tit. 20. conſtit. 1. Vliſyponenſ. tit 20. conſtit. 1. Eborenſ. tit. 20. conſtit. 1. Conimb. titul. 26. conſt. 7. §. 14. Vicenſ. tit. 23. conſt. 1. §. pen. Mirandenſ. tit. 27. §. 7. quibus cauetur vt in illo foro famulorum ſalaria ſoluantur, in quo agnoſcunt in eo foro talia bona ſeruanda fore: obſtat tamẽ quòd non videtur hoc caſu aliqua differentia conſtituenda ab eo caſu de quo ſupra egimus, quando ſcilicet hæreditas, inſtituto hærede laico, iacebat, nam idem eſt dari hęredem ſcriptum, vel á lege, cùm hodie ex generali Hiſpaniæ conſuetudine, Clericis abinteſtato proximiores agnati ſuccedãt, qui ligitimi hæredes ſunt, vt vltra Bellam. Hoſtienſ. Immol. Probũ antiquiores defendit ex nouioribus Couarr. in cap. In officijs per text. ibi, de teſtam. num. 9. Mencha. de Succeſio. creation. §. 22. n. 4. Hiſpani nouitiores, quos refert Cened. in Collectan. 12. ad Decretal. & poſt longam diſputationẽ Gama deciſ. 313. nu. 9. vbi ſæpè iudicatum refert Clarus, §. Teſtamentum, q. 27. n. 8. Sarmiento de redditibus, 2. p. cap. 6. n. 1. & p. 4. cap. 1. nu. 7. Rotta Antiqua de Probat. 41. n. 4. Dueñas reg. 366. n. 11. qui firmat per quandam Extrauagantem, fuiſſe à ſummo Pontifice cõceſſam Clericis facultatem teſtandi, de redditibus beneficiorum, de alia Extrauaganti Iulij III. meminit Valaſc. de Patr. cap. 35. nu. 9. videndus Barboſ. in l. Diuortio, 2. part. num. 60. ff. Soluto matrim. Molin. diſput. 147. 1. tom. & comprobatur ex Ordin. lib. 2. tit. 18. §. 7. quam interprætatur Valaſ. conſ. 165. n. 12.

30 Sed reſponderi poteſt, quòd licet hodierno iure Clericorum hæreditas abinteſtato ad proximiores differatur, hoc tamen non euincit vt inuentarium ad forum ſæcularem ſpectet, eo caſu, licet quãdo hæres certus inſtitutus eſt, eo declarante, ibi, inuentarium fieri debeat, nam quando hæreditas abinteſtato deffertur vtiq; fit ex Epiſcopatuũ Cõſtitutionibus, quæ talem conſuetudinem approbant, & ſeruandam decernunt, & inſuper explicant qualiter talis conſuetudo interprætari debeat, quibus in hoc ſtandum eſt, tanquam legibus diſponẽtibus inter ſuos ſubditos. Conſtat autem dictis Conſtitutionibus ſancitum eſſe, vt illa teſtandi conſuetudo, certis quibuſdam modificationibus temperetur, vt ſcilicet Clerici in hoc Regno curam animarum habentes, teſtari poſsint, de acqui-

ſitis intuitu Eccleſiæ, pro ſemiſſe: altera ſucceſſori in beneficio reſeruato, & abinteſtato, bona pariter diuidantur inter animam defuncti, & ſucceſſorē in beneficio: in alijs verò beneficijs ſimplicibus, ſeu canonicatibus de fructibus eorum liberè diſponant, ſicut & in patrimonialibus, in qq. abinteſtato agnati pariter ſuccedant. Quare hæc conſuetudo teſtandi interprætanda eſt, á dictis Conſtitutionibus, quæ ex authoritate Prælatorum de cleri conſenſu celebratæ ſunt, in quibus Clerici potuerunt modum conſuetudini in ſuum fauorem introductę adijcere, nam dubia iuris poteſt Epiſcopus declarare, & alteram opinionem ſtatuto inſerere, ex Rocho. in cap fin. de Conſuetud. fol. 22. n. 4. & à iure cōmuni, etiā poteſt recedere quando opus ſit, ex eodem Roch. d. cap. fin. fol. 41. licet Calcan. conſ. 17. n. 31. aliud ſentiat, de quo vidēda eſt bona, additio Pan. in c. 2. de Ferijs n. 1. lit. A. & altera additio in c. fin eod. tit. n. 5. Iaſ. in l. Omnes populi, ff. de Iuſtit. & iur. 1. lectur. col. fin & lectur. 2. n. 11. Felin. in cap. Quod ſuper his num. 2. cum ſeq. de maiori. & obedi. idem Felin. in cap. 1. de conſtitut. n. 49.

Vnde ſecundùm conſuetudines & Conſtitutiones eas aprobantes, vel limitantes, hæreditates deſferendæ ſunt, prout ſentit Valaſc. d. cap. 35. n. 12. vbi reſoluit quòd circa quęſita intuitu Eccleſiæ, conſtitutionibus ſtandum eſt, licet aliqui ſentiāt, etiam hoc caſu Eccleſiam excludendam eſſe, vt Couar. d. cap. In officijs nu. 9. Auendan. reſponſ. 19. nu. 8. Sarmiento d. 2. p. cap. 6. & 4. p. cap. 1. nu. 8. qui Doctores loquuntur de Regno Caſtellæ, in quo obſeruatur l. fin. tit. 8. lib. 5. Ordinam. quæ ita expreſſe ſtatuit, quæ cùm apud nos non ſit, à iure communi deciſio petenda eſt, & ab ipſis Prælatorum Cōſtitutionibus, quibus conſuetudo interprætatur. Nec obſtat Ordin. d. tit. 18. §. 7. quia illius verba præciſe non decidunt, bona Clericorum abinteſtato, ſemper ad ipſius hæredes pertinere, ſed in illis caſibus, in quibus ita habetur de conſuetudine, ibi, *Conforme ao coſtume que ha*, oſtendens ſe non determinare, qualis illa conſuetudo ſit, ſed quòd ad proximiores bona perueniant ſecundùm conſuetudinē obſeruatam, quæ qualis ſit ex Cōſtitutionibus peti debet, qui ſenſus appertius ſuaderur ex l. Extrauagante, 2 p. tit. 6. lib. 10. vbi de explicatione d. §. 7. agitur, ibi, *Declarou o dito ſenhor, que a diſpoſição do dito § ſe entendeſſe sòmente nos bēes patrimoniaes dos ditos Clerigos, ou Beneficiados, & em outros bēes que a ſeus herdeiros pertencem, & não nos bēes que eles acquiriſſem, & houueſſem por razão da Igreja, &c.*

Cúm ergo ſecundùm conſtitutiones decidi debeat, quando bona ad hæredes pertineant abinteſtato, in illo foro debent illa bona cuſtodiri, & ad inuentariū redigi,

vt ſua

vt ſua cuilibet pars dari poſsit, & Eccleſia ſuam retineat, vel ſucceſſor, cui ex eàdem Conſtitutione debetur, quòd ſecùs eſt quando hæres inſtitus eſt, in his, in qq. Clericus teſtari poteſt, quia tunc non eſt cur Eccleſia ſe intromittat in bonis, quæ nullo modo ad ipſam ſpectare poſſunt, vel ad Clericum ſucceſſorem in beneficio. Et ad hunc ſenſum debet reduci ſententia lata in iudicio Coronæ, vbi hoc caſu deciditur inuentarium eſſe iudicij ſæcularis, prout in Supplicatione procuratoris captiuorũ à Senatore Ioanne Trauaços lata, anno 1605. 2. Maij, cuius verba ſunt, ibi.

Que fallecendo o Padre Simão Rodriguez Rangel abinteſtado, & tendo herdeiros leigos que lhe pretendem ſucceder, & pertencendo âs iuſtiças ſeculares fazer o inuentario dos bẽes, & fazenda q̃ do dito defuncto ficarão, & conhecer das deuidas que ſobre elles ſe mouerem, &c. Ioão Cabral. Dom Franciſco de Sande, ſub. n. 297. in fronte proceſſus poſito.

Vbi hæres laicus debeat adire hæreditatem Clerici.

31 SÆpè controuerti ſolet, an hæres laicus Clerici defuncti debeat comparere coram Iudice Eccleſiaſtico, vt ſe habilitet ad hæreditatem defuncti, illamq; acceptet, vel an ſufficiat, vt in ſæculari iudicio admittatur, vbi ſe hæredem aſſerat, coram ſuo iudice, qui literas precatorias mittat, vt hæreditas illi tradatur, & videtur quòd ſufficit, laico coram ſuo iudice, pro ſua habilitate agere, & addire defuncti hæreditatẽ, cùm ipſa additio in animo magis conſiſtat, de quo Valaſc. de Partit. c. 7. à n. 29. vbi 30. caſus enumerat tacitæ additionis, & cap. 15. n. 5. Pancoruinus obſerua. 22. fol. 93. ſub lege Parentibus, §. 1. C. Inofic. teſta. cùmq; illa hæreditas ſit prophana per additionem declarato animo, adeundi acquiritur, ex reg. l. Paulus, ff. De acq. hæred. vbi non aditur per procuratorem, quia procuratore ad adeundum conſtituto, iam addita eſt, ſic explicato animo adeundi Valaſcus vbi ſupra, à n. 29. Et inde fit, quòd ad iudicem domicilij hæredis ſpectat, talis declaratio, vel habilitatio, & ſubditum in illam poſſeſsionem Immittere.

Ego autem huic opinioni non acquieſco, cùm videam quòd ſi hæreditate iacente inuentarium fiat apud Iudicem Eccleſiaſticũ, ad illum videtur ſpectare cognitio, vt ab illo foro bona exeant, iuſſu Prælati, qui de iure illa cuſtodire potuit, ne in manu poteſtatis ſæcularis ſit illudere Epiſcoporum Conſtitutiones immittẽdo in

in poſſeſsorem laicum, quem poſtea Eccleſia conueniat pro ſua parte hæreditatis,& maxime huic reſolutioni cõuenit doctrina Bal. in cap.1.§.Si duos de pace tenend. Gregor.in l.6.tit.10.part.3. gloſ.2. ad finẽ, Caſtillo de Controuerſ. quotid.lib.2.cap.9.nu.9. quorum doctrina, ſine dubio, procedit ſi teneamus opinionem Sarmient. de Redditib.4.p.cap.1. n.8. quem ſequitur Bobad.lib.2.cap.18.n.179. dum tenent iacente hæreditate inuentarium eſſe mixtæ cognitionis, quòd non fit, niſi citatis partibus, & auditis, & ſic cum cauſæ cognitione, Caſſan. rub. 7. §. 13. gloſ.per beneficit.de inuentier nu. 1.& habetur in l.Scimus,C.De iure de liber. & in his, quæ mixta ſunt præ occupatione negotij, illud iudicium reditur competens, ad omnia quæ incidũt:adeo quòd licet laicus aliquis prætenſor hæreditatis ſit, pro iure ſuo debeat addire iudicium Epiſcopi, ex ratione l.1. ff.De quibus rebus apud eund.iud.faciunt quæ Paulus in l. Præcipimus, §.Eo obſeruandum, C.De appell.Matthesil.ſing.144. Soccin.conſ.12.n.17.lib.1. Marant. de Ordin.iudic.4.p.deciſ.11. num. 24. Mexia Taxa panis concl. 5. n.74.

32 Quare diſtinguendum puto, quòd vel agitur de hæreditate Clerici abinteſtato decedẽtis, qui bona reliquit patrimonialia,cum alijs intuitu Eccleſiæ quæſitis, vel patrimonialia tantùm, aut ex ſimplicis beneficij renditibus, vel ſalarijs quæſita, in illis caſibus, in quibus iuxta Conſtitutionis formam venientes abinteſtato ſuccedunt. Primo caſu,cùm hæreditas partim ſit eccleſiaſtica,quia virtute Conſtitutionis ſemis illius ad Eccleſiam ſpectat, ſi in ea hæreditate laicus legatum habet, vel ſi in patrimonialibus prætendat abinteſtato ſuccedere, eo caſu tenetur Iudicem Eccleſiaſticum addire, ſeq; habilem coràm eo probare: ratio eſt, quia cum vtraq; hæreditas mixta ſit, magis dignum trahit ad ſe minus dignũ, ex gloſ. fin. in cap. vnico de Iure patron.lib.6. Couarr. Pract. cap. 36. nu. 5. arg. l. Si communem, ff. Quemadmodum ſerui amittantur.

33 Secundo verò caſu, quando hæreditas abinteſtato deferri poſſet, ſicut nec inuentarium ad iudicium Epiſcopi ſpectat,vt ſupra diximus in hæreditate iacente,ex Guterrez d. cap 49. n.3. Sic pariter quando defunctus abinteſtato deceſsit,cùm hæredes ſint ſæculares, non tenebuntur Epiſcopi iudicium ſubire,vt ſe habilitẽt,quia omnia coram ſæculari peragenda ſunt, ſicq; debet accipi Cabed.deciſ. 81. dum aſſerit inuentarium Clerici, qui relictis liberis deceſſit, ad ſæculare iudicium ſpectare, quòd ex eo fit, quòd ibi non erant bona, in quibus aliqua pars ad Eccleſiam pertineret. Vnde ſi Iudex Eccleſiaſticus quãdo inuentarium

tarium conficere poteſt, vocauerit laicum cõductorem domus, quæ fuit Clerici defuncti, vel alio titulo ab ipſo cauſam habentem, vt illum oſtendat, vel deſcribat, vel vt penſionem exoluat, non iuſte recuſabit, & non bene aliter iudicatum percepi.

34 Ex quibus reperi in Senatu prouiſum ſæcularibus ob notoriam oppreſsionem, qui abinteſtato decedentibus defunctis cõpellebantur, ab Ordinarijs, & Viſitatoribus, pro eorũ anima magnas ſubire expenſas, & eleemoſinas erogare, ſic pariter ſi aliquis eſt abſens vltra decenium pro ipſo teſtamentum condunt, compelluntq; venientes abinteſtato vt iuſſa capeſſant inſuper, ex menſes aſsignãt teſtamentarijs, cõtra formam legis Regiæ, & concordiæ, ſeq; intromittunt circa rationes fabricæ Eccleſiarum, cùm tamen ad ipſos non ſpectet, niſi cognoſcere an impletæ ſint viſitationes, in quibus aliqua opera fabricam intuentia fieri iubentur, atq; his, & ſimilibus caſibus iuſte prouidetur, ne vtriuſq; iuriſdictionis detur perturbatio, ſeq; adinuicem impediant Iudices Eccleſiaſtici, & ſæculares.

An dato impedimento currat tempus.

35 NOnus caſus eſt, an elapſo ſpatio compelli poſsint executores, quando iuſto detenti fuere impedimento ſuper quo diſponit d. Ordin. tit. 62. §. 1. 2. & 12. & ſine dubio videtur impedito tempus non currere, iuxta vulgaria principia, cap. Quia diuerſitatem de conceſſ. præbend. l. 1. C. De annali except. Pinel. in Authen. Niſi n. 42. Hoſtienſ. & Immola in d. c. Si hæredes n. 23. Abb. 12. Roman. conſ. 128. nu. 6. communem dicit Couar. ibi, n. 4. Padilla in Auth. Hoc amplius, C. De fidei. nu. 16. Gregor. l. 6 tit. 10. part. 6. n. 4. Nec obſtabit quòd hoc tempus eſt cõtinuum, & vt tale debet currere etiam impedito, quia licet à principio ſit vtile, vt non currat ignoranti in proſequutione continuum eſt.

Deinde non obſtabit quòd annus à lege datus fuit inductus, in fauorem defuncti, & piæ voluntatis, & ſic in fauorem creditoris, & ex hoc etiam impedimento currere debuit, ex Abb. in cap. Cùm eſſes de teſtam. n. 34. quia reſpondetur, quòd etiam illis caſibus, in quibus tempus currit impedito, & ignoranti, illi ſuccurritur ex clauſula generali, ex his, quæ Tiraq. multis citatis comprobat de retract. lignag. §. 35. gloſ. 4. nu. 36. ex quibus apparet, recte in noſtra lege regia diſpoſitum, vt durante tali impedimento annus non incipiat. Dubitari tamen poteſt, an intra illum annum, poſsint hæredes vel executores cogi, vt opera adimpleant, ratio dubitandi eſt, quod illud tempus à lege indulgetur, intra quod à rationibus reddendis

'dendis immunes ſunt, & puto quòd ſtatim poſſunt legata peti, hæres namq; adita hæreditate, ab eo tempore hæres efficitur, l. Ex maleficijs, §. Hæres, ff. De action. §. Hæres inſtit. de obligat. quæ ex quaſi, tempus enim à lege datum, nihil circa ius immutauit, cùm magis in fauorem defunctorum quàm executorum ſit conſtitutum, ne in eorum odium retorqueatur, quòd in eorum fauoré inductum eſt contra reg. l. Quòd fauore, ff. De legib. poteruntq; cōpelli, non ſolùm ad partis inſtantiam, ſed officio iudicis, nec aliud probat Ordin. d. tit. 62. §. 4. & §. 15. procedunt enim ne cogantur, rationes reddere, quòd longe differt ab implemento operis, vel legati ſibi iniuncti, immo dum cogit vt tranſacto anno rationes reddant, ſupponit quòd intra illud ſpaciū debent illa opera adimpleri.

Vnde illud obſeruādum, quòd impedimentum licet regulariter excuſet à mora, & pœna, ex Surdo conſ. 248. n. 2. & 254. n. 24. etiam ſi nulla proteſtatio præcedat ex eodem Surdo conſ. 268. n. 42. Tamen adhuc executor non debet eſſe mortuus in remouendo impedimento, quia non ſolet excuſare, quando pars potuit ad ſuperiores recurrere, Surdus conſ. 8. n. 24. Deinde oportet vt conſtet, quòd ſemoto impedimento implementum fuiſſet ſequutum, idē conſ. 12. n. 21. quia aliàs cenſebitur affectatum, & procuratum quòd non releuabit ex eodem conſ. 32. num. 3.

36 Decimus caſus, dum intra annum iubet, vt rationes vtriq; iudici reddantur Prælato ſcilicet, & magiſtratui ſæculari, vt in d. §. 4. & 15. cōſonat Concilium Trid. ſeſſ. de reform. cap. 9. ibi, tunc cùm eis adhibeatur etiam Ordinarius, & aliter factæ liberationes, dictis adminiſtratoribus minimê ſuffragentur, & licet Conc. d. loco non ſe reſtringat ad annum, ſed perpetuo diſponat, tamen in concordia obtinuit, vt intra annum illud ſeruaretur, poſt annū verò eſſet præuentioni locus, & iuuatur hæc diſpoſitio authoritate breuis, quod ſupra retuli, quo idem ordo procedendi præſcribitur.

37 Vndecimus caſus eſt, an extra locum vbi degunt, poſſint trahi executores, pro rationibus reddendis, & dum hoc prohibet, hæc Ordinatio videtur à iure aliena, ſuppoſito enim, quòd hic caſus mixtæ cognitionis eſt, quando ad forum Eccleſiæ cauſa trahitur vigore præuentionis, nō poteſt Princeps ſæcularis modum cognoſcēdi præſcribere, nec vetare, ne Vicarius, vel Epiſcopus citet executorem, vt coram ſe compareat, illud enim importat natura cauſæ, quæ mixta eſt, & hoc iura inſinuāt quæ Prælatis ius compellendi cōcedunt, in d. cap. Si hęredes, d. cap. Tua nobis, d. l. Nulli, d. §. Si quis ædificationem, & d. §. Si autem ſicut alias, Epiſcopus vſurariū, vel

concu-

concubinarium, ter monitum vocat, audit, iudicat, & punit, vel ſacrilegum, & ſimiles, cùm Epiſcopus poſsit in quacunq; Diocæſis parte, tribunal erigere, c. Cũ Epiſcopus de offic. Ordin. lib. 6. Maranta de Ordin. Iudic. 6. p. fol. 457. n. 78. Gomez in c. 2. §. Statuto n. 82. de conſtitut. in 6. Quando autem oporteat, vt Epiſcopus de talibus rebus non cognoſcat, illud coram Sũmo Põtifice debuit proponi, & ab eo diſponi, non verò à Principe ſæculari, cuius circa hoc nulla eſt poteſtas, nec vlla poteſt conſuetudine acquiri, cùm ſit contra rationem naturalem, vt inferior ſuperiorem dirigat, c. Solitæ de maior. l. 1. §. Sicut & ibi gloſ. ff. De aqua pluuia, gloſ. in Summa, diſt. 93. quare circa hoc tanquã priuatus reputatur, cap. Clerici de Iudic. c. Qualiter eod. cap. Continua 11. quæſt. 1. Boer. deciſ. 96. Marta de iuriſd. centur. 1. caſ. 64. n. 9. Tandẽ ſuadetur hoc, quia quilibet magiſtratus, ſi ius dicit loco maiorum, & vbi ſemper conſueuit, fieri non dicitur grauare partes, l. pen. ff. de iuſtit. & iur. D.D. in l. Cum ſententiam, C. De ſent. & interlocut. Maranta vbi ſupra n. 71. Vantius de Nullitat. tit. Ex deffectu iuris n. 110. Sicut enim magiſtratus ſæcularis, vel Prouiſor, ſi pro tribunali ſedens, in certa parte Prouinciæ ſibi decretæ executores citare poſſet, & impediri non poſſet à Iudice Eccleſiaſtico, quominus cognoſceret, ſic pariter dum eccleſiaſticus illa eàdem iuriſdictione vtitur, non valet à Principe ſæculari impediri, vt par vtriuſq; ſit conditio, quia vna iuriſdictio aliam impedire non poteſt, cap. Nouit de Iudic. cap. Ex tenore de foro compet. Bobad. lib. 2. cap. 18. n. 185.

38 Contra ſupradicta quotidie feruntur ſententiæ vigore Ordin. d. §. 4. quam nullibi concordatam inuenio, & pro ea praxi, & ordinatione, facit quòd deſſumpta fuit ex Comitijs habitis cum Rege D. Alphonſo quinto in Leiria, vt patet ex libro extractarum, qui in Archiuio publico eſt, fol. 69. & ſecundùm hoc poſtea Regis Sebaſtiani tempore idem diſpoſitũ eſt in art. 17. qua concordata, ſeu potius reſponſione Prælati in multis capitulis vtuntur, quia in eorũ fauorem lata, & ideo dũ in vna parte probant, non debent in alia recuſare (ſi penes illos ſit poteſtas id aprobandi) maxime quãdo æquitas naturalis illud expoſcit, & vtriq; iuriſdictioni idem procedẽdi modus aſsignatur: & vitatur oppreſsio vaſſalorum, ne extra ſuos lares exulent inuiti.

39 Solet adhuc dubitari, quomodo illa verba fóra do lugar accipienda ſint, an debeant accipi, cũ reſpectu ad Parrochiam tantùm, quaſi ratione Eccleſiæ vbi ſit viſitatio ſortiantur forum. Vel an cõprehendant illa verba totam ciuitatẽ, & ſuburbia; & quòd illa verba ad Parrochiæ limites, dirigãtur

videtur probari ex viſitationum vſu, quæ in ſingulis Parrochijs celebrantur. Obſtat tamẽ Ordinatio d. tit. 62. §. 8. ibi, do lugar & termo quibus verbis Prouiſoribus concedit, vt ab opido atq; eius diſtri-ctu, teſtamẽta ad ſe aduocẽt. Atq; ideo vt vtriuſq; par ſit conditio, illud idem conceſſum eſſe intelligendum eſt, Prælatis viſitantibus, vt ingreſsi ciuitatem à tota illa, & ſuburbijs teſtamentarios, ſeu executores citare poſsint, loci enim appellatione vrbs, & opidum cõtinentur, ſuburbiaq; ipſorum: nec obſtat l. Vrbis, ff. De verbor ſig. ibi, vrbis appellatio muris Romæ autem continentibus ædificijs finitur, quod latius patet. Et eſt notandum, quòd vrbs muris finitur, ciuitas verò, continentibus ædificijs, l. 4. §. pen. de pen. legat. l. Qui Romæ 84. ff. Deleg. 3. l. pen. §. pen. ff. De excuſatio tutorũ, l. Vt Alfenus 87. & l. Ædificia, l. Qui in continentibus 147. ff. De verbor. ſignificat. Cuiac. lib. 1. Pauli ad Editum tom. 1. fol. 804. Reſpondetur namq; quod noſtro caſu prouiſum eſt, ne executores trahantur extra locum, non extra vrbem, qui quidem locus latiùs patet, vt in §. 9. ibi, ſegundo for o lugar. Facit Ordinat. lib. 1. titul. 58. §. 21. ibi, lugar, ou termo onde elle eſtiuer, & §. 22. ibi, lugar quod verbum de loco, & territorio intelliguntur, & d. §. 4. in fine, ibi, fóra do lugar onde viuerem, quaſi locum domicilij deſsignet. Sic pariter iudicatum fuit, quòd teſtamentarius huius vrbis non teneatur rationes reddere teſtamenti, quando defunctus hîc mortuus non fuit, vel domicilium alibi habebat, in ſupplicatione Pantalionis Correa, à Vicario Ioanne Saraiua, ſub iudice Ferdinando de Magalhaẽs, 15. Iunij 1605. num. 318. Sicut è conuerſo, ſi defunctus hîc habuit domicilium, & ſe ſepelliri iuſsit Eboræ, non poteſt à Vicario Eborenſi citari teſtamentarius ad illum locum, vt rationes reddat eo loci: ſic iudicatum fuit in ſupplicatione Petri Mendez, à Vicario Ludouico da Sylua, 9. Octobris 1601. iudice Luppo de Barros, ſub num. 525.

40 Vno tamen caſu extra locum domicilij trahi poterunt, quando Vicarius rationes incipiat & dolo executoris differantur, ne ex ſua malitia comodum reportet, trahi poterit ad alium locum, vt rationes ibi abſoluat, argum. Ordin. lib. 1. titul. 58. §. 24. Quis autem Vicarius, vel Epiſcopus ſit præferẽdus domicillij, vel rei ſitæ diſputat Marta de Iuriſd, 2. p. cap. 10. n. 9. quem conſule.

Alter eſt caſus, in quo teſtamentarius à loco extraneo ad aliũ vocari poteſt, vt rationes reddat veluti quãdo alibi comoratur, & citatur ad locũ, in quo adminiſtrationẽ ſuſcepit, quia ratione illius, ibi ſortitur forum vt ad illum locum citari valeat, Ordin. lib. 3. tit. 11. §. 3.

Barboſ. in l. Hæres abſens §. 1. fol. 200. Auendanus de las Excepciones n. 14. verſ. Vndecimus caſus.

Dubitari etiã poteſt, an partes valeant conſentire, vt extra locum in quo degunt, citentur, & videtur non poſſe, quia præiudicãt Regiæ poteſtati, quæ etiam ſuos ſubditos inuitos detinere poteſt, ne alterius Principis iudicium ſubeant, Ord. lib. 2. tit. 1. §. 14. Barboſ. in l. 1. ff. De iudic. art. 3. n. 166. & 139. Immo pœnam incurrunt, de qua in ea Ord. Bobad. lib. 2. c. 7. nu. 192. Azeued. lib. 4. titul. 1. l. 10. nouæ collectionis, Guterrez lib. 3. q. 30. n. 2.

Quid ſi defunctus in hac alma Vrbe obijt, iuſsitq; ſepeliri, vel oſſa deferri Eboræ ad capellam, quã ibi extruxit. An Prouiſor Eborẽſis poſsit compellere executorem, vt rationes teſtamẽti reddat quaſi ex deſtinatione ſepulturę videatur ſe ibi ſubijcere, & cõtra here argum. l. 3. ff. De eo quod certo loco. Et iudicatum extitit, non Eboræ, ſed Vliſypone, vbi defunctus obijt, & degebat rationes expoſcendas in Suplicatione Petri Mẽdez 9. Octobris 1601. Iudice Luppo de Barros. Seruatur proceſſus in Archiuio Coronæ hoc ſigno 525.

An autem in ſingulis Prouintiæ locis valeãt Epiſcopi Vicarios foraneos conſtituere cum poteſtate, & iuriſdictione cognoſcẽdi de teſtamentis dubitari ſolet, & puto poſſe, dũmodo tamen non appellent ex officio, vt faciebant, ne hac via laici extra locum domicillij trahantur laici executores, & ita iudicatum fuit in hoc Senatu, & in Senatu Palatij cõfirmatum extitit. Nec obſtabit quòd à Rege vnus tantùm deputatur Prouiſor ad eaſdem cauſas, vt igitur cauſa æqualis cognoſcẽdi maneat, videbatur quòd ſolus Epiſcopus, vel Vicarius ipſius poterat cognoſcere arg. reg. non licet de regul. iur. lib. 6. quia ſatisfit quod ea quæ quis per aliũ facit, per ſe ipſum videtur facere, nec denegandum eſt Prælatis illud quod ſibi à iure datum eſt, vt Vicarios faciant, qui eorum loco viſitent.

41 Duodecimus caſus eſt, quãdo teſtator non expreſsit opera pia, in quibus erogari iuſsit certã bonorum partem, an ad Epiſcopũ, vel ad Regem ſpectet declaratio, & licet Ord. in §. 41. videatur ſenſum admittere, quòd Rex in eo ſe intromittat, tamen illius Ordin. verior, & ſanior ſenſus eſt, quòd illa Ordin. ſolùm enumerat caſus, in quibus piæ diſpoſitiones verificantur, & melius deducitur, ex Extrauag. l. 14. § 7. titul. 2. p. 2. ex qua deducta fuit, quæ nõ videtur bene cõpillata, nã illa cõmutatio, ſeu declaratio, ad ſolos ſpectat Epiſcopos iuxta text. in l. Ad declinandã l. Id quod pauperibus, l. Nulli, C. de Epiſc. & Cler. auth. de eccleſiaſt. tit. §. Si autẽ, Medices de Acq. rerũ dom. gloſ. 1. p. 3. n. 352. Azeued. in l. 14. § 13. tit. 3. lib. 1. recop. & l. 5. tit. 6. eod. lib. n. 2. Lãbert. p. 1. lib. 1. q. 9. princip. & n. 109. Hoieda de

Beneſi.1.p.c.23.n.132.& c.24.n.107. Gonzal.in reg.8.gloſ.9.§.2.n.19.& gloſ.29. n.3. cuius rei illa eſt ratio quia cùm diſpoſitio, vel ſi incerta vitiaretur, §. Incertis inſtit. de lega. vel ſi non certa ſi per hæredẽ grauatum certificãda eſſet ſemper reduceretur ad minimũ, vt per DD. in l. Legato generaliter, ff. De leg. 1. Ideo legibus nouioribus ea declaratio Epiſcopis conceditur, in iuribus ſupra citatis, & ex eo videtur eã reliquis magiſtratibus ſæcularibus denegaſſe, maxime quia cùm hac electio, ſeu declaratio maximã requirat in eligẽtibus integritatem, & pietatẽ: ideo leges, ſolis Epiſcopis cõmittendam cenſuerunt, Seraph in. deciſ.611. Frater Emanuel Rod. in Sũma p.1.c.252. n.13. Zerol. in Praxi Epiſc.1.p. verbo Miſſa, §.3 fol.228. Fr. Emanuel d.1 tom.q.43.art.13. Vnde nõ bene ſolet fieri, & admitti quòd prouiſores Regij quando reditus bonorum non ſufficientes reputãtur, ad implenda onera á defuncto relicta, ipſi pro rata onus tollãt, & ad congruã Miſſarum quantitatem reducant. Nã hoc ad eos, nulo modo, ſpectat, ſed ad Prælatos in Synodo, vel ad S. Pontificem Clem. quia contingit de religioſ. domib. c. Excõmunicamus, §. Quia verò de hęret. Conc. Trid. ſeſſ.25. de reformat. c.4.& 8. de reforma. & ſeſſ. 7. cap. vlt. & ſeſſ.22. c.6. de reform. Riccius in Collectan.558. Ceuall. contra cõmunes lib.4.q.fin.n.57. Vnde fit quòd quandiu teſtantiũ voluntates impleri poſſunt in forma ab eis aſsignata mutãdæ nullo modo ſunt, c. Nos quidẽm de teſtam. Auth. de hæred. & falcid. §. vlt. col.1. Lucas in l.1. C. De expẽſ. lud. Bal. conſ.129. lib.1. verſ. In contrarium, Guido deciſ.566. Guterr. conſ.1.n.19. Rochus verbo Pro eo, n.32.& 33. Spin. in Specul. teſtam. gloſ.4. de Patronis nu.69. Simon de Pretis lib.1. interpret.1. fol.3. facit l. Verbis legis, ff. De verborũ, l. Omnium, C. De teſtam. ibi, volũtates enim hominum audire volumus non iubere. Vnde non ſufficit vt actu impleatur voluntas, ſed eo modo quo ipſe iuſsit, l. Sed etſi ante, ff. Ad Trebel. l. Extraneũ C. De hæred. inſtit. Spino in Rub. de teſtam part.11.n.68. quod tamẽ ſemper intelligendũ eſt, niſi rerũ cauſæ adeo mutentur, ex tẽporum diuerſitate, vt à ſua prima ratione omninò deſſiciant, quia tunc coniectamur quòd teſtator ſi eo tẽpore viueret ita foret iuſſurus, vt certo tẽperamento ſua adimpleatur diſpoſitio, vel pro abrogata habeatur, quia hæc omnia prudẽtis Superioris arbitrio cõmiſſa cẽſeri debent, l. In confirmãdo, ff. De cõfirmat. tutor. vel curator. ibi, vel morum ante celata, vel ignorata emerſerit improbitas, l. Vtilitatem eod. tit. ibi, vtilitatẽ pupillorũ prętor ſequetur, non ſcripturã teſtamẽti, facit l. In his, ff. De condit. & demõſtra. ibi, in his quæ extra teſtamentum incurrunt poſſunt res ex bono, & æquuo interpretationem

nem capere, ea verò quæ ex ipſo teſtamento oriuntur, neceſſe eſt ſecundùm ſcripti iuris rationem expediri, explicat Sarmiento lib. 1. Secectar. cap. 8. num. 26. Bart. in l. Nemo poteſt, ff. De leg. 1. Pariſ. lib. 2. conſ. 21. nu. 2. Crauet. conſ. 147. Clarus §. Teſtamentum q. 66. Couar. in c. 1. de teſtam. Mõticulus de Inuentario c. 1. n. 44. Menoch lib. 1. præſump. 26. n. 14. Mãtica lib. 6. tit. 5. c. 10. Montan. de Tutel. c. 37. reg. 2. n. 144. Simon. de Pretis lib. 5. interpr. 1. dubit. 1. n. 58. 60. & 61. His tamen caſibus nec hæredi, vel executori licet ſua authoritate mutare, vel infringere, ſed adito ſuperiore, qui data incertitudine legati iubebit ſolui iuxta defuncti facultates, Tiraq. de pia cauſ. priuil. 55. & 56. quia cẽſetur diſpoſitũ illud, quod veroſimiliter, diſponeret l. Titius, §. Lutius, ff. De lib. & poſth. Tiraquel. in præfation. l. Si vnquam nu. 56. Mantica de Coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 19. ex n. 4. De Pontifice agit Clem. quia contingit de religioſ. domib. vbi Cardin. n. 3. & 4. notant D.D. in cap. Nos quidẽ de teſtam. vbi Abb. nu. 6. Immol. 13. Rochus de Iur. patron. tit. De Diocæſ. cenſ. q. 15. nu. 3. Rippa de Peſte fol. 126. n. 28. Hipol. ſing. 194. Nauar. lib. 3. conſ. 31. nu. 1. Pinel. in Rub. de reſcind. 1. p. c. 2. nu. 19. & in Maioratibus ſæcularibus, quòd à Principe debeant impetrari cõmutationes. Couar. Variar. c. 6. n. 2. Mieres de Maiorat. 4. p. q. 1. nu. 10. Molin. lib. 3. c. 5. nu. 11. Gomez. l. 40. Taur. n. 89. Lara de Capel. lib. 1. c. 14. n. 16. & quãuis aliqui D.D. faciãt diſtinctionẽ inter vltimam volũtatem iam exequutã, & eam quæ adhuc pendet, prout dixit Immol. in l. 1. ff. de Cond. inſtit. Guillel. in cap. Rainuntius verbo Reliquit n. 20. refert Lara d. c. 14. n. 19. Tamen illud procedit vt ſine cauſa poſsit fieri cõmutatio onerũ, quia ſi vltima volũtas exequuta nõ eſt, etiã ſine cauſa fieri poteſt à S. Pontifice, Lara vbi ſupra n. 16. & 35. in fin. vel à Principe ſæculari in prophanis. Verùm cũ cauſa legitima, non eſt dubium, & iam executam cõmutari poſſe, vt per ſupra citatos, & quando aliqua verſetur difficultas in impedimento circa pia, tunc ſolius Ordinarij non ſufficit authoritas, ex Conc. d. ſeſſ. 25. de reform. c. 4. quia Ordinarijs eſt interdicta talis cõmutatio, & ſeſſ. 7. c. vlt. Vnde ſolùm hoc poterit facere in Concilio Synodali, vt per Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 4. quãdo detur impoſsibilitas, vel incõmoditas. Cõmutationem autem faciunt tãquam Sedis Appoſt. Delegati, vt in ſeſſ. 22. de refor. c. 6. Gutetr. in Repet. l. Nemo, n. 82. & ad hæc reducẽda ſunt quæ Lara vbi ſupra n. 24. quæ reprehendit Ceuall. de Violentijs [illegible] n. 9. In prophanis verò ſufficiet Principis ſæcularis, l. Legatũ 16. ff. Vſufruct. legat. l. Legatũ in fin. ff. Adminiſt. rerum ad ciuit. l. vlt. ff. Oper. pub. Couar. in d. c. 3. de teſt. n. 9. Mẽch. de ſuc-

de Succeſſ.creat. §.7. n.21. Spinol. de Teſtam.gloſ.28. princ. de exequutor.num.26. Vltimo notabis quòd opera pia anniuerſaria, vel ſimilia non impleta tempore ſtatuto, ex breui particulari conceſſo Hoſpitali Regio huius almæ vrbis, applicantur pauperibus illius, & ab eius Prouiſore vindicantur, de quo diximus in noſtris Deciſionibus, deciſ. 57. vbi videri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *INterpretatur Ordin.lib.1.titul.62. §.39. & 42. & 43. 50. 51. & 52.*

Referūtur cōcordiæ huius Ordinationis prima Regis Dioniſij.

3 *Altera Regis Petri.*

4 *Altera Regis Ioannis primi.*

5 *Secunda concordia eiuſdem Regis.*

6 *Vltima concordia Regis Sebaſtiani.*

7 *Confraternitas, ſeu Albergaria per ſæculares conſtructa, per ſolos ſæculares viſitari poteſt priuatiuè.*

8 *Secùs ſi ſit conſtructa per Epiſcopum, vel Prælatum quia tunc priuatiuè ad ipſum ſpectat viſitatio.*

Authoritas Epiſcopi debet interuenire in ipſa creatione, ibi.

Authoritas cùm ſit facti, non præſumitur, ibi.

Ampliata Ordin.lib.2.tit.1.§14.

Cōfirmatio facta per Epiſcopos poſt creationem non nocet Regi, ibi.

9 *Quando Epiſcopus ſit tēporalis dominus, an tanquam talis poſſit rationes exigere?*

10 *Prælati vbi non viſitāt, adhuc admittuntur, vt videant, an impleantur opera pia.*

Quæ omnia procedunt defuncto primo inſtitutore, non eo viuente, ibi.

11 *Epiſcopi non cognoſcunt de confraternitatibus, quæ de protectione Regum ſunt.*

Etiam quoad diuinum cultum, ibi.

Confratriæ de protectione Regum, quæ ſint? ibi.

12 *Adhuc obſtat quòd videtur quòd diuinum cultum Epiſcopi viſitare poſſunt.*

13 *In Eccleſijs Ordinum Militariũ confratriæ non viſitantur ab Epiſcopis, quia Magiſter eſt Ordinarius Ordinum.*

14 *An ius viſitãdi præſcribi poſſit, tã reſpectu Epiſcopi, quâm* Prouiſoris.

Ius viſitationis ne omninò viſitatio detur, præſcribi nequit, ibi.

Vt verò alter viſitet, vel comulatiuè bene poteſt præſcribi, ibi.

Procuratio pariter præſcribi non poteſt, niſi quæ iure aliquo ſpeciali competat, ibi.

15 *An Epiſcopus, vel alter* Prælatus *poſſit præſcribere, vt ſolus viſitet.*

Prælati in hoc Regno iuriſdictionalia tempore acquirere poſſunt, ibi.

Interprætat. Ordin. lib. 2. tit. 9. §. 1.

16 *Refertur Arreſtum ſenatus ſuper præſcriptionẽ viſitationis.*

16 *An Moniales ſanctæ Claræ poſſint à Prouiſore cõpelli, vt rationes reddant Capellæ, cuius adminiſtratrices ſunt.*

Videtur quòd ſunt exemptæ, & quôd cauſa eſt fori Eccleſiaſtici, ibi.

18 *Cõtraria opinio, & quôd poſſint in ſæculari obligari.*

Intrerprætat. Clem. 1. de teſtamentis lib. 6. ibi.

Explicata Ordin. lib. 1. tit. 62. §. 39. & 40.

19 *Eſſe intra limites Diœcæſani non ſufficit vt priuilegiatus coram eo reſpõdeat ſi reperiatur in articulo in ſpecie priuilegiatus.*

20 *An pœnas viſitationum non impletarum poſſint Epiſcopi ad libitum applicare.*

In Conſtitutionibus Epiſcopalibus continetur quôd tales pœnæ applicentur officialibus, ibi.

Refertur reſponſio Franciſci Soarez in materia.

21 *Interprætatio Ordin. lib. 1. titul. 62. §. 40.*

DE VISITATIONE HOSPITALIVM confraternitatum, & aliorum locorum, ſeu Capellarum ad ad Ordin. lib. 1. titul. 62. §. 39. 42. & 43. & 50. 51. & 52.

CAP. XVII.

1 HABET Regia Ordinatio quòd confraternitatum, ſeu Hoſpitalium, locorumq; ſimilium authoritate Epiſcopi crectorum ad ipſum viſitatio ſpectat, ſecùs ſi à laicis ſint erecta, & inſtituta in hæc verba.

Foi determinado pelos Letrados a que el Rey D. Afonſo V. mandou ver que os Hoſpitaes, Capellas, & Albergarias que conſtar pellas inſtituições, ou por proua ligitima, q̃ forão fundados, & inſtituidos por authoridade, & conſentimento dos Prelados, elles, & ſeus officiaes os poſſão viſitar, prouer, & tomar as contas aos mordomos, & adminiſtradores, & os conſtranger que lhas dêm; & fazer repairar os bẽes, & cumprir em todo a vontade dos inſtituidores, & conſtranger os mordomos, & confrades a ſeguir as demandas que ſe mouerem entre leigos, ſobre bẽes, ou diuidas das ditas caſas. Porèm aos juyzes leigos pertence o conhecimento dos taes feitos, & não aos Eccleſiaſticos: & nos que ſe não moſtrar ſerem fundados por authoridade dos Prelados, mas ſerem fundados por leigos ſimpleſmente, para algũas obras pias, ou para vſo dos pobres, & os adminiſtradores forem leigos, o conhecimento pertence em todo aos juyzes leigos, os quaes conhecerão dos ditos feitos, & tomarão as contas, & viſitarão, & prouerão com que em todo ſe cumprão as vontades dos inſtituidores. Porêm *neſte caſo podem os* Prelados, *viſitando, prouer ſe ſe cumprẽ as couſas pias, que os inſtituidores mandarão.*

Hoc eſt, ſancitum fuit per prudentes, & literatos viros à Rege D. Alphonſo quinto

electos

electos, quòd Hoſpitalia Capellæ, & Albergariæ, quæ ex earũ inſtitutionibus, vel alia ligitima probatione conſtiterit fuiſſe inſtitutas Prælatorum authoritate, & conſenſu ipſi, eorumq; officiales eas viſitent; prouideãt, & rationes expoſcant ab adminiſtratoribus, eoſq; huiuſmodi rationes redere compellant, & vt bona reſpiciant, ſeu ædificia, & in totum defunctorum voluntatẽ adimpleant, inſuper obligent adminiſtratores, ſeu officia-officiales, vt lites inceptas & inter laicos pendentes ſuper bonis, & reditibus dictarum domuum perſequantur, & finiant. Ad iudices tamẽ laicos harum lituium cognitio ſpectat, & non ad eccleſiaſticos. In his autem domibus, in quibus non oſtendatur fuiſſe authoritate Prælatorũ erectas, immò conſtiterit per laicos inſtitutas fuiſſe ſimpliciter ad aliqua, ibi pia opera peragenda, vel ad pauperum vſus, adminiſtratoreſq; inſimul laici fuerint, eo caſu cognitio ad iudices laicos pertinet, qui de talibus cauſis cognoſcent, rationes aſſument, viſitabunt, & prouidebũt, vt in omnibus inſtituentium voluntates adimpleantur. Verumtamẽ hoc caſu poſſunt Prælati cùm viſitãt, prouidere, ſi nõ impleantur opera pia, quæ à teſtatoribus fieri iuſſa ſunt.

2 Hæc Ordinatio, varijs tẽporibus concordata reperitur, & primo cum Rege Dionifio in decimo articulo ex 40. Romæ oblatis, quod ſic habet.

Quòd Hoſpitalia, ſeu Albergarias pauperum vſibus deputata, quæ in Epiſcoporũ diſpoſitione de iure conſiſtũt cum poſſeſsionibus, & pertinentis ſuis vſurpant. Reſpondent Procuratores Regis, quòd placet Regi, vt circa hoc ſeruetur ius commune, & bonæ conſuetudines, & promittunt ipſum Regem ita perpetuò ſeruaturum.

3 Poſtea tempore Regis D. Petri alia concordia expedita fuit, quæ in articulo 8. ſic habet.

Quòd Regis miniſtri faciebant coram ſe adduci proceſſus teſtamentorum, in caſibus ad Eccleſiam pertinentibus contra formam articuli iurati inter ipſum Regem, & Clerum, & contra epiſtolam

Regis

Regis Dioniſij, quæ iubet, ne cognoſcant de litibus, & alijs cauſis eccleſiaſticis. Reſpõdet Rex, quòd iam ſuper hoc fuit inter eos concordatum qualiter hoc fieri debeat, & quòd inuiolabiliter ſeruetur quod per ipſius parentem concordatum extat.

4 Iterum cùm hoc dubium incideret in tempora Regis Ioannis primi in 34. Capitulo concordatarum illius Principis, ſic habetur.

Item quòd dicunt in 34. articulo, quòd cognitionem aſſumit de cauſis capellarum, & maioratuum, quamuis adminiſtratores ibi capellanos habeant, quos ex reditibus ipſarum alere debeant, nec item conſentit, quòd lites, quæ ſuper eo fiunt terminentur corã Iudicibus Eccleſiaſticis, in illiſq; detentores, & adminiſtratores ſubſtituit, cùm tamẽ hoc ad iudicium Eccleſiæ pertineat, ſicut & omnes cauſæ piæ pertinent.

Reſpondet Rex, quòd ipſe de his proceſſibus cognoſcit, quia tam ipſe, quàm Reges eius prædeceſſores ita facere conſueuerunt, ſicut aliàs illis de iure licet. Sicq; iam olim fuit concordatũ in Curia Romana, ſicut continetur in decimo articulo ex 40. Romæ oblatis. Verumtamen Regi placet, quòd ſi aliqua Capella fuit ædificata vſq; ad præſens, cui aliqua bona applicata reperiantur ad ipſius ſubſtentationem, ſi illius cura alicui perſonæ laicæ relicta non ſit, cum aliquo emolumento generali, vel ſpeciali, quòd hoc caſu ad Pærlatos pertineat prouiſio, & cognitio illius. In reliquis verò caſibus, in quibus oliquod emolumentum relictum ſit adminiſtratori laico, bona ſint prophana ad Regem ſpectet illorum cognitio, & prouiſio. Verum placet Regi quòd ad cantandas Miſſas, quæ recitari debeant quãdo aliàs ſuos viſitent Epiſcopatus. Si inuenerint quòd non recitantur quod poſſint compellere adminiſtratores, vt illa opera exequantur. Et quãuis ipſi hanc cognitionem aſſumant non tamen Rex ſuam poteſtatem, & iuriſdictionem abdicat, vt ipſos etiam compellere poſſit, quando ita fieri oporteat, quamuis iam Prælati

lati præoccupauerint. Verùm illi non cognoſcant, nec ſe intromittant in illis, in quibus Reges ſe intromiſerint: & hoc illis indulget, licet vſq; modo aliter obſeruaretur, quia hoc modo melius Capellis prouidebitur, quando tam per ipſum, & per ipſos Prælatos adminiſtratores compelli valeant, ex hac concordia prodijt Ordin. d. lib. 1. tit. 62. §. 50. & ſeqq.

5 Pariter in 39. art. eiuſdem Regis Ioannis primi ſic habetur.

Ad illud quod aiunt in 39. articulo, quatenus dicũt quòd aſſumit cognitionem Hoſpitalium, & Albergariarum, eaſq; æquitibus, & ſcutiferis concedit, qui talia gubernent.

Reſpondet Rex, quòd ad Regem ſpectat adminiſtratio Hoſpitalium, & Albergariarum, vt eas donare poſſit quãdo inſtitutæ ſunt per laicos, & adminiſtratores pariter laici ſunt, quod quidẽ ita pro- procedit de iure cõmuni, quàm per leges regias, & articulos habitos in Curia Romana, ſicq; antiquiſsimo vſu receptum eſt, & in Romana Curia concordatum. Quoad illud vero quòd aiũt, quòd tales adminiſtrationes ſuis dat equitibus non meminit ſe talia feciſſe, ſolus infans agnoſcit ſe dediſſe adminiſtrationem de Palhais, & quia inuenit ſe id de iure facere non potuiſſe, iterum eandem prioribus adminiſtratoribus reſtituit.

6 Vltimo tandem tempore Regis Sebaſtiani, cùm hoc quidèm dubium ſuſcitaretur alia declaratio exijt iuxta tenorem priorum concordatorum, quæ ſic habet.

In 14. articulo dicũt, quòd miniſtri ſæculares impediunt Viſitatores Eccleſiaſticos, ne rationes ſumant, & viſitent confraternitates, quas Prouiſores laici viſitãt, cùm conſtet non eſſe de immediata protectione Regum, & in his, quæ ſunt de regia protectione prohibent ne viſitent in ſpiritualibus, veluti in Sacroſanctæ Euchariſtiæ ornamentis, & ſimilibus. In hoc articulo ſancitum fuit, quod decreta ſacri Concilij Tridentini obſeruẽtur, prout in illis continetur, quia hæc fuit ſemper noſtra intentio, & quod in his confraternitatibus in Hoſpitalibus, & Albergarijs, in quibus Proui-

Prouiſores cognoſcũt, & viſitant via ordinaria, ſine ſpeciali cõmiſsione poſsint Prælati iuxta dicta decreta Concilij rationes exigere, & viſitare, quia talia Hoſpitalia, Confratriæ, & Albergariæ non exiſtimo eſſe ſub mea immediata protectione, quod intelligi volo, ſi dicta Hoſpitalia, & Confraternitates, vel Albergariæ in illo anno viſitatæ non fuerint per Prouiſores: & adhuc eo caſu Prælati *poterunt omni tempore inuiſere ornamenta, & res cultui diuino applicatas.*

Ex hac vltama concordia deſſumpta fuit Ordin. d. tit. 62. §. 42. & iam altera lege Sebaſtiana cautum erat, vt in his omnibus cauſis decrata Concilij adunguem obſeruarentur.

7 His ita cõſtitutis breuiter omnia percurramus: & primo quòd quando Confraternitas, ſeu Albergaria conſtructa eſt per laicos, & ab ipſis adminiſtratur omnis viſitatio, & rationum petitio, ad laicos magiſtratus ſpectet, vt diſponit Ordin. hoc §. 39. quod quidèm de iure ita procedit, vt per Fabrũ in §. Nullus inſtit. de rerum diuiſ. verſ. Si quis Baro. docuit Guido deciſ. 188. Pariſ. conſ. 34. lib. 4. n. 15. vbi ait, quòd ſupradicta procedunt, & ſi in tali Capella ſit campanile, & altare portatile, quia poteſt remoueri ab ipſiſmet laicis. ibi, n. 12. Nec Epiſcopus ſe intromittit in earum reditibus. Pariſ. vbi ſupra num. 29. & 30. Lappus aleg. 42. Valaſc. conſ. 105. nu. 47. Auend. cap. 14. Prætor. n. 32. lib. 2. Rebuf. in Comp. de Alienat. rerũ eccleſ. n. 56. quos citat Azeued. l. 10. tit. 1. lib. 4. n. 29. Bobad. in ſua Politica lib. 2. c. 18. n. 228. & c. 17. n. 141. Lara. de Capel. lib. 2. cap. 1. n. 5. Marta de Iuriſdict. 4. p. caſ. 113. n. 7. Ceuall. lib. 4. q. 1. nu. 588. & de Cognitione per viam violen. q. 71. n. 5. Petrus de Vbaldis in tract. de Canoni. port. q. 14. nu. 7. Afflict. in tract iure protomiſeos in princip. legis, n. 12. Marcus deciſ. 108.

8 In his verò, quæ authoritate Prælatorum erectæ ſunt ad ipſos Prælatos priuatiue ſpectat viſitatio, vt probat Ord. §. 43. quia ſunt loca pia, & religioſa, cap. Ad hæc de religioſ. domib. cap. 1. §. Deinde ibi. & alia religioſa, & pia loca de Cenſib. in 6. notat Abb. in cap. Sopitæ, & in cap. Venerabili, & cap. fin. de Cenſib. Clement. quia contingit de religioſ. domib. cap. Nemo de conſecrat. diſtin. 1. Abb. in cap. In officijs n. 3. de teſtam. Felin. in cap. De quarta de præſcription. Luppus in tractat. de Libert. Eccleſ. quæſt. 16. n. 4. Vbaldis in tractat. de Cãnoni. Epiſcop. §. 2. principaliter n. 12. Guterr. lib. 1. Cãnon. q. 45. n. 1. Azeued. l. 3. tit. 14. lib. 8. nouæ Collectio. Zerol. in Praxi, verbo Hoſpitale, verſ. Ad tertium

Marta

Marta de Iuriſd.2.p.c.18. Bouad. c 17.lib.2. n.102. Azor.Inſtit.Mor. p.2.lib.3. c.40. q.10. Cened. lib.1. q.22.à n.14.Ceuall.Per viam violent q.32.n.fin.vbi infert,quòd nõ impeditur Epiſcoporũ concurſus, licet per laicos Hoſpitalia fundata ſint quod apud nos non ſeruatur, nec de iure ita eſt. Tunc autẽ dicetur talis locus authoritate Epiſcopi erectus quando authoritas intercedat in ipſo creationis, vel erectionis actu, l.Obligari. §. Tutor. ff De auth.præſtan. §.Tutor. inſtit. eod. & quia authoritas eſt facti,non præſumitur,l.Concilio,ff De curator.furioſ.Iunct.l.In bello, § Factis,ff.De captiuis. Vnde nõ videtur ſufficere quòd poſt fundationẽ laici,Prælatum adeãt, & per eum confirmentur,compromiſſa confraternitatis, quia cùm iam ex inſtitutione ſit in Regum gubernatione, non poſſunt laici contra regiam iuriſdictionem ire, ſe ſubmittendo iudicibus eccleſiaſticis, & ſuccedit Ord.lib.2. tit.1.§.14.& quæ ibi habes nec obſtat quòd illa aprobatio videtur eũdem habere effectum,quia reſpondetur quòd illa ratificatio ſufficiet in his, quæ à conſenſu pendent, non verò in his, in quibus pro forma requiritur authoritas à principio,vt in d.c.Ad hæc.Et pro hac parte ſtat Conciliũ Trid.ſeſſ. 22.de reform. c.8. Valaſ.conſ.105. n.61. vltra Ordin.d. § 43. ibi: *Por ſerem fundados por ſua authoridade.* & melius lib.3. tit.39. in fin. princ, Nauar.conſ.6.de præbend. Gama deciſ.241 n.3. Sicq; iudicatum fuit in ſupplicatione officialiũ de Euoramonte à Vicario Eborenſi, ibi: *E ſer a dita Confraria à principio erecta, ſem authoridade do Prelado,poſto que depois diſto conſentiſſem, o que não podião fazer em perjuyzo da jurdição real.* 15. *Decembris* 1617. *Brandão, Carualho, Caldeirão*, ſub n.597.

9 Quando autem Epiſcopus ſit temporalis dominus, an eo caſu rationes exigere poſsit tamquam dominus temporalis negatiuam adſtruit Decius conſ. 27. & 148. Pariſ.vbi ſupra n.41. Quod autem in Confratrijs laicorũ Prælati ſe intromittere nequeant, circa res prophanas earum, ſæpiſsime iudicatũ extitit,vt patebit in ſupplicatione Emanuelis Viegas Villæ de Ourique,ibi: *Os obriga que dem conta da Confraria de noſſa Senhora do Caſtello do que toca ao prophano, ſendo a dita Confraria inſtituida por leigos, & por elles gouernada,&c.* 10. Februarij 1597. ſub n.270. Sic pariter iudicatum fuit in ſupplicatione officialium Villæ de Souſel,à Viſitatore ordinis de Auis, 7. Iunij 1613. nu.612. Et quòd Viſitator non ſe implicet circa modum eligendi confratres,vel iudicem ad Cõfratriæ gubernationem: prouiſum eſt in ſupplicatione Decurionum Villæ das Serzedas, 23. Auguſti, 1617. n.620. Idem in ſupplicatione Petri Luiz huius vrbis, à Ioanne Saraiua Vicario, 8. Aprilis 1600. num.341. Idem in ſupplicatione

Ff Ema-

Emanuelis Pinto huius vrbis, 12. Februarij 165. nu.432. Sic pariter nec circa laicorum heremitoria ſe intromittere poteſt Capellanum, ibi conſtituendo, vt in ſupplicatione officialium do Socorro Villæ de Setuuel 20. Septembris 1616. num. 171. Idemq; in Capellarum adminiſtratione à laicis inſtitutarum iudicatum fuit in ſupplicatione Ioannis de Mendoça à Vicario vrbis Ioanne Trauaços, 10. Iunij 1619.n.158.

Vidi dubitatũ,an ſufficeret vt Vicarius rationes expoſceret, quòd teſtator in ſuo teſtamento prohiberet, ne Ordinarius rationes petere poſſet,& obtinuit quòd ceſſaret Ordinarij poteſtas in ſupplicatione Donæ Leonoris de Mendoça, à Vicario da Guarda, ſed dubito de hoc, quia nemo poteſt cauere, ne leges habeant locũ in ſua diſpoſitione,l.Nemo poteſt.ff. De leg.1. maximè in his,in quibus verſatur fauor publicus,& licet in teſtamento rationum reditio remittatur, ſolùm intelligitur de ſcrupuloſa,non de ordinaria,vt in tutore,Cuiatius 4.tom.fol.983. & 921. lit. E. lib.7.reſponſorum Papiniani ad l. Qui plures 41. ff. De ad miniſtr.tutor.& lib.5. reſpõſorũ,Papinad l. Papinianus 5. ff.Ad miniſtr.tutel. Donel.ſub tit.de fideicõmiſ.fol.508.vbi n.4.quia voluntas iuri contraria nõ obſeruatur, Lara de Capell.c.14.n.6.

10 Vnum tamen eſt in hac materia notandum quòd in his caſibus in quibus Prælati viſitare, vel rationes expoſcere non poſſunt, ab adminiſtratoribus,vel quãdo hæc cognitio ad ſæculares ſpectat, vel quando eſt præuenta,quòd adhuc illis caſibus. Epiſcopus viſitat Capellas,& Albergarias, & loca pia, in his, quæ ad cultum diuinum ſpectant,in his enim non conſideratur vlla præuentio, Federi de Seniſ.conſ.130. Deci. conſ.17. Valaſc.d.conſ.105.num.55. Mantua conſ.172.n.2. Lappus in tract.Hoſpitalium, q.55. adeo vt licet teſtator illud prohibeat,adhuc viſitare poſsit,ex Rocho de Iure patr.verbo Pro eo nu.23.q.12. Mantua.d. conſ.182.n.12.Valaſ.d.conſ.105.nu. 58.Locus autem quilibet tunc dicitur pius,quãdo opera pia in illo exercentur authoritate Epiſcopi, ſecùs ſi authoritate laicorũ, quia tunc eſt prophanus, licet opera pia ibi exerceantur, quia nemo priuatus locum religioſum facit in his caſibus,Gabriel lib.cõmun. tit.de Pia cauſa concluſ.2. plures Barboſa in cap.8.Conc.ſeſſ.22. ibi hoſpitalia cui reſolutioni Valaſc. d.conſ.105.lineam interiecit, aſſerendo, quòd locus, in quo opera pia exercentur, licet non ſit erectus, authoritate Ordinarij, ſit pius lato modo. Vnde licet Capellæ, vel Confraternitates laicorum à laicis gubernentur, & priuatos Cõuẽtus cõſtituãt, D.D. in Clem.per literas de præb.Rebu. ad leges Gal.tit.de Cõfratrijs, nu. 102.Meno.de Recup.rem.15.n.24. & 25.

& 25. Cabed. deciſ. 204. & de Iur. patr. c. 42. á n. 4. & cap. 32. n. 4. Adhuc tamé in his poteſt Epiſcopus ſe intromittere, vt videat an Miſſæ, vel alia pia opera impleantur, Feder. de Senis conſ. 111. Pariſ. vbi ſupr. n. 43. Cabe. d. deciſ. 204. ſicq; debêt intelligi, quæ Ceuall. d. q. 32. à princ. Quæ omnia ego intelligo procedere debere, defuncto iã primo inſtitutore Capellæ, vel Confraternitatis, vel quando ab eius adminiſtratione ad alias perſonas tranſijt, quia dum apud primum inſtitutorem eſt, ipſe libere mutare poteſt Capellam, vt per Molin. de Prinog. lib. 4. cap. 2. à princip. niſi alia via fiat irrevocabilis. Vaſaſc. conſ. 105. num. 54. Marta de Iuriſdict. 4. p. caſ. 113. nu. 30. Quod ſemper limitandum eſt niſi aliter in fundatione conſtitutum ſit authoritate ſuperioris, quia tunc Epiſcopus non ſe intromittet, Marta vbi ſupra num. 31. Ceuall. d q. 32. n. 4.

11 Duo ſunt caſus, in quibus ſuprapoſitæ regulæ ſibi locum non vindicant. Primo in Confraternitatibus, quæ de Regũ protectione exiſtunt, quia in his Prælati, nullo modo ſe intromittunt, nec etiã quoad diuinũ cultum Ordin. d. lib. 1. titul. 62. §. 42. Cabed. de Iure patron. cap. 39. num. 3. & cap. 42. num. 5. Marta de Iuriſd. 2. p. c. 18. n. 2. Lara lib. 2. c. 1. n. 49. Valaſ. d. conſ. 105. n. 62. Ceuall. d. q. 32. n. 3. prout ſunt confraternitates Miſericordiæ, Cabed. cap. 46. quæ ex breui Leonis Regibus cõceſſo ab Ordinariorum poteſtate exemptę ſunt. Cabed. vbi ſupra c. 43. ſic de protectione Regis eſt Herimotorium da Merceana, vt iudicatum fuit in ſupplicatione Catherinæ da Veiga, à Viſitatore Mattheo Bernaldez 16. Iunij 1595. ſub n. 391. Inſuper Miſericordia de Souſel, vt iudicatum eſt in proceſſu notato n. 526. Inſuper Hoſpitale Dominæ noſtræ de Eſtremos, vt in alio proceſſu notato n. 531. Inſuper omnes Capellæ Regiæ Coronæ non poſſunt viſitari ab Ordinarijs in ſupplicatione Ioannis de Mendoça, à Vicario Generali huius vrbis, nu. 158. ſic Confratria Curiæ c. 44. & alia Senatus cap. 45. & conſ. 51. Sic Confratriæ ſanctiſsimæ Euchariſtiæ, quæ habent breue filiationis in Mineruá, pariter exemptæ ſunt omnino à viſitatione Ordinariorũ quæ gaudent priuilegio capitis, ſed Prouiſores ſe intromittunt, & non videtur ſine colore, quia non poteſt præiudicium generari iuriſdictioni Regiæ ex impretatione Bullæ, niſi illa ad inſtantiam Regis impetrata ſit, circa Confratria Curiæ, ſic Hoſpitale das Caldas viſitari nequit ab Ordinario, quia conſtructum à Regina Leonora de bonis Regiæ Coronæ, & de Regũ protectione, ſic eſt iudicatũ 16. Ianuarij 1598. à Luppo de Barros. Ferdinãdo de Souſa, & Pedro Nunez da Coſta, in ſupplicatione Monachi Gaſparis da Conceição à Viſitatore

Mattheo Bernardez,eſt proceſſus apud Scribã Coronæ, ſub n.292. quem in eius fronte ſcripſi cũ proceſſus Coronæ, mandato Regis euoluerem, vt in alijs locis dixi. Duo notabilia pungit, primum quòd earum bona venduntur ſine ſolénitatibus à iure requiſitis, de quo n.3.cuius rei rationem reddit Valaſc.d.conſ.105.nu.36. Secundũ eſt,quòd gaudet reſtitutionis beneficio,& d.conſ.51.n fin.

12 Adhuc tamẽ nõ leuiter obſtare videtur, quòd in his confraternitatibus de Regum protectione, poſſunt Prælati viſitare decẽtiam diuini cultus, & ornamentorum, ex reg. cap. 2. in fin. de Cuſtod. Euchariſt. & per tot. titul. de Reliq. & venerat. Sanctorum. Vnde Abb. in cap.vlt.de Cenſib.& plures quos citat Pariſ.d.conſ.34. inquiunt, quòd licet Epiſcopus non viſitet Capellas particulares, & exemptas, tamen poteſt inquirere, an decenter ibi ſacra miniſtrentur,nec obſtat, Concil.Trid. d.ſeſſ.22. cap.8. quia procedit circa opera, quæ in illis locis exercentur, & circa petendas rationes eorum,quæ ibi expenduntur,non autem de viſitatione circa cultum diuinum, quæ ad Epiſcopos neceſſario, & priuatiue ſpectat, quia res ſpiritualis eſt, & eccleſiaſtica,& debet intelligi, vt Ordinarij non viſitent, in his, quæ ſub protectione Regum comprehenduntur, non verò de diuinis, in quibus Reges iuriſdictionem nõ habẽt, ſtillus tamẽ aliter obſeruãt viderint, qui aliter iudicant.

13 Alter eſt caſus è contrario, in quo Prouiſores Regij in Confratrijs,ſæcularium ſe non intromittunt,veluti in his,quæ in Eccleſijs Militiarum,ſeu Ordinũ conſtruũtur,quia per Bullas ordini conceſſas ab omni iuriſdictione eximũtur,vt patet ex breui Iulij ſecundi quod eſt in libro gladiorum fol. 62.& alio fol.64.& alio breui Bonifacij fol.68 & Pauli tertij fol.70. & fol 76. & Innocẽtij tertij fol.74. & Nicolai quarti fol.126. Verùm adhuc diſtinguendum puto,quòd hæc exemptio vel conſiderari poteſt reſpectu Ordinarij, vel Regis primo caſu indulta apoſtolica ſuos producent effectus, ita vt ab Ordinarijs,nullo modo viſitari valeant, & confirmatur ex Concilio Trid.ſeſſ.25.de Regul.cap.20.& in ſpecie Fr. Emanuel Rod. 1.tom. Regul.q.36.art.3. adeo vt ſẽtẽtia lata in contrarium nõ valeat quãdo Ordinis procurator legitime non fuerit citatus,vel auditus, idẽ Fr.Eman. vbi ſupra art.5. Verùm reſpectu Regis, hæc omnia obtinere non poſſunt, quia illi nõ poteſt præiudicari,niſi modis, in ſua cõcordia expreſsis,atq; ideo ſi ſæcularis in Eccleſia Ordinis Ieſu Chriſti,vel D.Iacobi cõfraternitatẽ inſtituat,quæ erecta nõ ſit autoritate magni Magiſtri,qui Ordinarius eſt illius Ordinis, quia quòd magnus Magiter Ordinũ ſit Prela tus Eccleſiaſtic⁹ dubitari nõ poteſt

ex Ord.

ex Ordin.lib.4.tit.43.§.15.ibi, Prelados, Meſtres, &c. Rodriguez vbi ſupra art.3. Cab.deciſ.61.n.6. & eſt Ordinarius Ordinũ, vt per Rodr. vbi ſupra, & Cabed. Gam. deciſ. 353. in fin.Ordin.lib.1.tit.90. §.28. Magiſtros ſupra Epiſcopos enumerat, vidẽdus Nauar. de Redditib.q.1.mon 16.n.8.Oldra.conſ.128. Barb.in l.Quia tale n.95. ff Solut. matr.idem Nauar.in Appol.n.14. & de reditib.q.1. n.56. Subiacebit eius viſitatio legi Regiæ, & Prouiſori, iuxta legis Regiæ diſpoſitionẽ, ſicut aliàs ipſe tãquam Prælatus eſt inferior Sedi Apoſtolicæ, & Iuri Canonico, etſi illud nõ ſeruauerit appellari poteſt, Pacian.cõſ. 149. n.88. Cabed.deciſ.172. nu.6. 2.p. Marcus deciſ.341 n.15. Conducit ſententia lata 4. Nouẽbris 1595. à Luppo de Barros, in ſupplicatione Emanuelis Simõez de Alſuſter, quæ ſic habet.

O ſupplicante hé agrauado pelo Prouẽdor da Comarca, em querer tomarlhe conta do dinheiro da fabrica da Igreja de que ſe trata: prouendo em ſeu agrauo, viſtos os autos, calidade da cauſa, que ſò pertence aos Viſitadores Eccleſiaſticos, & não aos Prouèdores da Comarca, por ſer a Igreja fundada por authoridade do Meſtre: mando que o Prouedor não tome conta da dita fabrica, & a deixe ao Eccleſiaſtico, a que pertence, 4. de Nouembro de 95.

Barros. Pedro Nunez da Coſta.

Vbi videtur agnoſcere Magiſtrum eſſe Ordinarium, cuius authoritate Eccleſia conſtructa eſt: vnde ſi pariter eius authoritate, Confratria erecta ſit, ad eum in totum pertinebit Ord.lib.1. tit.62. §.40. Vnde in Confraternitatibus, vel Capellis, in quibus Viſitatores Ordinum ſolũm viſitant, & in tali poſſeſsione ſunt, non poſſunt à tali poſſeſsione expelli, ſicquè decidit ſententia in ſupplicatione facta à Roderico Mendez de Abreu, à Conſeruatore Ordinum, num.216. ibi. *E os Prouèdores anteceſſores do agrauante eſtarem em poſſe*, & altera. nu.293. ibi, *Eſtando em poſſe de fazerem os prouimentos pelos Prouèdores, &c.* Quare extra hunc caſum ad Magiſtrum, eiuſq; Viſitatores expectat hæc viſitatio loco Ordinarij, quando cumulatiua eſt iuriſdictio, & ad ipſos ſolòs ſpectat, quando priuatiua, quia authoritate magni Magiſtri confratria, vel Capella conſtructa fuit.

14 Non omittam dubitari poſſe an hoc viſitandi ius præſcribi valeat, tam reſpectu Epiſcopi, quàm Prouiſoris, ita vt ad alterum eorum pertineat inſolidum, vel ad neutrum, & quoad vtrumque caſum non ſine dubio eſt, nam reſpectu viſitationis epiſcopalis nulla iuuat præſcriptio, gloſ. 2.

Ff 3 in

in cap. Irrefragabili de officio Ordin. Hoſtienſ. in Summa de officio Archid.n.5.Marian.de Viſitat. à n.19. Bernard. reg.604. D.D. in cap.Cum ex officij de offic. Ord. vel ex ratione gloſ. ibi, verbo Viſitatorem dum exiſtimat, ideo nō preſcribi ius viſitandi,quia inuoluit obedientiam, quæ nunquam ſuperiori denegari poteſt, cap.Cū non liceat de præſcription. vel ex eo quod impedit, morum correctionem,& Eccleſiarum reformationem contra cap. Cum inter, c. Ex parte de conſuetud. quod cedit in damnum publicum, licet aliàs omnia iura epiſcopalia præſcribi poſsint,cap.Auditis de præſcription. Verùm viſitationis præſcriptio, multis modis contingere poteſt,aliquando abſolute extinguendo viſitationem ipſam, vel illa iure communi,vel ſpeciali cōpetat, ita vt amplius ſubditi non viſitentur: aliquando verò non extinguendo,ſed transferendo ius viſitandi in alium,qui ex nouo iure acquiſito viſitet, vel tandem quando non tollitur ab Ordinario, ſed comulatiue alij acquiritur idem ius viſitandi, ita vt quod ad ipſum ſolum ſpectabat,modo comulatiuè incipiat ad alium inſimul pertinere. Vnde fit, quòd primo modo viſitatio præſcribi nequit, quia contra rationem, & bonum commune vt ſubditi,ſuis ſuperioribus non ſubijciantur, vt corrigi,vel emendari valeant,arg. cap.Irrefragabili,verſ.Vt autē,cap. Ad noſtram de Appell. Secundo autē, & tertio modo admitti poteſt,quia bono publico nō obuiat, & ceſſat ratio l.1. ff De vſucapion. quia adhuc manet viſitatio penes alium,in quem illud ius translatū eſt,vel acumulatur,vel & ab ipſo, cui iure commune conceditur, penes quem etiam ſublata viſitatione iure ſpeciali competente remanet viſitatio iuris cōmunis, per quam bono publico conſulitur, ſic procedit text.in d. cap.Cū ex officij, vt prohibeat præſcriptionem viſitationis abſolute, ſicut procuratio debita ob viſitationem præſcribi nequit, cùm ſit annexa viſitationi,gloſ.in cap.Relata 10. q.1. gloſ.1. in fin. in cap. Clerici 16.q.3. poſt alios Marian. de Viſitat.à n.47. Bernard. d.reg. 604. niſi talis ſit procuratio,quæ iure aliquo ſpeciali exigatur,quia circa hanc poterit dari præſcriptio, dummodo maneat altera debita iure communi, Marian. vbi ſupra n.54. quia facilius tollūtur ea, quæ iure ſpeciali competunt, quàm quæ iure communi, l.Eius §.Militia, ff. De milit. teſtament. Ex quibus videtur, quòd licet reſpectu ſubditorum, nullo modo præſcriptio conſiderari poſsit, vt à viſitationis onere eximantur, iuxta ſupradicta, nihilominus tamen ex parte Regum poteſt præſcribi, vt viſitatio circa certos actus peragendos ad ipſos priuatiue,vel cumulatiue ſpectet, quia nō totum tollitur ius viſitationis,

ſed

ſed in alium transfertur.

15 E conuerſo autem, an Epiſcopi, vel alter Prælatus præſcribere poſsint, vt priuatiuè ipſi ſoli cognoſcant? Non eſt leue dubiũ, cùm in hoc Regno iuriſdictionalia nullo tempore, etiam immemoriali præſcribantur, Ordin. lib. 2. tit. 45. §. 10. & §. vlt. Cabed. deciſ. 65. 2. p. n. 5. & de iure patron. cap. 7. n. 2. Verùm fortiter obſtat Ord. d. tit. 62. §. 43. ibi, *Ou ſem titulo estiuerem em poſſe de em todo prouer, & for tal, que por direito baſte.* Id eſt, & ſine titulo fuerint in poſſeſsione inſolidum prouidendi, & talis fuerit poſſeſsio, quæ ſufficiat, &c. Quo loci poſſeſsionem admittit, licet non declaret qualis ipſa eſſe debeat, & tempus, cuius tamen ſpacium non oſtendit, in quo recurrendum videtur, ad Ordinationẽ lib. 2. tit. 9. §. 1. Vbi de ſimili caſu agens. Immemorialem poſſeſsionem requirit, ibi, poſſe immemorial. Valaſ. conſ. 105. nu. 64. explicat Guterrez lib. 1 Pract. quæſt 45. Duo tamen adiungit, *Que não foſſe contradita por noſſos officiaes.* Id eſt, à noſtris officialibus contradicta non fuerit: & quidem ſufficeret, ſi regij miniſtri tacerent, ex Balb. de Præſcrip. 2. p. 5 princip. q. 4. nu. 4. Burgos in l. 1. Tauri nu. 233. etiam ſine Regis licentia, ex Auend. in Dictionario verſ. Tertia concluſio. Tamen in hoc Regno requiritur vltra ſupra dicta Regis ſciẽtia, & patientia, ibi, *E foſſe conſentida pelos Reys noſſos anteceſſores.* Id eſt, & fuiſſet tollerata per Reges noſtros prædeceſſores: quare hoc caſu ad imaginem ſeruitutis conſtituendæ, l. 2. C. De ſer. ſcientia, & patientia requiritur. Luppus in cap. Per veſtras nota. 2. §. Sed eſt pulchra. Decian lib. 4 cap. 26 ſub n. 15. ſi igitur dicamus in hoc Regno iuriſdictionalia eſſe in præſcriptibilia: hoc caſu videmus Reges adeo ſtudioſos fuiſſe libertaris eccleſiaſticæ, vt Epiſcopis concederẽ libuerit, quod ſuis ſubditis omnino negarunt; licet ipſe ſemper arbitratus fuerim, non eſſe indubitabile, quòd regalia, ſeu iuriſdictionalia præſcribi nequeunt vt dicit Cabed. deciſ. 41. 2. p. nu. 8. cùm tempore immemoriali præſcribi poſſe videatur, vt alibi dicimus, & ſentit Valaſc. de Partit. cap. 35. num. 10. & conſ. 141. nu. 9. & 10. Licet contrarium dixiſſet de iure Emphit. q. uæſt 8. num. 21. quem ob id reprehendit Cabedo d. deciſ. 41. ſed immerito.

16 In Senatu vidi iudicatum in proceſſu domus Miſericordiæ cũ Confraternitate S. Eloi Eccleſiæ Magdalenæ, contra quam pronũciatum fuit, vt non obſtante immemoriali à Prouiſioribus Regijs viſitari poſſet, cùm etiam teſtator prohibuiſſet, idem eſſet faciendũ, ex Ordin. d. tit. 62. in princ. cui nõ acquieſco, quia licet illud ius negatiuum non viſitandi requirat interpellationem, vt præſcriptio incipiat, quia aliàs tempus per ſe nõ tollit obligationem, gloſ. in l. 1.

C. De ſeruit. aflict. deciſ. 67. nu. 1. Aymon. de Antiq. 4. p. particul. 4. nu. 94. Menoch. de Arbitrar. caſ. 160. Tamen ex tempore illæ omnes ſolemnitates præſumũtur, & ſufficit eorum allegatio, vt tempore fiat probatio, l. 3. §. Ductus aquæ, ff de aq. quotid. cum vulgaribus, & ſupra diximus latè.

17 Non contemnenda quæſtio offertur, quam in Senatu vidimus agitari, an Moniales, vel Monachi quibus conceſſum erat poſſe Capellæ, cuiuſdã adminiſtrationẽ habere, & onera Miſſarum implere in dicto Monaſterio, an compelli poſsent per Ordinarios Viſitatores Epiſcopi, vel Prouiſorem Regium, vt rationes reddant adminiſtrationis ſuſceptæ. Caſus contingit inter Monachos Diui Franciſci capellanos monaſterij Diuæ Claræ Sãtaranẽſis, quos cũ Moniales expellerent, ſeq; ſubmitterent iuriſdictioni, Ordinarij ipſi petierunt à Prouiſore, vt rationes illius adminiſtrationis à Monialibus exigeret, & ſalarium pro aniuerſarijs debitum ſolueretur. Prouiſor rationes expopoſcit, appellatione delata ad Senatum, hic articulus ad Regiæ Coronæ iudicium remiſſus fuit, vbi deciſum Prouiſores ſe intromittere non poſſe in his rationibus exigendis, quia ſcilicet Moniales, quibus data erat adminiſtratio non ſuberãt iudicio ſæculari arg. Ord. lib. 1. tit. 62. §. 39. & 40. Vbi deciditur quòd quando adminiſtratio eſt eccleſiaſticia ex fundatione ſua, nõ poteſt ſe intromittere iudex ſæcularis, vt concludetur in d. §. 39. facta comparatione, veriuſq; caſus, ibi, relati, quia ſicut in vltimo caſu, quando adminiſtratio eſt à laico inſtituta, in totum ſpectat ad ſæculares cognitio, ſic pariter è conuerſo, in primo quando à Prælato ſit adminiſtratio inſtituta. Conſtabat nãq; in præſenti illam adminiſtrationem Regis facultate fuiſſe monaſterio, & Monialibus conceſſam, cum autharitate Summi Pontificis, vnde videbatur illam adminiſtrationem fundamẽtum habuiſſe in d. conceſsione apoſtolicã, & illius fori eſſe, nõ ſæcularis, maximè quòd Moniales eſſent Epiſcopo ſubiectæ, & ab ipſo gubernabantur, nec proponebantur exemptæ à iuriſdictione ordinaria, quo caſu maius eſt dubium ex Ordin lib. 2. tit. 1. cùm eo caſu forus ſæcularis ſit competẽs, vt in illa Ordin. dicemus. Vnde cum Epiſcopo de iure detur facultas, viſitandi etiam loca exẽptorum intra ſuam Diæceſim contenta, vt in Conc ſeſſ. 14. cap. 4. docet Flam. de reſignat. benefic. c. 11. n. 9. idem Conc. c. 8. ſeſſ. 22. Altamira. de Viſitat. num. 18. fol. 151. Azeued in l. 10. tit. 1. nu. 29. in fine, lib. 4. recopil. & in l. 3. tit. 14. lib. 8. recopil. nu. 10. Rodriguez 2. p. de Regular. quæſt. 75. art. 1. à fortiori viſitabit Moniales, quæ modo ipſius Diocæſani poteſtati ſubiectæ ſunt.

Verùm

18 Verùm his non obſtantibus re maturius penſata, videtur Prouiſorem recte potuiſſe ſe ingerere in aſſumendis rationibus, & implemento onerum relictorum in inſtitutione Capellæ, ex text. ad id expreſſo in Clementi. Vnica de teſtam, ibi, ſtatuimus quòd tales (etiamſi prelationis fungantur officio) locorum Ordinarijs debitã reddere rationem, &c. Pariſ, conſ. 16. lib. 4. Tiraq. de Iudic. in rebus exiguis fol. 105. verſ. Ex hoc fit. Zoanetus Rerum quotidian. cap. 28. in ſpecie, Cenedus q. 26. n fin. Gloſ in cap. 2. de teſtib. in 6. verbo Officium. Rodriguez Regular. q. 70. art. 5. Fuſcus de Viſitation. lib. 2. cap. 17. n. 8. verſ. Et in alio. Tribiſſanus lib. 1. deciſ. 36. n. 2. in hanc partem inclinat Ceuall. de Violen. q. 71. nu. 11. & ſequentibus, & q. 23. num. 13. cuius rei eſt ratio, quòd exemptus ſuſcipiens adminiſtratioñé in aliquo loco, tacite exẽptioni renuntiat, & ſe Ordinario loci ſubmittit, cap. 1. de priuil. lib. 6. vt eſt regulare in Quolibet. adminiſtratore, licet alterius fori ſit, Ordin. lib. 3. tit. 11. §. 3. Barboſ. in l. Si hæres, ff. de Iudic. n. 66. Auend. de Exception. nu. 14. verſ. Vndecimus caſus, nec prædictis obſtat d. §. 39. & §. 40. quia ſi bene aduertatur in d. §. 39. vt ſupra dixi Legislator explicat duos caſus, in quibus priuatiue cognitio ſpectat ad iudicium Eccleſiæ, priuatiue nempe ſi Capella conſtructa ſit authoritate Prælati, alterum quo pertinet ad regiam poteſtatem priuatiue, quãdo ſcilicet cõſtructa eſt, vel inſtituta in rebus prophanis à ſæculari: & hoc vltimo adhuc concedit Prælatis, vt circa cultum diuinum ſe ingerant. Poſtea accedens ad explicationem ſupradictorum in §. 40. addit quòd etiam eo caſu, quo Capella per laicum fundata ſit, ſi tamen contingat quòd per Clericum adminiſtretur, quòd ratione perſonæ adminiſtratoris Epiſcopus cumulatiue cum Prouiſore admittatur, addens, quòd licet laicus adminiſtret adhuc circa Miſſas, vel opera pia, pariter Epiſcopus ſe ingerere poſsit, ex quo deduci non poteſt quòd Clerici adminiſtratores nõ poſſunt à Prouiſore Regio compelli, cum ratione adminiſtrationis illius fori ſint, vt ſupra dixi. Vnde ſi Moniales ſint exẽptæ à iuriſdictione ordinaria, cùm hęc cauſa ſit temporalis, & bonorum temporalium, quæ non ſunt Eccleſiæ, licet à religioſo adminiſtrẽtur facilius conueniri poſſunt in ſæculari, ex d. Ord. d. lib. 2. tit. 1. in princ. Si autem conſiderentur tãquam Ordinario ſubiectæ, tunc cumulatiua eſt cognitio, ſeruata præuentione inter Epiſcopum, & Prouiſorem Regium.

19 Ex quibus apparet non omnino ſe curã videri rationem, qua nititur Ceuall. d. q. 71. à n. 22. quod ideo Ordinarius de his cauſis cognoſcit, quia locorum exemptorũ viſitatio ad ipſum ſpectat, licet regula-

regularium ſint, ex reg. cap.i. de Cenſib.lib.6. cap.Decernimus 10. q.1. Concil. ſeſſ.24. cap.13. de Reform. miles verbo Epiſcopus Altamiran.ad Concil. verbo Viſitatorem, n.7. Fuſcus de Viſitatione lib.2.cap.15. Rodriguez Regular. q.63. art.11. quare poteſt Ordinarius regulares, quibus animarum cura imminet viſitare, quia ratione officij ſubiecti manent,cap.Per exemptionem de priuil.lib.6.cap. Cum capella de priuil.Inno. in c. Recipimus de priuil. num.2. vbi Abb.n.5.inquiens quòd in Eccleſia exempta nõ eſt exemptus Rector ipſius, quia hoc ita generaliter accipi nõ poteſt,quia licet omnes Eccleſiæ intra limites Diocæſis regulariter Ordinario ſubſint, c.Omnes Baſilicæ 16. q.7. c.Decretum 10. q.1. cap. Regenda cap. Quæcũq; ead.cauſ. & quæſt. cap. De Xenodochijs, vbi omnes de Religioſ.domib. Padilla in l.Altius, n.2. Lara de Capellan.lib.2. cap.10. n.31. Tamen adhuc poteſt intra limites adminiſtratio,vel cura animarum obteneri à priuilegiato in ipſa cura animarum, vel in alio ſimili caſu, in quem Diocæſanus nullam iuriſdictionem exerceat. Sicut alias videmus fratres militiarum regulares,qui curam habent intra limites Archiepiſcopatus, non viſitari ab Ordinario, ſed à Magiſtro, & Viſitatoribus deputatis in capitulo. Quia etiam quoad curam animarũ, & quoad alia ſunt exempti à iuriſdictione Ordinarij, vt patet ex priuilegio Martini quinti,ibi,nullum in vos,aut aliquem veſtrum, ac conuẽtus monaſteria,loca perſonas, mẽbra res, & bona poſsint iuriſdictionem,poteſtatem dominium correctionem viſitationem, ſeu ſuperioritatẽ quomodolibet exercere alia ſimilia, & ampliora extant indulta, & poſt Concilium reformata à Gregorio XIII.

Quare dum Moniales, vel alij regulares pro officio obtento, Conueniuntur coram Ordinario ex eo eſt quia in illo particulari non reperiuntur priuilegiati; immo à iure cautum reperitur, vt pro tali adminiſtratione corã Ordinario reſpondeant,d.Clem.1. d. cap.1. de priuil.lib.6. Licet pluribus confutet Marta de Iuriſdict. caſu 148. cuius dicta nobiſcum non agunt,quia in hoc Regno, in hac materia innita fuit concordia cum Prælatis,ex conceſsione apoſtolica: & ſic ceſſant difficultates ab eo allatæ, & caſ.127. & iterum caſ.66.

20 Pro complemento illud noto quod dubitari ſolet quando Epiſcopi, ob non impletas viſitationes laicos cõdẽnant, an poſsint viſitationũ pœnas applicare proprijs officialibus pro negatiua ſtat, Conc. Trid.ſeſſ.25. de Refor. cap.3.cuius præcepta proſequitur Regia prouiſio Sebaſtiana condita anno 1569. de qua agit Valaſc. conſ.191. n.44. & Extrauagãs antiqua lib. 2. titul.2. l.13. §.10. vbi caue-

cauetur quòd tales pœnæ locis pijs illius vrbis applicent. Obſtat tamen, quòd in Conſtitutionibus Epiſcopalibus continetur, vt tales pœnæ viſitationũ officialibus applicentur, ſicq; immemoriali conſuetudine receptum eſſe videtur, cui aſſertioni non videtur obſtare d. §. 10. quia loquitur in publicis fructionibus, vulgo, fintas, impoſitis pro Eccleſiarum reparatione, nõ verò in pœnis, ſeu mulctis in viſitationibus impoſitis. Nec inſuper obſtat d. lex Sebaſtiana quæ conſilium comendans iubet, vt tales pœnæ, locis pijs applicentur, quando in cauſis ordinarijs, ob contumaciam litigantium imponebantur, non verò agit de cauſis viſitationum, quæ non ordinarie agitantur, ſed ſumarie, & de plano ex officio Prælatorum, potius ad morum correctionem, & diuini cultus obſequiũ, in quibus oportet, vt Prælati ſecum officiales deferant, quibus ſubſtentatio debetur, cuius ratione tales pœnæ applicantur. Huic ſententiæ acceſsit interrogatus D. Franciſcus Soarez Societatis Ieſu, qui interpellatus, reſpondit in hæc verba. *Vi las declaraciones ſobre el capitulo 3. ſeſſ.* 25. de Reformat. *y me parece que no habla* niſi in pœnis fori Eccleſiaſtici, *que ſe pueden reſtringir, conforme al Concilio*, in cauſis ciuilibus ad forũ Eccleſiæ quomodolibet pertinẽtibus, *o mejor que no excluie la coſtũbre de no applicar algo para el denũcia.., ſino para el Vicario, o la Camara Epiſcopal.* Declaratio autem ſic habet. Pœnæ fori Eccleſiaſtici pijs locis ſunt applicandæ, nec conſuetudo cõtraria, per quam pars pœnæ applicatur Vicario valet, & minus Cameræ Epiſcopali etiam in minima parte, ex quibus videtur non eſſe abſonum aliquam pœnarum partem Merino applicare, quia tamquam denuntiator accedit.

21 Vltimò addo Ordin. d. tit. 62. §. 40. fuiſſe extractam à cõcordia innita cum Rege Ioanne primo art. 9. ex ſecũdis illius Regis quàm ad calcem huius tractatus ad longum ſcribam vbi videri poteſt, & hæc Ordin. in ſuo caſu eſt inducta in fauorem Eccleſiæ, quia aliud erat de iure communi. Nam Epiſcoporum iuriſdictio, tunc explicatur quando locus eſt religioſus, qui aliter non fit, niſi quãdo eius authoritate conſtruitur, Menoch. de Recup. remed. 15. n. 22. Guterr. Canon. lib. 1. cap. 35. n. 29. Maſcar. concl. 869. Mantic. de Tacitis, & ambig. lib. 25. tit. 6. nu. 69. Tuſcus lit. H. tit. 4. concl. 158. & 163. n. 2. & 4. Ceuall. tom. 4. q. 896. nu. 982. Egid. in Repet. legis 1. n. 54. C. de Sacroſ. Eccleſ. Flores Variar. lib. 2. q. 21. n. 179. Barb. ad Concil. ſeſſ. 22. de Reform. cap. 8. n. 7. Vnde, licet locus extruatur à Clerico, adhuc manet prophanus. Federic. de Cenis conſil. 130. Abb. in cap. Inter dilectos de donation. Felin. in d. cap. De quarta de præſcript. n. 13. ex ratione, quã reddit cap. Ad hæc

de

de religioſ. domib. quare dum Regia Ordin. Epiſcopo permittit viſitationem, ego accipio quòd priuatiue illi concedatur idq; inſinuãt verba concordiæ ſupra relatæ, quaſi princeps illud ius in fauorem Eccleſiæ remiſerit.

An autem pro ſalario Miſſarũ capellano debito, Prælati in viſitatione prouidere poſsint dubitatum vidi, & reſolutum non poſſe, quia eſt actio perſonalis quæ Reum in ſuo foro ſequitur, ſic iudicatum in ſupplicatione D. Mariæ de Seixas huius Vrbis, 19. Februarij 1611. Iudice Brandão, Leitão, Araujo, n. 591. Sic pariter iudicatum eſt in ſupplicatione Frãciſci Nogeira de Brito, â Vicario Villæ de Moura, 27. Aprilis 1598. Iudice Serqueira, n. 632. Vide de hoc ſupra cap. 15. quæ dixiſti n. 11.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio Ordin. lib.* 1. *tit.* 62. *§.* 76.

2 *Refertur concordia vnde deſſumpta fuit.*

3 *An ſit iuri conformis?*

4 *Reparatio Eccleſiarum ſpectat ad Principes.*

Contra ſæculares pro reparatione Eccleſiæ agendum eſt in ſæculari. ibi.

5 *De iure hæc cauſa eſt ſæculoris, Ordin. eam facit eccleſiaſticam, alij dixere mixti fori, quando Prælatus exemptus conuenitur pro reparanda Eccleſia.*

6 *Prælati dum ſuas Eccleſias patiuntur corruere dãnum, in Regno dant.*

7 *Quando Rector Eccleſiæ compellitur agendum eſt in iudicio Eccleſiæ.*

8 *Quando Parrochianus compellitur illud ſpectat ad Prælatum.*

9 *Ipſas contributiones, vulgò, fintas, Prælatus decernit.*

Poteſtas collectandi Principis ſæcularis eſt. ibi.

10 *Lex Regia iuris conformis eſt. ibi.*

Collectandi ius non alij quâm Principi in ſuo Regno competere poteſt. ibi.

Prælati non habent territorium, & ſuas ſententias exequuntur

exequuntur, implorato auxilio brachij. ibi.

11 *Qando parrochiani cōpelluntur ex contractu in ſuo foro compellendi ſunt.*

Eccleſiarum reparatio eſt onus fructibus impoſitum, & illis deffıcientibus tranſit ad parrochianos. ibi.

12 *Pro alimentis miniſtri, vel fabrica laici in foro Eccleſiæ conueniuntur licet negent qualitates.*

Parrochiani dum conueniuntur ex contractu, ad forum Eccleſiæ trahi poſſunt. ibi.

Si dubitatur de viribus conſuetudinis in foro Eccleſiæ agi oportet. ibi

13 *Si parrochiani componunt ſuper reparanda Eccleſia, ille contractus regulatur, ac prima obligatio, quæ de iure erat.*

DE INDICTIONIBVS, SEV *ex actionibus, vulgo, fintas, quæ fiunt mandato Prælatorum pro Eccleſiarum reparatione ad Ordin. titul. 62. §. 76.*

CAP. XVIII.

1 IVBET Regia Ord. lib. 1. tit. 62. §. 76. quòd ſi à Prælatis aliqua opera conſtruenda iniungātur in Eccleſijs, quas viſitant illud quidèm non per ipſos, ſed per Prouiſores regios exequatur in hac verba:

E quando por viſitação dos Prælados, ou de ſeus Viſitadores, ſe mandarem fazer algũas obras nas Igrejas, de qualquer qualidade que ſejão, a que os fregueſes, ou outras peſſoas de noſſa jurdição por contrato, poſſe, & cuſtume antigo por direito ſejão obrigados, o farão logo ſaber ao Prouêdor da Camara aonde a Igreja eſtiuer, moſtrandolhe o treslado authētico da tal viſitação, &c. Id eſt, & quādo per viſitationem Prælatorũ, vel eorũ officialiũ iuſſum ſit, vt Eccleſiæ reparētur cuiuſcũq; qualitatis extiterint, quibus parochiani, vel aliæ perſonæ

ſæculares, ex contractu conſuetudine antiqua, vel iure ſint obſtricti, illud Prouiſori indicabunt illius loci, in quo Eccleſia ſita fuerit, cſtẽſo authentico documento d. viſitationis, qui &c. & paulò infra ad finem habet hæc verba:

Porèm ſe os Prelados pretenderem obrigvr os leigos a fabricar as Igrejas, ou ſuſtentar os miniſtros dellas, por não ſerem os dizimos baſtantes, cõforme ao decreto do Concilio Tridẽtino, noſſas juſtiças não ſe intrometaõ niſſo, porque o conhecimento pertence ao juyzo eccleſiaſtico, poſto que os leigos neguem aquella qualidade de não abaſtarem os dizemos. Id eſt, quòd ſi Prælati velint obligare laicos ad fabricam, ſeu reparationem Eccleſiarum, vel ad alendum miniſtros ipſarum, propter decimarum defectum, quæ non ſufficiunt iuxta formam Concilij Tridentini, miniſtri Regij illos non impediant, eo namq; caſu cognitio iudicij eccleſiaſtici eſt, quanuis laici negent illam qualitatem, & defectũ decimarum.

2 Hæc Ordinatio deſſumpta fuit ex cap. 13. concordiæ, ſeu prudentum, concilio habito tempore Regis Sebaſtiani, ſuper dubijs iuriſdictionis eccleſiaſticæ, & ſæcularis: cuius verba, Latinè ſic habent.

In 13. *articulo dicũt, quòd quando Prælati iubent vt fiãt contributiones ad Eccleſiarũ reparationem, & neceſſariã miniſtrorum ſubſtentationem, & res ad diuinum cultum ſpectantes, cognoſcunt de neceſſitate, ſeu cauſa, quæ ad illas contributiones vrget, & decidunt, an ſæculares ad eas compelli debeant? Cùm tamen hæc cognitio Epiſcopi ſit, & eius Vicarij, & hoc modo negantes hanc executionem ad Prælatos ſpectare impediunt effectum dictorum operum: ita vt cùm iuſſum eſſet per viſitationem quod Eccleſia nuncupata de Sanctos ædificaretur hac ciuitate Vliſyponenſi, & inſuper accederet Regiũ dipploma, quo idem cauebatur cõmẽdata illius Præſidi Chriſtophoro Borges, abhinc quatuor retro annis, vſquè modo opus incohatum non eſt, & ſuper eo lis pendet indeciſa.*

In hoc articulo ſancitum fuit, quod ego non permitto, vt ſæculares miniſtri cognitionem aſſummant de neceſsitate huius contributionis inducendæ cauſa, immo percipio quòd circa hæc nullatenus ſe intromittāt, & in reliquis omnibus, quæ hunc articulum tangunt iubeo vt ſeruetur lex extrauagans lib. 2. titul. 2. l. 8. §. 11. quam ſecūdùm iuris regulas confectam cenſeo, ea tamē declaratione quòd ſi Prælati prætendant obligare laicos, vt Eccleſiarum ædificationi obſtricti ſint, vel miniſtros earum alere, eam cauſam allegantes quòd decimæ non ſufficiunt iuxta decreta Concilij Tridentini, eo caſu magiſtratus ſæculares talem cognitionem non impediant, quia cognitio iudicij eccleſiaſtici eſt, etiamſi laicus neget illam qualitatem quòd decimæ non ſufficiant.

3 Quia huius Ordinationis alia concordia nō ſupereſt oportet, vt videamus an iuri cōformis exiſtat & primo dubitari ſolet, an quæſtio, quæ inter parrochianos, & Rectorem Eccleſiæ, vel Prælatum oritur ſuper ædifficatione reparatione, vel fabrica Eccleſiæ, ſit Eccleſiæ iudicio reſeruata, vel mixtæ cognitionis, vel temporalis, ita vt pro ea parrochiani corā iudice ſæculari pulſandi ſint. Dubitandi occaſionem præſtat ſupra dicta Ordinatio in d. verſ. Porem, quo loci in eam partem inclinat, vt illa cauſa eccleſiaſtica cenſenda ſit.

4 Verùm obſtat, quòd Eccleſiarum reparatio pariter Prælatis ſuperioribus, ac ſæcularibus Principibus cōmēdatur, in c. Sicut excellentiam in fine 23. q. 4. c. 1. ne Sede vacante, & habetur lib. Regū c. 12. & 22. & Paralipom. c. 24. vbi Reges Ioas, & Ioſias circa Tēpli Domini reparationem ſatagebant, & Prælatos in Curia Principum pro hac reparatione compelli dicit Guillel. in c. Rainūt. verbo Si abſq; liber. nu. 33. tit. De fideicom. ſubſt. & verbo Et vxorem deciſ. 2. n. 138. Caſſan. conſ. 60. n. 12. Vnde hic caſus videtur eſſe mixtæ cognitionis. Si ergo quæſtio emergat an laici teneantur ad reparationem propriæ Ecclesæ, attēto iure, in ſæculari foro eſt agendum, cùm eo caſu cōtra eos agatur, ex perſonali obligatione, pro qua iudex Rei adeundus eſt, ex reg. text. in c. Si Clericus de foro comp. Ord. lib. 2. tit. 1. §. 5. Si igitur Reus neget obligationē ineſſe, vel ſe teneri ex tali obligatione, vel conſuetudine, quæſtio in ſuo foro dirimenda eſt, ex communi, quam probat Innocetius in cap. Cùm ſit generale illo titul. Hoſtienſ. in d. c. Si Clericus verbo

Trahi vbi in reiuindicatione depoſito, & ſimilibus, iudicem rei adeundum eſſe aiunt, licet Valaſc. de Iure emphyt. q. 39. n. 14. aſſerat quod, vel reali, vel perſonali actione Eccleſia experiatur, ad ſuũ iudicem trahere poſſet laicum Reũ, quæ fuit ſententia Abb. in d. cap. Si Clericus num. 2. quem ſequitur Anton. n. 9. Soccin. n. 15.

5 Hæc ſuadent cauſam eſſe merè temporalem, Ordinatio verò inſinuat eſſe merè eccleſiaſticam, aliqui mixti fori dixere, vt ſentit Pechius de Eccleſijs reparand. c. 28. Rebuf. de Except. n. 238. & in Praxi fol. 403. n. 7. Guillel, d. verbo Et vxorẽ n. 138. & d. verbo Si abſq; tit. de fideicõmiſſaria n. 35. & verbo Domũ n. 17. ibi: cogi poſſunt etiam per ſæcularem, verùm quia ex ſupradictis res eſt dubia, & maiori indiget explicatione, ſequentes caſus deſtinguendi ſunt. Primus quòd, vel pro reparatione Eccleſiæ conuenitur Prælatus exemptus ab ordinaria iuriſdictione. Vel Prælatus qui Ordinario ſubeſt, vel tandem parrochianus laicus ad hoc opus cõpellitur.

Primo caſu, quando Prælati exempti compelluntur ad reparationem Eccleſiæ, eo caſu illa cognitio mixta eſt, quia tales Prælati, vel per Pontificem, vel Regem compelli poterunt, quia cenſentur damnum in Regno dare, dum patiuntur ſuas Eccleſias corruere, quæ negligentia deſsipatio eſt, ex Guillel, d. verbo Si abſq; n. 35. ibi, non poteſt eſſe maior diſsipatio, Regibuſq; incũbit templorũ defenſio, & protectio, Auend. lib. 1. c. 4. n. 23. Bobad. lib. 2. c. 18. nu. 127. Ceuall. 4. p. q. 897. n. 621. & in ſpecie, mortuo Prælato, cuius Eccleſia corruiſſet, poſſe eius bona in foro ſæculari diſtrahi, vt collapſa reparentur quaſi pro damno dato, Ordin. lib. 2. tit. 1. in princ. ibi: *Damnificamento, ſe o no Reyno derem.* Bobad. 2. p. c. 18. n. 136. vel ſi hæres ſit, contra eum agi poteſt, qui tenebitur inſolidum, de iure Canonico, etiamſi nihil ad eum peruenerit, ſic limitata l. 1. C. Ex delict. defunctor. quia de iure Canonico in fauorẽ animæ illud admiſſum eſt, cap. Tua nos de vſur. cap. In literis de raptor. Faber. in §. Pœnales inſtit. de perpetu. & tẽporal. Aufrer. deciſ. Toleſan. 70. Couar. Vari. lib. 3. c. 3. quod ſi nemo ſit hæres, & plures ſint legatarij Eccleſia cæteris creditoribus præferatur. Pechius d. tract. cap. 18.

7 In ſecundo caſu, quando Rector cõpellitur, citra dubium eſt agendũ fore in iudicio eccleſiaſtico, nã illa obligatio apud Rectorẽ reſidet, quia quarta pars fructuum Eccleſijs de iure cõmuni conceſſa eſt ad earum reparationem, D. D. in cap. 1. de Eccleſ. ædificand. Rebuf de Decim. quæſt. 2. n. 4. Vnde illud onus tãquã realem poſſeſſorẽ ſequitur, gloſ. in d. c. 1. de Eccleſ. ædifican. Gigas de Penſio. q. 43. n. 9. Berouſ. conſ. 3. lib. 1. n. 13. & confirmatur ex text. in cap. Priſcis, &

cap.

cap. Vnio 15. quæſt. 3. Guillel. d. verbo Si abſq; liber n.33. Pechius vbi ſupra cap.14.

8 In tertio verò caſu maius eſt dubium, viſa Ordinatione, & iuris communis præceptis, & in hac quæſtione duo inuoluuntur.

Primũ, an parrochiani, ratione fabricæ, & alimentorum rectoris ſortiãtur forũ in iudicio Eccleſiæ?

Secundum an idem ſit quando ex contractu, vel conſuetudine contra eos agitur?

Et quoad primam partem conſtat quòd de iure ad Prælatos ſpectat examinare, & decernere quænam opera in Eccleſia fieri debeant, vel reparari, contributionemq; per capita diſtribuere, & tandem compellere, quando opus eſt, hæc enim omnia priuatiue ad Prælatos ſpectant, cùm diuinum cultum reſpiciant, & adminiſtrationem Eccleſiarũ, quæ ſolis Prælatis incumbit, cap. Omnes Baſilicæ 16. q. 7. D.D. in cap. Ad audiẽtiam 2. de eccleſ. ædiffic. vbi Hoſtienſ. col.1. Card. q.2. Anchar. n.5. Abb.7. vbi conſtituunt quòd Prælati poſſunt parrochianos ad reparationem compellere, quando reditus eccleſiaſtici defficiant ad ipſius ſubſtentationem, ex Bald. conſ. 132. vol. 1. quem ſequitur Rebuf. de Decim. q.6. n.22. idẽ in tract. de congrua portione n.94. vbi cõſulit vt parrochianos Prælati corã Epiſcopo pulſent, potiuſq; per Sacramentorum ſubtractionẽ & fuit gloſ. in cap. Omnis chriſtianus de conſecrat. diſtin. 1. Concilii Trid. ſeſſ. 21. de Reform. cap. 7. ibi, in eorum deffectũ parrochianos omnibus remedijs oportunis ad prædicta cogãt, facit text. in cap. 1. de preben. lib. 6. Guillel d. verbo Si abſq; tit. de fideicommiſſaria n.33. faciuntq; Sarmiento de reditibus p.1. moni. 82. n.3. Cened. ad Decret. collectan. 153. n.1. Auẽdan. de exequend. mand. lib. 2. c.14. n.19. Bobad. lib. lib. 3. cap. 5. n.34.

9 Ex quibus colligitur quòd nõ ſolùm ad Prælatos ſpectat hæc cognitio, & diſcuſsio, qualia opera debeant fieri, ſed etiã contributiones decernere, & ad illas ſubeũdas cogere, quia cui committitur aliquid cõmittuntur ea quæ ad illius expeditionẽ neceſſaria ſunt, l. Quicumq; §. Si ei, ff. de inſtit. action. l. pen. ff. de vſufruct. reſoluit Nauar. de pœni. in princ. deciſ. 5. n.28.

Nec obſtat quòd poteſtas collectandi ad Principem ſæcularem ſpectat, l.1. C. De ſuperindict. lib. 10. c.1. quæ ſint regalia Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 6. Cabed. 2. p. deciſ. 49. n.4. & ſeqq. & deciſ. 44. n.12. Reſpondetur enim, quòd illud procedit in cõtributionibus, & collectis generalibus: particulares autem indictiones poſſunt decernere omnes illi, qui plenaria iuriſdictione funguntur: immo & Gubernatores, ſeu Decuriones ciuitatum plures habent caſus, in quibus illis collectandi facultus conceſſa eſt Ordin. lib. 1. tit. 66. §. 40.

Auend.d.lib.2. c.14. Guido deciſ. 376. Gail.lib.2. cap.51. & 52. Cabed. deciſ.113. 2.p. & deciſ.91. 1.p. & d.2.p Areſt.15. Capella 347. deciſ. Peruſ. 43. Mexia Taſſa panis concluſ.1. nu.62. Azeued. ad l.25. n.5.tit.6.lib.3.fol.262. Et fuit ſententia Bart.in d.l.1.n.2. D.D. in l. Placet, C.de excuſation. Muner. lib.10. & in l.4. §.Actor. ff. De re iudic. Ripa de Peſte fol 58. Cùm ergo Prælati hoc caſu habeāt omnimodam iuriſdictionem, poterunt collectas imponere,ex poteſtate ſibi à iure,& concilio indulta.

Quod ſi Prælati in talibus collectis exceſſerint,poterunt grauati,ad ligitimum ſuperiorem ſupplicare, cap. Ad reprimendum de offic. ordinarij vbi gloſ. & communis,vel poteſt cum Prelatis ſuper hoc inniri concordia,vel cum S. Pontifice, non tamen poterunt horum occaſione Reges temporales huiuſmodi collectas prohibere, quæ in fauorem diuini cultus, & bonum animarum introductæ ſunt.

10 Verùm adhuc puto Regem Regiā eſſe iuri cōſonam in ea parte, qua iudicem Eccleſiaſticum priuatiue competentem decernit, ad alimenta miniſtrorum,& reparationem Eccleſiæ, licet in eo videatur à iure deflectere, dum circa collectæ impoſitionem Prælatis poteſtatem denegat,illudq; totum Prouiſoribus cōmittit.Cuius in ea parte deciſio eo modo tueri poteſt, quòd vltra quod collectādi ius, inter regalia conumeratur, nec alij quam Principi in ſuo Regno competere poteſt,Prælati non habent territorium,& ſuas ſentētias in laicos exequuntur, implorato brachio ſæculari, Ord. lib.2. tit.8. Guillel verbo Et vxorē deciſ.2.n.131. Cyn.& Bal.in l.Epiſcopale.C.de Epiſcop.aud.Domi.in c.Romana, §.debet de appel.in 6. ad quod videtur annuere Cōciliū Trid.d.ſeſſ.21.de reform.cap.7.ibi, remedijs oportunis cogant: oportunitas autem remedij in eo conſiſtit,vt Prelatus determinet quod & quale opus fieri debeat, ad illudq; ad implendum compellat licet pecunia quam laici, vel parrochiani contribuere debent per ſuos Superiores ſæculares exigi debeat, quia hoc modo oportunius compelluntur, quàm foret ſi per Eccleſiaſticos cogerentur cenſuris,in quibus forſan inſordeſcerent: in cuius rei confirmationem iudicatum fuit, 12. die Iunij 1592. in ſupplicatione Decurionū Villæ da Aſinhaga. Vbi ſic habet: *Ora o dito Viſitador ſe intromete na arrecadação do dito dinheiro, fazendo nouos officiaes para recebimento delle, & peſſoas eccleſiaſticas, não lhe pertencendo, nem tomar contas do tal dinheiro, por correr pelo Prouèdor, por ordem do dito ſenhor.* Eſt proceſſus apud Scribam Regium ſignatum nu. 519.

Non omittam quod hoc caſu Extrauaganti lege cauebatur, d. tit.2.§.12. quod ſi Prælati ſe obtuliſſent

diſſent probaturos eſſe in poſſeſſione collectãdi, propria authoritate, & per ſuos miniſtros, quod admitterentur, ibi: *Moſtrando a ſua Alteza como eſtão na dita poſſe, & que he immemorial, & que não foi nunca contradito por ſeus officiaes, & foi conſentida pelos Reys ſeus anteceſſores lhes mandaris fazer comprimento de juſtiça.* Quæ verba non reperiuntur in noua compillatione, & ſine cauſa, ſimilia verba reperiuntur in Ordin. lib. 2. tit. 9. §. 1. in fine, ibi: tamen agit de criminibus mixti fori, quod eſt valde maius. In ſecundo autem caſu quando parrochiani à ſuo Prælato compellantur ex contractu inter eos, & Rectorem celebrato, vel ex conſuetudine legitime præſcripta, circa Eccleſiæ reparationem, vel alimẽta miniſtrorum, videtur cõtra eos agendũ in foro ſæculari, cùm contractus. & cõſuetudo perſonalem videantur inducere obligationem ex qua apud ſuum iudicem conueniendi ſunt, ex Innocent. in d. cap. Cùm ſit generale Hoſtienſ. & Abbate ibi, ſicut in eo qui decimandi ius præſcripſit reſoluit Barboſ. in l. Titia, ff. Sol. matrim. num. 47.

12 Verùm lex Regia aperte cõtrarium decidit, ſimpliciter agnoſcens fabricæ quæſtionem iudicis eccleſiaſtici eſſe ex quacunq; cauſa actum ſit, in quo fauorem eccleſiaſticæ libertatis proſequitur. Nec obſtat eadem Ordin. in verſ. Porem, vbi videtur ſe riſtringere ad cauſas decimarum quaſi inſinuet, quod ſi parrochiani ex alia cauſa, ſcilicet contractu, vel conſuetudine pulſentur, quod fori eccleſiaſtici non ſit cognitio, qui ſenſus à contrario nõ habet vim, quia lex ſi ita vellet expreſsiſſet, cap. Inter corporalia de exceſſ. Prælator. & exemplum regulam non arctat Ordin. lib. 3. tit. 60. & 81. §. 2. & generaliter comprehendit omnes caſus, in quibus ſuper fabrica actũ ſit, & dum decimas expreſsit reſpexit ad illud, quod de iure eſt, quia Eccleſiarum reparatio eſt onus fructibus impoſitum, quibus defficientibus ad parrochianos tranſit, & populus ad contributionem vocatur, vt Eccleſiam reparet, & Parrocho alimẽta ſubminiſtret, vt corporaliter paſcat illum à quo ſpirituali cibo paſcitur, Syluester in Summa verbo Eccleſia 2. num. 4. in fin. Albericus in l. Si in aliquam, ff. De officio pro cõſul. Hoſtienſ. Panorm. Anchar. & alij in d. cap. 1. de Eccleſ. ædifficand. Pechius d. tract. cap. 22. quare pari formiter Parrochiani vocantur, vel pro fabrica Eccleſiæ ſubeunda, vel pro alimentis miniſtro exhibendis. Cùmq; illi duo caſus ab vna, & eãdem obligatione procedant, eoſdem debent producere effectus, vt ſicut in vno cognitio reſeruatur Eccleſiæ iudicio, ſic in altero, quãdo enim duo in iure æquiparata reperiũtur per viam regulæ, diſpoſitum in vno ex æquiparatie, in altero cenſetur

diſpoſitũ, gloſ. recepta in l. Si quis ſeruo, C. De furtis, & in l. Quod vero, ff. De legib. & in c. Si poſtq; de electione lib. 6. Meneſes in l. Clari. nu. 10. C. De fideicommiſſ. Lara de Aniuerſar. lib. 2. cap. 4. num. 101. Ordin. lib. 4. titul. 87. §. 2.

12 Manet ergo quòd ſicut laici, quando attento iure tenentur fabricare, & alere ex deffectu decimarum iudiciũ Eccleſiæ ſubeũt, ſi ſe eximere procurant, etiamſi negent qualitates propoſitas in libello, ſic pariter dicendum eſt, quando ex contractu, vel conſuetudine, ad illud idem onus vocantur: paria enim ſunt ligari lege legis, vel lege cõtractus. Cùm enim contractus ſoluendi, hoc, vel illo modo, non mutet naturam primæuæ obligationis; ſed eam ſolum explicet, & moderetur, in hoc vel illo caſu; verum eſt primam obligationem decimarum nõ innouari, reſpectu iudicij, per contractum ſubſequentem, ſed reſpectu executionis, arg. l. vltim. C. De nouation. ſicut ergo cauſa principalis originaliter, ad iudiciũ Eccleſiæ ſpectabat ante contractum, vel conſuetudinem, ſic hodie, cum ſtante contractu, prima obligatio ſublata non fuerit, ſicut aliàs ſi parrochiani ſe eximere procurant, à decimarum ſolutione, prætextu alicuius conſuetudinis, iudicij eccleſiaſtici eſt, de viribus illius cognoſcere, Paulus conſ. 363. n. 4. quia non cenſetur nouata prior cauſſa circa ſubſtantiam diximus ſupra latè.

13 Vnde ſi contingat parrochianos facta compoſitione cum Rectore, ſuper ea conueniri vt dirutã Eccleſiam reparent hoc vltimum pactum primæ obligationi accedit, & eius naturam ſequitur. Illud tamen admonere vellem, quod cautè debent Prælati, quando ſæculares his caſibus ad ſuum forũ vocant exprimere tales cõtractus, vel conſuetudines (ad quarum implementum vocantur, ratione dictæ obligationis, qua ipſi de iure tenebantur) proceſsiſſe, vt maiora alimenta Prælatis exhiberentur, ſicq; per talem contractum, antiquam obligationem explicatam, non extinctam eſſe, ne vlla dubitandi maneat occaſio, nam ſi contractus ex alia cauſa factus appareat in dubio ſtandum eſt regulæ, d. cap. Cum ſit generale, prout aliquando vidi in Senatu iudicatum me pro Eccleſiæ fauore reluctante.

14 Limito tandem ſupradicta non procedere in eo, qui Capellã inſtituit in Eccleſia, & redditus cõſtituit ad fabricam, quia cùm hæc obligatio non ſupponat decimalẽ præcedentem, ſed noua ſit, orta ex contractu perſonali, videtur quod non ſpectat priuatiue ad forum Eccleſiæ. Immo ſi ex teſtamento ortum habeat, poterit tam Prouiſor, quàm Vicarius rationes expoſcere, vt ſupra diximus.

SVMMARIVM.

1 *Explicatio Ordin. lib. 4. tit. 78. §. 17.*

2 *Refertur concordata, ex qua deſumpta fuit.*

3 *Lex Regia, an poſsit prohibere contractus iuratos.*

4 *Princeps ſæcularis poteſt tales prohibitiones facere ex iuſta cauſa.*

Verus intelligendi modus ad legem Regiam. ibid.

Contractus humanus eſt actus, qui Principi ſæculari ſubeſt. ibi.

Lex ciuilis contractus aliquibus caſibus annullat ex iuſta cauſa, & multarum rerum comercium prohibet. ibi.

Lex ciuilis inhabilitat cauſas efficientes. ibi.

Eccleſia impedit vinculũ Sacramenti, quod de iure diuino eſt inhabilitando contrahentes. ibi.

5 *Sic explicata lege regia confunditur explicatio Martæ.*

Lex Iulia maritis interdicit alienationem rerum dotalium. ibi.

Vxor dum iurat non contrauenire alienationi, non contra leges iurat, ſed præter illas. ibi.

6 *Barboſæ opinio conuellitur, dum ſentit, annullato contractu, poſſe partes in iudicio Eccleſiaſtico agere, vt iuramentum impleatur.*

Lex Regia non habet locum in contractibus Clericorum, et ſi fiãt per Tabellionem ſæcularem.

VTRVM

VTRVM VALEAT LEX REGIA probibere contractus iuratos ad Ordin.lib.1.tit.78.§.13. & lib.4.tit.73. & tit.70.§.4.

CAP. XIX.

1 DE hac quæſtione fuſius dicemus ſub Ord. lib.4.tit.73. & hoc loco paucis, & breuiter agemus, prohibet itaq; lex regia, ne Tabelliones iuratos cōtractus conficiant, vel ſub bona fide, ſub pœnis expreſsis d.tit.73. vbi vltra pecuniariā pœnā amiſsionē officij cōminatur, & cuilibet de populo accuſationem permittit deducta videtur ex concordia innita cum Rege inuictiſsimo Ioanne primo in art.44. qui ſic habet.

2 *Que defende aos Taballiões que não ponhão juramēto em nenhũs contractos, que fizerem antre quaeſquer peſſoas, por a Igreja não pertencer algũa juriſdicção: & ainda por iſto os Clerigos perdem muitas vezes os direitos.*

Reſponde elRey: que por elRey Dom Dinis foi feita eſta ley, & ſempre aſsi ſe vſou atê agora, & a elles não faz pejuyzo nenhum. Pero ſe elles quizerem fazer contractos antre Clerigo, & Clerigo, elle mandarâ aos ſeus Tabelliões, que lhe fação eſcripturas, & ponhão em ellas quaeſquer juramentos, com tanto, q̃ não ſerâ hi obrigada peſſoa leiga, por contracto, nem bẽes leigos, & prophanos, &c.

Id eſt, defendit Tabellionibus, ne faciant cōtractus iuratos inter quaſcumq; perſonas, quod facit eo animo, vt Eccleſia ſua iuriſdictione fraudetur, ex quo aliquando ipſi Clerici damno afficiũtur.

Reſpondet Rex, quôd hæc lex condita fuit â Rege Dioniſio, & ſemper vſu recepta fuit, & quòd Eccleſiæ nō præiudicat illius obſeruãtia, quod ſi ipſi velint contractus celebrare inter Clericum & Clericum, ipſe Rex iubebit ſuis Tabellionibus, quôd tales ſcripturas conficiant, & in illis inſerant quæcumq; iuramenta, quæ partes expræſſerint, ea conditione, quòd ibi

non

non comprehendatur aliquis ſæcularis, nec aliqua bona prophana.

3 Primus in hac Ordinatione labor oritur ex ipſa lege, an valeat prohibere contractum iuratum, de quo eſt apud Hiſpanos ſimilis lex 11. tit. 1. lib. 4. recopil. cuius validitatem proſequitur Gregor. l. 6. verbo Por no pueſta. Perez in l. 6. tit. 1. lib. 3. Ordinam. fol. 475. & lib. 1. tit. 8. fol. 602. Azeued. in d. l. 11. Matienſ. in l. 2. gloſ. 3. tit. 2. nu. 12. & l. 22. gloſ. 8. tit. 11. & l. 1. gloſ. 5. tit. 18. lib. 5. recop. Guterrez in Authen. Sacramenta à nu. 46. & 151. & de iuram confirm. 3. p. cap. 12. num. 9. Morla in Emporio p. 1. tit. 9. q. vlt. nu. 7. Molin. de Iuſtit. diſput. 271. verſ. Addimus. Azor. inſtit. Mor. part. 2. lib. 10. Soarez de Religione tract. 5. tom. 2. lib. 2. cap. 38. nu. 15. Gama deciſ. 247. à n. 2. Coſta in l. Si ex cautione fallent. 10. nu. 4. & in §. Cum in bello, verbo Agnati, n. 8. Pinel. in l. 2. part. 3. cap. 1. n. 11. cũ antiquioribus Immol. Butrio & Panor. in c. Cùm contingat de Iureiur. Roma. conſ. 12. & conſ. 437. Neruoſe Barboſa in l. 1. ff. Soluto matrim. part. 1. à. num. 73. & ſeqq. Dominus Pater meus in l. Si curatorem, verbo minoribus n. 4. & 6. & Forenſium q. 23. n. 12. & de emptione, cap. 30. num. 40. Valaſ. conſ. 16. num. 14. & conſ. 99. & 132. num. 6. & de Parti. cap. 16. num. 8. Contra ſupradictos inſurgit Marta caſu 72. vbi plures por ſua opinione citat Doctores, & authoritates. Sed quantum ego percipere poſſum in re dubia, in qua certatur authoritatibus Doctorum, non verò rationibus, nũquam veritas, & certandi finis aſſequitur: ideo operæ pretium duxi veram decidendi rationem ad hanc Ordinationem aſsignare, ex qua excellentiſsimi Barboſæ labor; & Marta contumatia conquieſcet.

4 Dubitari itaq; nõ poteſt poſſe Principem ſæcularem, quando ſuæ gubernationis politicæ finis id expoſcat prohibere, ne in ſua Republica Tabelliones iuramenta addant in contractibus, vt litibus modus imponatur; quies Reip. aſſequatur, & ipſius iuriſdictio conſeruetur; cùm, adhibito iuramento, partes ad obſeruantiã ipſius ad iudicium Eccleſiæ conuolent, cap. fin. de foro comp. lib. 6. varios explicandi modos Doctores aſsignant, qui ſuas patiuntur difficultates, vt legenti Barboſam Martam, & alios patebit. Verius itaq; mihi videtur ſenſus eſſe quòd hoc caſu lex ſæcularis non irritat iuramentum, quia nec poſſet, cap. Etſi Chriſtus de Iureiur. cap. Venerabilibus ad fin. de electio. cap. Eccleſia de conſtitut. Bart. in l. Omnes populi n. 25. ff. de Iuſt. & iur. ſed inhabilitat cauſas efficientes contractus ad producendum conſenſum, ex quo naſcatur ciuilis obligatio, quia contractus humanus eſt actus hominis

nis ordinatus ad ſuum finem, & ideo debet ſubordinari poteſtati politicæ, à qua dependent particulariũ operationes: & inde fit quòd poſsit à ſuperiore irritari, quando id cõmunitati expediat, ſicut alias videmus contractus à minore geſtos lege deſtitui, ſi ſine authoritate curatorum fiant, l. Si curatorem C. De integrum reſt. ſic contra pupillum præſcribi non poſſe, l. Bonæ fidei 48. verſ. Veluti, ff. De acq. rer. domin. l. vlt. C. In quibus caſib. in integr. reſt ſic interdicitur alienatio rerum maioratus, l. fin. §. Sin autem, C. Cõmun. delegat. diximus deciſ. 52. nu. 3. & aliarum rerum tollitur comertium, ita vt nec emi, nec vendi valeant, l. Vbi lex, ff. De vſucap. plures caſus enumerat gloſ. in cap. Cùm non liceat de præſcription. cap. Clerici 16. q 3. gloſ. 2. in §. Res fiſci inſtit. de vſucaption. ſic pariter lege Canonica videmus irritari matrimonia coacta, cap. Cum locum de ſponſal. pariter inter liberum, & ſeruam, ignorata conditione ſeruili, cap. 2. de Coniungio ſeruorũ, ſic profeſsio emiſſa ante ſexdecim annos expletos irritatur, à Cõcil. Trid. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 16. in quibus datur æquale vinculum, ac in iuramento, in quo non naturalis, ſed diuini viuculi nodus diſſoluitur, & contractus tollitur inhabiles reddendo cauſas efficiẽtes, vt conſenſum valide præſtare nequeant, ex quo aliqua reſultet obligatio, ſicut alias inhabiles reddit Eccleſia perſonas contrahentium matrimonium, & vinculum naturale ceſſat, quod ab inhabilibus produci non potuit, quia ſicut in corpore naturali in membra à capite diriuatur virtus, qua ſuas obeunt operationes, ſic particularium actiones à Principe dependent, à cuius permiſsione, vel prohibitione formam accipiant, ſeu moralem influxum, vt hoc, vel illo modo contrahant, ſicut videmus maritos incapaces à lege Regia fieri, ne ſine vxoribus alienent immobilia Ordin. lib. 4. tit. 48. & Eccleſia irritat clandeſtina matrimonia, quatenus eſt Sacramentũ, non tamẽ directe, & immediate, quia Sacramentorum inſtitutio, & deſtructio non ſubiacet poteſtati Eccleſiæ, ſed indirecte deſtruendo contractum humanum, ex quo in conſequentiam deſtruitur Sacramentũ, vel potius impeditur, ne producatur Sacramentũ, proſequitur Sanches lib. 3. q. 4. Perez lib. 5. Ordin. tit. 1. l. 1. fol. 40. §. Iuxtra prædicta, Guterrez de Iurament. 1. p. c. 51. n. 22. Matienſ. lib. 5. Recopil. tit. 1. rub. gloſ. 1. n. 38. Spino in Specul gloſ. 5. n. 52. & 53. Ledeſma de Matrim. q. 45. art. 5. fol. 177. col. 2. §. vlt. Paludan. & alij citati à Sanches vbi ſupra.

5 Quo intelligendi modo explicata Regia Ordinatio, quòd ex ipſius potentia irritatus ſit talis contractus humanus geſtus inter ſuos ſubditos, ex cauſa legitima, quæ ſubeſt legislatori, ne prorogetur

tur iuriſdictio eccleſiaſtica, vt aliàs diſponit in Ordin.lib.2.titul. 1. §. 14. vbi dicemus. Vnde fiet quòd hæc lex numquam poterit comprehendere caſus præteritos, licet modo deducantur ad iudicium ex ratione Bartol. in l.Omnes populi, ff. de Iuſti. & iur. à n.44. quia ſuper hac materia nõ poteſt ferri lex declaratiua, quæ liget actus præcedentes: ratio eſt, quia lex declaratiua ſupponit ſubeſſe materiam legis poteſtati legiſlatoris, quod tamen non ita eſt in noſtro caſu, quia vbi primùm cõtractus eſt iuratus ſuum vinculum diuinum inijcit quod lege humana tolli, & diſſolui non poteſt, vnde contractus, qui geſti ſunt tempore huius legis, ſuos ſortientur effectus, & ex illis agi poterit pro implemento in iudicio Eccleſiæ ſecundùm regulas iuris, ex text. in c.Mulieres de Iure iur.lib.6.ſicq; procedit Alex. conſ.59. vol.1. Paulus in Authentica Sacramenta 2. & 4. quæſt. Immola in d.cap.cùm cõtingat á n.46. vnde apparet quãta à ſupradictis patribus inciuiliter dicta ſint. Et imprimis ceſſant quæ Marta d.c.72. n.5. dum ſentit iuramentum vinculum morale, & diuinũ continere, quod nullo modo ſubeſt poteſtati temporali, non enim hoc negatur, quia eſſet in media luce calligare, ſed dicimus quòd cùm contractus humanus productus non fuerit in eſſe, ex inhabilitate perſonarum contracta ex legis potentia, nec iuramẽtum ſubſiſtit, mediante nullitate, contractus, quia ſublato fundamento tollitur, & ædifficatũ ex reg. cap. cùm Paulus 1. q. 1. & ſublato antecedenti tollitur, & conſequens, cap. Translato de conſtit. Nec obſtat quod pariter opponit de cap. Cùm contingat de iure iurando, vbi prohibita alienatione rei dotalis à lege, nihilominus valuit iuramentum, quia non aduertit quod illud iuramentum non erat cõtra legem, ſed præter illam, quia prohibitio legis Iulliæ circa non alienandas res dotales ad ipſum maritum dirigitur, l.1. & .4. ff. De fundo dotal. Imperator. in princ. inſtit. quibus alienare licet, l. Vnica, in §. Cum lex, C. De rei vxor. action. Barboſa 5.p. l.1. in princ. ff Solut. matrim. Vnde quando vxor iurat ſe non reuocaturam alienationem non contra leges iurat, ſed præter illas ſuum fauorem omittens, illiq; renuntians, quod quidèm diuerſum eſt à noſtro caſu, in quo lex annullat actũ prout geſtus eſt immediate, & indirecte corruit cum ipſo actu iuramenti obligatio, quæ ſine cõtractu ſtare non poteſt, ſicut aliàs S.Pontifex, qui inferior eſt, reſpectu iuris diuini, ita vt formas Sacramentorum mutare non poſsit, tamen materiam, & formam illius Sacramenti, quod per contractum humanũ fit, mutare poteſt, addendo ſolénitates contractui humano, vel modum conſenſus ordinando, quia

Hh tunc

tunc indirectè, & ipſum vinculũ diuinum ceſſat.

6 Ceſſat deinde illa quæ doctiſſimus Barboſa in d. loco nu. 74. & iterum n. 75. ex authoritate, cap. Mulieres de iureiur. lib. 6. ait, quód poterit ille in cuius fauorẽ iuramentum præſtitum eſt ad forum Eccleſiæ recurrere, vt compellatur iurans ſtare iuramento, quod quidèm aperte confunditur ex ſupra dictis, prout conſideramus nullum iuramenti vinculum ſupereſſe, corruente actu ad cuius confirmationem illud additum fuit, quia cùm à contractu ſentiamus conſenſum abeſſe, & perſonas fuiſſe inhabiles ad contrahendum, pariter iuramentum irritũ effectum eſt, cum exequi non poſſit, niſi ſub prætextu contractus præcedentis, qui tamen nullus eſt, & nullius effectus, illudq; tãquam actus confirmatorium ipſius naturam ſortiatur, ex reg. l. fin. C. De non numerat. pecunt. Facit in cõfirmationem Areſtum Senatus notabile.

Acordão, &c. Viſtos eſtes autos de inſtrumẽto de aggrauo gèral deſta Cidade, moſtraſe que ſendo o aggrauãte Pero Franco leigo, & de jurdição ſecular, iſento da eccleſiaſtica, o dito Vigairo gèral o obriga a reſpõder em ſeu juyzo eccleſiaſtico, não lhe recebendo ſua exceição diclinatoria, dizendo que deue reſponder no dito ſeu juyzo, por quãto ſeu pay Franciſco Franco defuncto tinha jurado que reſponderia no dito juyzo eccleſiaſtico, ſobre o dinheiro q̃ depoſitou para comprimento do teſtamento de Sebaſtião Carrilho, ficando, outro ſi, o dito Franciſco Franco por fiador: & aſsi, que por razão do dito juramento que ſeu pay fez de reſponder no dito juyzo, era obrigado ſeguir o dito foro, sẽdo aſsi, q̃ cõforme a direito, & ordenação o juramento, como ſeja peſſoal não paſſa a herdeiros, poſto q̃ a obrigação que delle naſcer poſſa paſſar, mormente ſendo o dito aggrauãte nouamẽte citado para o juyzo eccleſiaſtico, do qual pode legitimamẽte declinar, cõforme a dita ordenação. O q̃ viſto, & como em o dito Vigairo geral obrigar o dito aggrauante a reſpõder em ſeu juyzo, & lhe não receber ſua exceição, lhe faz força, & moleſtia, vſurpando a jurdição real: mando ſe paſſe carta, &c. Lisboa 14. de Março de 616.

Cõtinetur hic proceſſus in chartorio Coronæ, ſub n. 161.

In

In ſupplicatione D.Ferdinandi de Caſtro prouiſũ fuit,ne ex chyrographo iurato ipſius conueniri poſset in eccleſiaſtico, quia erat nullum iuramentum, ibi.

Ser o eſcripto nullo,& por conſeguinte o juramento nelle interpoſto,&c. Iudice Antonio Serqueira,ſub n.649.

7 Ex quibus patet hanc legem limitandam eſſe ad ſolos ſæculares ſubditos,non tamen impedire quod Tabelliones faciãt Clericorum contractus iuratos,vt ex concordia deducitur,nec ex eo aliquã pœnam incurrent, alias quæſtiones omitto,& ſuo loco reſeruo; & an comprehendat vltimas voluntates,& contractus in illis inſertos, de quo, & de alijs dicemus ad Ordin.tit.73. Deo dante.

SVMMARIVM.

1 *Explicatur Ord.lib. 1.tit.80.§.4.*

Hæc Ord. videtur offendere iuris Canonici præcepta. ibi.

Cõtra libertatem diſponit ſtatutum, quando adimit Clericis ea quæ cũ reliquis ciuibus cõmunia ſunt. ibi.

Vel quãdo adimitur illud quod Clericis competit tãquam Clericis. ibi.

Lex quæ diſponit, facta ſpeciali mentione, Clericorum nulla eſt. ibi.

Clerici, nullo modo ſubſunt poteſtati ſæculari. ibi.

Non ſufficit dicere quòd hoc caſu Clerici nõ ligãtur directè, ſed indirectè. ibi.

2 *Si lex ciuilis reprobatur, quæ impedit acquiſitionem à fortiori quæ infert pœnã.*

3 *Sicut conſuetudo qua introducitur, vt Eccleſia bona dimittat intra annum, & diem, eſt nulla, ob defectum rationis, ſic lex, quæ pœnam imponit differenti coronam.*

Eccleſia magis læditur quando illi tollitur quod competit iure communi, quàm quando tollitur quod competit priuilegio. ibi.

4 *Rex ſua officia ſæcularia liberè concedere poteſt cui voluerit.*

Indecentia eſt quod officialis regius ab alio, quàm ab ipſo puniri debeat. ibi.

Lex ciuilis dum iubet ne

officialis ſit Clericus facit perſonā inhabilem, & incapacem officij. ibi.
Similiter valet probibitio, ne feudum ad Clericum deueniat. ibi.
Clericus in minoribus non præciſe cogitur habitũ, & coronã gerere, & ideo poteſt vtrũq; dimittere. ibi.
5 *Non poteſt dici quòd tali Clerico officium adimitur, cũ potius dici debeat quòd non fuit acquiſitum.*
5 *Etiamſi concedamus Clerico fuiſſe officium acquiſitum adhuc hoc caſu adimi potuit.*
Pœna priuationis officij reputatur ciuilis. ibi.
Si Clericus ocultauit ſe talem, vel poſt officium adeptum ad ordines conuolauit vtroq; caſu priuari poteſt officio. ibi.
Clericus etiamſi in fraudẽ fiat Clericus, foro gaudet, non tamen quoad bona. ibi.
In hoc Regno res eſt extra dubium, ex breui Regibus conceſſo, ne officiales ſuæ Curiæ ordines ſuſcipiant, eo non conſentiente. ibi.
7 *Referuntur verba Breuis Apoſtalici.*

AN OFFICIALIS REGIS POSſit legitimè priuari officio publico, eo quòd Coronam Clerici in minoribus defert ad Ordin. lib. 1. titul. 80. §. 4.

CAP. XX.

1 LEGE Regia cauetur lib. 1. tit. 80. §. 4. publicos officiales non poſſunt Coronam Clerici defferre, vt eo modo gaudeāt priuilegio fori clericalis: ſic fraudata regia iuriſdictione, vt ad illum forum in caſibus occurrentibus conuolare poſsint, in quo videtur illa diſpóſitio contraire iuris Canonici traditionibus, & libertati Eccleſiæ. Primò, quia vetat ne Clerico coniugato priuilegium illius fori competere poſsit contra regulam cap. 1. de Clericis coniugat. lib. 6. & ea quæ dicimus ad Ordin. lib. 2. titul. 1. §. 27. Secundò, quia Eccleſiæ decori

decori,& libertati repugnat, quæ offenditur quoties ſtatutũ laicorũ adimit Clericis illa,quæ cum reliquis ciuibus ſunt cõmunia c. fin. de Immunit.eccleſ.lib.6.& multo magis quando adimit ea,quæ cõpetunt Clericis tãquam Clericis, cap.Cum terra de electione,quod maxime viget quando pœna imponitur,& priuatio officij,ratione clericalis ordinis, facta mentione ſpeciali Clericorum,quia eo ipſo dicitur lex eſſe contra libertatem Eccleſiæ, conſiderat Cardin. in cap. Perpendimus de ſentent. excommun.quæſt 9.& conſ.149.n 5. Abb.num.10.vbi Decius nu.27. & 48. in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit.Diuus Anton.3.p.titul. 12. cap.3.§.1.Albert.lib.2.de ſtatut. quæſt.2. num.46 Francus in diſput.petitor.dub.4.num.10. vol.1. tractatuum,Clarus §.Emphyteuſis quæſt.28.num.7. refert plures Maranta diſput. 8. num. 2. & 11. colligitur ex cap. Bene quidèm verſ.Maxime 96.diſtinct.& in cap. Placuit 16.q.7. cenſetur namq; legislator excedere ſuæ poteſtatis limites, aduertit Oldrad. conſ.83. quia Clerici nullo modo ſubſunt poteſtati ſæculari, cap.Si Imperator,ibi ad Sacerdotes, 96.diſtinct. cap.Quamquam ibi, non ſolo iure humano de cenſib.lib 6. Comprobat late Couar.Practicar.cap. 31. à num.3. conſtat namq; legem ciuilem contra Eccleſiæ fauorem diſponentem nullius eſſe roboris probat d. Auth. Caſſa, C. de Sacroſ.Eccleſ.& in cap.Grauem 54. & in cap. Nouerint 49. de ſenten. excommun. niſi detur ſpecialis ſummi Pontificis aprabatio, Syluester in Summa, verbo Lex n.11. & Abb. antea in cap. Non minus de immunit. Eccleſiar. temerarium ſentire contrarium dicit Albertus Pigius lib. 5. de Eccleſ. Hierarchia, cap. 1. Pelagius lib.1. de plantu Eccleſ. cap. 68. de quo Carolus Magnus, & Ludouicus Pius Reges Franciæ lib. 4. capitularium legum eccleſiaſticarum, & ciuilium cap. 104. vbi profitentur propter Eccleſiarum offenſionem plura Regna funditus euerſa fuiſſe. Nec obſtabit quòd hoc caſu Clerici indirecte comprehenduntur ſub lege & pœna ciuili; quia officiales ſunt, quia etiam cùm hoc procedat ex defectu poteſtatis legiſlatoris d.cap. Eccleſia, ibi, nulla ſit attributa poteſtas, etiam per indirectum non vitatur nullitas legis expendit, ibi, Abb. num.15. Felin.40. Decci. 24. quia nullo modo illis datur poteſtas aliquo caſu imperandi,quibus obſequendi, in omni caſu manet neceſsitas d.c.Bene quidem 96.diſtinct.

2. Vnde ſi lex ciuilis reprobatur quæ impedit acquiſitionem rerum temporalium, vt in cap. Peruenit 3. de arbitris Ordin. lib. 2. titul. 18. quæ ſemota concordia ſpeciali,& conceſsione S.Pontificis valere non poſſet, vt ibi dicemus, quia ſaltem indirecte

Eccleſiæ fierent pauperiores, & diminus cultus diminueretur contra reg. text. in cap. pen. ibi, nolentes etiam diuini numinis diminuit cultum, de conſtitutio. à fortiori non valebit lex, quæ pœnam ſtatuit, & amiſsionem officij cominatur pro actu laudabili, & licito, & aprobato.

3 Facit deinde, quia ſicut cõſuetudo, quã introductum eſt, vt Eccleſia bona acquiſita intra annum & diem à ſe dimittat, vt cum Ord. lib. 2. tit. 18. §. 1. deſponitur non valet, vt ponderat Hoſtienſ. Anton. n. 7. Abb. 16. ad fin. Ioann. And. & alij in cap. Cum cauſa de re iudi. intelligentes textum illum agere de cõſuetudine, quã cautum erat, ne bona ab Eccleſia vltra annum poſsiderentur, quæ conſuetudo, vt irrationabilis in eo text. improbatur, vt prædicti Doctores ſentiũt. Pariter ergo dicendum eſt deffecere rationem in lege, quæ Clericũ priuat ſuo officio ſæculari, eo quòd coronam gerit, cùm de ſubſtantia legis ſit ipſa ratio, cap. Erit autẽ 4. diſt. cùm nulla eſſe poſſit, vt auferat illud quod de iure communi Clerico competit, quia magis læditur Eccleſia, quando tollitur illud quòd de iure competit, quàm illud quod cõpetit, ex ſpeciali priuilegio, text. in Auth. de non alienãd. reb. eccleſ. §. Quia verò col. 2. & in l. Eius militis, §. Militia, ff De teſtam. milit. aduertit gloſ. in l. 2. §. 1. ff. de Iudic. Iaſ. in l. Filiusfam. §. Diui 1. lectur. n. 74. & 2. lectura n. 108. Rippa 82. Alex. 12. ff. delegat. 1. idem Alex. conſ. 18. lib. 6. & conſ. 210. n. 11. & conſ. 209. n. 14. & conſ. 211. lib. 2. Felin. n. 69. & Decius n. 3. in d. c. Eccleſia.

4 Quibus, & alijs medijs videtur labefactari noſtræ Ordinationis deciſio, niſi recurramus ad alia iuris principia, quibus docemur, Regẽ ſua officia ſæcularia diſtribuere poſſe inter eas perſonas, quas viderit expedire ſuæ politicæ gubernationi, vndè nõ immeritò ſæcularia officia elargitur ſuis ſubditis, non alienis: nec obſtabit, quod etiam non ſubditi, ratione officij, fiunt ſubditi, & illius fori, in quo officia exercent, l. In criminali, C. de iuriſd. omni iudic. cap. Sacerdotibus, ne Clerici, vel Monachi, Bald. additio. ad ſpeculat. tit. de Reo in princ. verſ. Scholaris, & in tit. de Clericis coniugat. verſ. Si autem Clericus, Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ n. 68. verſ. Secundo de conſtitut. idem Bald. in l. vnica, C. In quibus cauſ. milit. for. præſcript. vti non poſſ. Aufrer. de Poteſtate ſæcular. reg. 1. fall. 16. & 17. Caſſan. in Cõſuetudin. Burg. rub. 1. in §. 5. n. 71. & ſeruari in Frãcia dicit Benedictus in cap. Raiñutius, verbo Et vxorem 2. n. 155. quia ſatisfit, quòd multi poſſunt offerri caſus, in quibus Clerici nõ ſortiantur forum in ſæculari, etiã quando officia publica exerceant, nẽpe in criminalibus, quia in his Clerici in minoribus ſuo foro gaudent, quando obſeruatis conditioni-

ditionibus ſacri Concilij ſeſſ.23. de Reform.cap.6. incedunt, & nõ parua datur indecentia, quòd officialis regius delinquens, ab alio Principe puniatur pro ſuo exceſſu, & aliquando impunitus accedat, vt ſuo inſeruiat officio, & impunitatem hoc modo conſequatur, ſciens ſe à ſuo Principe puniri nõ poſſe, cùm veroſimile ſit, quòd non ita facile delinquent quando ſciant ſe à ſuo Principe puniri poſſe, arg. cap. Iudicatum vbi gloſ. pen. 89. diſtinctione, l. pen. vbi Lucas de Pœna, C. De agentibus in rebus lib.12. Ex quibus talis lex non poteſt dici contra ius, Eccleſiæ libertatem, vel eius priuilegia: quinimmo ſupponit in habilitatẽ quandam, reſpectu perſonæ talis, vt quãdiu Clericus in minoribus ſit, non poſsit habere ſæculare officium, quæ incompatibilitas rectè à ſæculari Principe induci poteſt, cui non poteſt obijci, cur hoc idem Clericis in minoribus non concedat, vnde tam ratione incapacitatis, vel inhabilitatis perſonę à parte antea contractæ, quàm ex natura eiuſdem officij, cui hoc indictũ eſt in ipſa creatione, ne alijs quàm ſæcularibus conferri poſsit, vnde illa qualitas inhærens Clericum in minoribus non patitur, vt dicit Baldus agens de ſimili prohibitione, ratione feudi, ne ad Clericum, vel Eccleſiam tranſeat in cap. vnico, §. Inde de alienat. feud. vbi Præpoſ. & in §. Donare qualiter olim feud. alien. poſſ. vbi idem Bal. col. 2. & eſt in terminis cap. Si Clericus ſi de feud. fuer. controuerſ. inter dom. & agnat. vbi Bal. oppoſ. 1. Præpoſ. in cap. 1. §. Et quia qui feudum dare poſſunt nu. 25. arg. 7. & 8. pro affirmatiua, quare cùm Clericus in minoribus non præciſe cogatur habitum clericalem gerere, ſed poſsit illo dimiſso libere incedere, & hoc modo ſuo priuilegio renuntiare, vt per Innocent. in cap. 1. de apoſtatis, cap. Ioannes, cap. fin. de cleric. coniug. lib. 6. cap. Ex parte 3. de priuileg. c. Ex parte de Clericis coniugat. Panormit. in cap Clericus de vita, & honeſtate: merito, & pariter nõ defferens coronam illi priuilegio exutus cenſebitur, ſeq; capacem officij ſæcularis reddere poteſt, ſicut aliàs poteſt, relicto Clericatu, retinere feudum.

5 Vnde non poteſt dici, quòd officium adimitur Clerico in minoribus, ſed quòd acquiſitum non fuit Clerico, quia incapaci inſeruiendi, & tamquam ab incapaci aufertur, quaſi nunquam fuiſſet acquiſitum, & rectè ſtatutũ diſponens inter ſuos, etiam non ſuos comprehendere poteſt, ex doctrina Iaſ. in l. Cunctos populos, C. de Summa Trinit. & cùm dirigatur ad rem comprehendit etiam ſubditos alienos, cap. Quod Clericus de foro compet. Sicut aliàs onera, & tributa rebus impoſita ſucceſſor Clericus ſubire tenetur, & legibus circa ordinem iudicij ligatur, quæ cùm generales ſint Cle-

ricos ligant, de quo apud nos eſt concordia Ioannis primi cap. 11. & 80.

6 Hæc omnia huius Ordinationis iuſtitiam comendant, & vltra ſupradicta pondero, quòd etiam ſi cõſideremus Clerico in minoribus officium Tabellionis fuiſſe acquiſitum, adhuc à Principe ſæculari, ex ſupra dicta cauſa, auferri poſſet, ſicut aliàs ex qualibet alia ligitima, nec obſtaret quòd in pœnam deferendi coronam priuabatur, vt ſupra diximus, quia ſatisfit, quòd hoc caſu non priuatur ob crimen, ſed ob defectum, & inhabilitatem perſonæ: inſuper hæc pœna priuationis adminiſtrationis, ſeu officij reputatur ciuilis, & dicitur iudicium ciuiliter motum, vt per Abb. Aretin. Decci. in cap. Per tuas de Simon. per textum ibi, in illis verbis non ſecundùm rigorem iuris, ſed ſecundùm temperantiam æquitatis, cùm nõ ageretur criminaliter, ſed ciuiliter, &c. In quo textu agebatur de remouendo Prælato ab adminiſtratione, & eſt communis ex grato, conſ. 71. n. 9. lib. 2. Claro § vlt. q. 1. nu. 3. verſ. Quintus, quòd ſi quis replicet illam communem ſentẽtiam, tunc habere locum quando agitur de crimine maiori, cuius pœna ordinaria non eſt priuatio officij ſolùm, ſed alia lõge maior, quia eo caſu dicitur priuatio pœna ordinaria, pro vt colligitur ex Doctoribus ſupra citatis: non vero poſſe procedere in noſtro caſu, in quo illa pœna priuationis eſt ordinaria illius culpæ incedendi cum corona, quare tale iudicium criminale eſt, cùm ex præcedenti culpa procedat, & ad vindictam ordinetur; vnde cùm in hoc Regno Clerici in minoribus non teneantur reſpondere in ſæculari in iudicio criminali etiam ciuiliter moto, vt colligitur ex Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 4. de quo apud Hiſpanos eſt l. 2. titul. 1. lib. 1. Recopil. Couar. Practicarum, cap. 32. nu. 1. Clarus d. § vlt. q. 36. nu. 9. Ceuall. contra Communes q. 563. & q. 896. n. 579. Azeued. d. l. 1. à n. 5. & l. 2. titul. 4. lib. 1. Recopil. Morla in Emporio 1. p. tit. 2. in prelud. n. 138. Marta caſ. 135. nu. vlt. Barboſ. in l. Titia à nu. 31. ff. Solut. matrimon. Caldas Pereira ad l. Si curatorem, verbo Minoribus n. 21. & ad legẽ vnicam 1. p. n. 54. Cabed. deciſ. 54. 1. p. Merito etiam pro hac pœna in eo iudicio pulſari non poſſunt. Reſponderi tamen poterit, quòd vel officialis à parte ante iam erat Clericus in minoribus; celauit tamen clericatum, vt illi officium concederetur, vel poſt adeptum officiũ ordines ſuſcepit, & vtroq; caſu iuſtiſsime officio priuari poteſt, quia Rex non intendit illud concedere niſi ſæculari, & ſub ea forma, & qualitate admiſſus non poteſt ex ſua fraude comodum reportare, & quando eius incapacitas detegitur, iuſte repellitur, ſicut in qualibet alia qualitate, quæ ingreſſum impedit, quia potens

inueſtiri

inueſtiri debet probare ſe habilẽ, arg. l.1. ff. De probation. l.2. eod. ibi, qui dicit, non qui negat cum vulgaribus. Sic pariter ſi poſtquã admiſſus eſt, ad ordines côuolauit nouam contrahit incapacitatem, qua priuari debet officio, vel declarari, quòd ipſe ſe priuauit facto ſuo, & ſe pœnæ ſubdidit, & licet in hoc Regno, qui ordines ſuſcepit in fraudẽ priuilegio fori gaudeat, vt per Valaſc. conſ. 48. num. 6. & 7. Marta caſ. 121. per tot. Ceuallos 4. p. q. 1. n. 1025. illud procedit in ſacris, non verò in minoribus, & apnd nos eſt, ſine dubio, quia ex côceſsionibus Apoſtilicis requiritur, vt per annum ante delictum habitum defferat clericalem, vt dicimus in Ordin. lib. 2. tit. 1 §. 21. Inſuper etiam Clericus in ſacris eo caſu quoad bona ſubiectus manet, Marta vbi ſupra, & à fortiori Clericus in minoribus vt priuatus declaretur officio ex facto ſuo, quod ſine vllo dubio procedit, quia Regi noſtro inuictiſsimo conceſſum eſt breue apoſtolicum à Gregorio IX. quod in Archiuio Regio ſeruatur, conceſſum 31. Auguſti anno 1234. fol. 12. lib. 1. breuium, quo continetur quòd nullus, regio ſeruicio, mancipatus, vel eius officialis ordines accipiat ſine eius licentia, & facultate: vnde fit, quòd iuſte cognoſcit, & punit vt officiales ſuos ordinibus minoribus vtentes in præiudiciũ ſuæ iuriſdictionis, quæ fuit immediata cauſa conceſsionis illius breuis. Ex quo apparet quàm piè apud nos Reges inuictiſsimi ſe geſſerint in obſeruanda Eccleſiæ libertate, quam ipſos ſemper colluiſſe teſtantur Ordinationes lib 2. tit. 5. & tit. 8. §. fin. & tit. 21. & 22. & 23. & lib. 3. tit. 9. § 7. & alibi, quòd cùm hoc caſu ipſi poſſent liberè ſtatuere, & Clericos ſuis officijs priuare, ſeu priuatos potius, & inhabiles declarare, tamen vt omnis ceſſaret ſcrupulus à ſummo Principe Dei Vicario obtinuere precibus, illud quod ſibi de iure communi licebat: de materia fuſius dicemus ad Ordin. lib 2. tit. 3. § fin. vbi ea quæ hîc omitto videri poſſunt: & inſuper ad Ordin. lib. 2 tit. 20. quæ ad propoſitum conducunt.

7 Verba illius breuis, cuius ſupra mentionem fecimus, ſic habent.

Hac igitur ratione inducti, & præcibus, chariſsimi in Chriſto filij noſtri, illius Regni Portugaliæ inclinati, fraternitati veſtræ authoritate præſentium inhibemus, ne Curiales Curiæ ſuæ obnoxios contra Conſtitutiones Canonicas præſumatis, præter eius aſſensũ, ad clericatus ordinẽ promouere, nam de eorum ordinatione frequenter conſueuit Eccleſia non honorem ſentire, ſed onus, & ſæpe tales,

tales, vt cauſæ ſuæ periculum fugiant, feſtinant in Clericos ordinari, &c. 31. de Agoſto de 1234.

De Tuitiuis.

SVMMARIVM.

1 *EXplicatio Ordin. lib.1. tit. Senatorũ Palatij §.116.*
Tuitiua eſt ſimilis remedio quôd apud Gallos vocatur recredentia, ſeu prouiſio nouitatis. ibi.
Tuitiuæ conſeruatoriæ initium. ibi.
Apud Hiſpanos dicitur interdictum interim. ibi.
Interdictũ interim in hoc differt, quôd ſupponit litem motam, apud nos verô non ita. ibi.

2 *Referuntur verba Ordinationis, lib.1.tit.3.§.6.*
Rurſus verba Ordinationis, lib.1.titul.Senatorum Pallatij §.116. ibi.
Rurſus lib.3.tit.85.§.1.

3 *Regibus competit facultas manutendi ſubditos, & reſtituendi ſpoliatos.*

3 *Circa tuitiuas appellantium, quæ concordia innita fuit.*

5 *Referuntur quæſtiones, quæ in hac materia diſcutiendæ ſunt.*

6 *Charta tuitiua conſeruatoria an ſoli vero poſſeſſori concedenda ſit?*
Remedium hoc poſſeſsionẽ ſuponit. ibi.
Qui titul.locati, vel ſimili detinet manutenendus non eſt. ibi.
Qui beneficio renunciauit non manutenetur. ibi.

7 *De tentatori etiam ſuccurritur per iudicis officium.*
Etiam ex iuſta cauſa detẽtatori poteſt dari tuitiua. ibi.
Interpretatur l. Attilius, ff. De donation. ibi.
Aliquando detẽtatores pro poſſeſſoribus nominantur in

in iure. ibi.
Comendatori tuitiua concedi debet, niſi ſit conceſſa ad tempus. ibi.
8 *An requiratur iuſtificatio tituli?*
In beneficialibus nemo tuetur, qui titulum non habeat. ibi.
9 *In interdicto vti poſsidetis, nulla tituli deſideratur probatio.*
Poſſeſsio poteſt eſſe vera poſſeſsio, licet non ſit iuſta & titulata. ibi.
Interpretatur cap. Licet cauſam de probat. ibi.
Verbũ maxime illius textus ponderatur. ibi.
9 *Fallit niſi res talis ſit, quæ poſsideri non poteſt ſine titulo.*
10 *Si quis ſit in poſſeſsione rei, quæ ſine titulo valeat poſsideri, ſola poſſeſsionis probatio ſufficit.*
In beneficio non cõceditur, niſi dato titulo. ibi.
Etiam ſi ius reſiſtat, eum titulo poſſeſſor tuendus eſt. ibi.
11 *An ſufficiat poſſediſſe tempore impetrationis.*
Si interim ſpoliatur, an reſtituendus? ibi.
In interdicto retinendæ requiritur poſſeſsio tempore impetrationis, & litis conteſtatæ. ibi.
12 *Cõtraria opinio verior quòd ſufficiat tempore impetrationis poſſediſſe. ibi.*
Sufficit habilitas tempore impetrationis. ibi.
Interpretatur cap. Si eo tẽpore de reſcriptis, lib. 6. ibi.
Vbi primum Principi placuit poſſeſſorem tuendum incæpit non poſſe deijci. ibi.
13 *Ciuilis poſſeſsio animo retinetur.*
Tuitia non datur ad poſſeſsionem adeptam poſt reſcriptum. ibi.
In interdicto retinendæ requiritur poſſeſsio tempore litis conteſtatæ, & qua de cauſa. ibi.
In tuitiua eſt diuerſum. ibi.
Si impetrans poſt tuitiuam adeptam ſpoliatur, datur maior moleſtiæ cauſa. ibi.
Si vterq; litigans poſſeſſionem oſtendat, iuſta poſſeſsio præferenda eſt. ibi.
14 *Moleſtia an requiratur*

tempo-

tempore impetrationis tuitiuæ.

Etiam propter futuram violentiam conceditur. ibi.

Patronus ſi timet ne ordinarius ſuum præſentatum confirmet oſtenſa quaſi poſſeſsione vltimi ſtatus tuitiuam impetrat. ibi.

15 *An qui tuetur poſsit amplius ſuper poſſeſſorio moleſtari.*

Abſurda quæ inde ſequentur. ibi.

Interdictum vti poſsidetis quomodo differat à tuitiua ibi.

Poſt *decretam poſſeſsionē ex tuitiua in iudicio ordinario, de poſſeſsione agi poteſt. ibi.*

16 *In iuſtificatione tuitiuæ quomodo procedendum, & an ſummarie, & an appellandum.*

Ampliatur Ordin. *lib. 4. tit. 58. in tuitiuæ cognitione. ibi.*

An ſummarium ſit iudicium, vel ſummariſsimū. ibi.

In iudicio ſummariſsimo, in quo iudex ex officio procedit, non requiritur partis citatio. ibi.

In hoc Regno Princeps nō ſummariſsime rem diſcuciendam cmomittit. ibi.

17 *A pronuntiatione iudicis ſuper manutentione licet appellare.*

Obſtat quòd hæc ſententia eſt interlocutoria. ibi.

Contraria quòd in illo articulo eſt diffinitiua. ibi.

Pro *hac parte eſt ſtylus Regni, qui comprobatur à iure ibi.*

Non eſt ſimpliciter verū quod apud Hiſpanos in hoc caſu appellatio non admittatur. ibi.

Citantur plures qui dicunt admitti quoad deuolutiuū. ibi.

Appellatio hoc caſu an detur ad Principem *tāquam ad delegantem. ibi.*

In hoc caſu iuriſdictio ordinaria ſuſcitatur, & ad Senatum *fore appellandū. ibi.*

Iterum comprobatur appellandam eſſe. ibi.

Spoliator nō impetrat tuitiuam quod intellige in eādem re, non in diuerſa. ibi.

Sententiua

18 *Si in tuitiua certa perſona exprimitur ad alias perſonas diuerſas non extenditur prouiſio.*
Æquius eſt vt contra etiã non expreſſos defendatur. ibi.
19 *Tuitiua etiam conceditur in ampliori forma non expreſſa perſona.*
Si tuitiua eſt reſtitutoria contra omnes, ad quos res peruenit competit. ibi.
20 *Intra quod tẽpus hæc carta tuitiua expediri debeat, & an poſt annum.*
Poſſeſſor debet poſsidere ſaltem per 30. dies, vt dicatur talis. ibi.
Contraria opinio melior, vt quæcumq; poſſeſsio ſufficiat. ibi.
Si ſpoliatus, vel turbatus per annum acquieuit, non gaudet tuitiua. ibi.
21 *In quo conueniant dictæ tuitiuæ cum interdicto retinedæ, & in quo differant.*

DE TVITIVIS CONSERVATOrijs, Reſtitutorijs, & appellantium ad Ordin. lib. 1. tit. 3. §. 6. & Senatorum Palatij. §. 116. & lib. 3. tit. 85. §. 1. & lib. 2. tit. 10.

De Tuitiuis conſeruatorijs, & reſtitutorijs.

CAP. XXI.

1 Similis eſt materia harum tuitiuarum, ad conſeruandos poſſeſſores, ne à ſua poſſeſſione deturbentur, remedio quod apud Gallos vocatur recredentia, ſeu prouiſio nouitatis, & apud alios dicitur de manutenendo, vt per Rebuf. ad leges Gal. 3 tom. titul. De cauſ. beneficialib. poſſeſſ. art. 10 & deducitur ex text in Clement. 2. §. Porro de electione, ibi, ſecundum ſtatum, in quo erant in eodem conclaui, quãdo ipſum, vt præmittitur exuerunt, c. Non ſolũ de appell. in 6. in fine, ibi, in ſtatũ priſtinum reducendum, tuitiuæ autem conſeruatoriæ, ſeu manutentionis veſtigia reperiuntur in Clem. Vnica, §. Porro de iureiur.

 ibi

ibi, tam noſtram, quàm ſucceſſorum noſtrorum perſonas honoré, ſtatum manuteneret, defenderet, & conſeruaret cótra omnes homines, cuiuſcunq; exiſterent præminentiæ, l. 1. §. 1. ff. Ne vis fiat ei qui in poſſ. miſ. ibi, fruſtra enim Prætor in poſſeſsionem mitteret, niſi miſſos tueretur, & prohibétes venire in poſſeſsionem coerceret, Rebuf. in l. Iuſta interpr ætatione, ff. De verbor. ſignific. Bal. in l. Licet, C. De locato, q. 4. & conſ. 45. & 110. vol. 3. Maranta 4. p. l. 6. n. 14. fol. 170. Menoch in Præl ud. de recup. à n. 28. & remed. 1. retin. n. 11. 65. & 66. Couar Practic. cap. 17. á princ. Gomez l. 45. Taur. à n. 168. Sarmiẽto Select. cap. 13. n. 10. Bart. in l. Ait Prætor, § Quod ait n. 2. & 14. ff Vti poſsid. Verald. deciſ. 200. Cæſar Barſ. deciſ 47. n. 6. Cancer. de Manutentione n. 3. Apud Hiſpanos dicitur interdictum interim, Couar. vbi ſupra, vt interim dum poſſeſſor in cauſam non trahitur, in ſua poſſeſsione defendatur, & deducitur in cap. Cùm veniſſent, de inſtitutio. ibi, interlocuti fuimus Archidiaconum eſſe in plena libertatum eiuſdem Archidiaconatus poſſeſsione tuendum, donec probatum ligitime fuerit ex aduerſo libertates ipſas, Archidiaconis ab Archiepiſcopis fuiſſe conceſſas, &c. Guido q. 85. citat Ceuall. 4. p. q. 897. num. 946. Valaſ. conſ. 79. à prin. Cabed. deciſ. 71. 2. p. & deciſ. 76. p. 1. In eo tamé differt apud nos à tuitiua quód ſupponit litem motam ſuper proprietate, l. 1. §. Hoc interdictum, ff. Vti poſsid. Plotus de in litem iurand. ad l. Si quando n. 107. Rocca de Manutentione cap. 21. Ibandus ſuper for. Aragon. 2. p. n. 5. vbi dicit in Aragonia iuſtud poſseſſorium vocari articulum litis pendentiæ, ſicq; debet accipi Couarr. d. cap. 17. noſtra autem manutentia etiam ante litem motam impartitur.

2 Verba auté legum regiarũ ſic habét: imprimis lib. 1. tit. 3. §. 6. ibi,

Outro ſi darão cartas tuitiuas, & cartas de mãter em poſſe os appellantes, ou tornarem a ella, ſe depois da appellação forem esbulhados, & cartas reſtitutorias de quaeſquer poſſuintes, & esbulhados, poſto que appellantes não ſejão. Id eſt. item, concedent chartas tuitiuas, & chartas manutenendi appellantes, ne â ſua poſſeſsione deijciãtur, vel vt ad illam reducantur, ſi contingat poſt appellationem ſpoliari: & chartas inſimul reſtitutorias quorumcunq; poſſeſſorum ſpoliatorum, quamuis non appellauerint.

Rurſus in regimine Senatorum Palatij, in §. 116. agitur de tuitiuis appellatorijs, & forma qua concedi debent exprimitur. ibi.

E lhe

E lhe paſſarão carta para não ſer tirado de ſua poſſe, & ſer mantido nella, durando o dito tẽpo. Ideſt expediẽt chartas ne à ſua poſſeſſione expellantur, & vt manuteneantur durante dicta appellaeione.

Idem habet Regia Ordin lib.3. tit.85. §.1. ibi.

E iſto não hauerá lugar nas cartas para manter em poſſe, ou para reſtituir à poſſe algũ que della diga ſer eſbulhado, porque as taes cartas, poſto q̃ as partes as peção por ſimples petição, mãdamos que ſe dẽm pelos Deſembargadores do Paço, como ſempre ſe coſtumou fazer. Id eſt: & hoc non habebit locum in chartis tuitiuis ad manutenendum poſſeſsores, vel ad eos reſtituendos ad poſſeſsionem, qua ſe deiectos cõquærũtur, quia hæ chartæ licet petantur per ſimplicẽ petitionẽ: iubemus vt expediantur per Aulicos Senatores, vt ſemper fieri conſueuit.

Idem diſponit Ord. lib.2. tit.10.

3 Hæ Ordinationes dũ tuitiuas concedunt poſſeſſoribus, & ſpoliatis, aut tandem appellantibus, ex eo diriuantur fonte quòd Regibus competit facultas prohibẽdi violentias inter ſuos ſubditos. Vnde ne violenter quis deijciatur manutenetur, & vt violentia ceſſet reſtituitur, & ne alterum ex his duobus appellans patiatur, dum eius legitima appellatio repellitur, à iudice de facto procedente contra iuris præcepta, in ſuo ſtatu conſeruatur, & ad illum reſtituitur, quouſq; apud legitimum ſuperiorem, cauſa deciſa ſit: ſicq; his Ordinationibus conueniunt concordatæ ſupra adductæ ad Ordin. lib.1. titul.9. §.11. & alia, ex qua profluxit Ordin. lib.2. titul.1. §.2. quæ ſuis locis videri poſſunt, & huius vltimæ concordiæ meminit Cabed deciſ.85.

4 Et circa tuitiuas appellantiũ extat concordia habita cum Rege Ioanne primo in vltimo articulo, qui ſic habet.

O decimo artigo he, que indiſtinctamente dà ſuas cartas às peſſoas eccleſiaſticas, ſobre bẽes, & beneficios eccleſiaſticos, que dizem que appellão à futuro grauamine, para Roma, por as quaes mãda às ſuas juſtiças que os mantenhão em poſſe, & os nãs leixem forçar não ſendo chamado em ajuda de de direito para a juſtiça eccleſiaſtica, & não ſendo a appellação à futuro grauamine, tão efficaz de direito, & por as ditas cartas ſe dà azo que

hajão, & tenhão o beneficio ſem canonica inſtituição. A iſto reſponde elRey por o artigo alegado encima no primeiro artigo, & não ha miſter outra repoſta. Ideſt, decimus eſt articulus quôd indiſtincte concedit ſuas chartas perſonis eccleſiaſticis ſuper bonis, & beneficijs eccleſiaſticis, eoquôd dicunt ſe appellaſſe â futuro grauamine ad Curiam Romanã, quibus iubet ſuis miniſtris vt illos manuteneant, nec eos permittant ſpoliari, cûm non ſit imploratus in auxilium iuris, â iudicibus eccleſiaſticis, & cûm inſuper non ſit adeo efficax appellatio â futuro grauamine quibus rebus datur occaſio, quôd beneficia detineãt ſine canonica inſtitutione. Reſpondet Rex cum art. 1. ſupra allegato, nec alia reſponſione indigent.

5 Vt igitur pro mei ingenij viribus abſtruſos harum legum regiarum ſenſus apperiam, ſequentes ſe ſe offerunt diſputandi articuli.

Primus, an tuitiua concedatur detentatori?

Secundus, an requiratur tituli iuſtificatio?

Tertius, an ſufficiat poſſediſſe tempore impetrationis tantum?

Quartus, an requiratur vt tempore impetrrtionis ſiat moleſtia?

Quintus, an ille qui impetrat poſsit amplius moleſtari ſuper poſſeſſorio?

Sextus, quomodo in iuſtificatione tuitiuæ procedendum ſummarie, vel plenarie, & an appelletur, & quid opponi poſsit?

Septimus, contra quos defendatur impetrans?

Octauus, an poſt annum â tempore turbationis, vel deiectionis valeat impetrari?

Nonus, an ad conceſsionem tuitiuæ requiratur partis citatio?

6 Quoad primam quæſtionem, non ſine dubio eſt, an hæc charta tuitiua cõſeruatoria, vel reſtitutoria, quæ per Aulæ Regiæ Senatores expeditur ad imaginẽ interdicti vti poſsidetis cõcedẽda ſit, ſoli, & vero poſſeſſori, l. 1. & per tot. ff. Vti poſsid. §. Retinendæ inſtit. de interdict. & videtur veram poſſeſſionem requiri, quia remediũ eſt poſſeſsorium, quod poſſeſsionem ſupponit, l. 3. verſ. Creditores, ff. Vti poſsid. Contardus in l. vnica, C. Si de moment. Plotus de in li-

in litem iurand.§.3.n.2. Boſsius in Praxi crim.tit.De plurib. violent. n.41. Meno.de retinend.remed.3. n.46.& 168.Cuiat.lib.5.obſeruat. cap.22.& lib.7.cap.2.Chacheran. deciſ.43.Bellouiſo in tract.de primo,& ſecũdo decreto n.35. Communis ex Gomez in l.45. nu.168. Burſatus conſ.190. n.5. quare idẽ in præſenti caſu dicendum eſt, vt qui ex tit. Locati de poſiti, vel ſimili (niſi allegetur iuſta, & probabilis cauſa) poſsideat, in quibus ſola naturalis detẽtatio competit, l. officium, ff. De reiuind. ſi tuitiuam impetret, manutenẽdus regulariter nõ ſit, exẽplum ſit in eo qui beneficium reſignauit corã ſuperiori, c. Quod in dubijs, c.3. de renũtiation. Roman. ſingul.348. cui tales literæ manutenẽtiæ cõcedi nequeunt, vt per Angel.in l.pen.ff. De offici. præſid. Rebuf. in Praxi benefi.tit.de renunciat. expreſſ. & condition.num.13. Flam. de reſig. lib.1.quæſt.3.num.98. niſi renunciatio ſit nulla, & non legitime facta, quia tunc non tollit ius, nec poſſeſsionem, Flam.d.quæſt.3.nu. 95. declarat Nauarr.in cap. Nouit oppoſ.7.nu.10. & 33. Cancer. Var. reſol.cap.14.tit.De manu.n.19.20. & ſeqq. quẽ poſt hæc ſcripta vidi qui diſputat. an ſatis ſit probare beneficij poſſeſsionem per teſtes, & negatiuam ſequitur ex Oliuar. in Viatico alium namq; cap.25. n. 20. Ranchin.ad Guid.deciſ.71. & alijs quos ipſe citat.

7 Verum noto, quod licet detentatori non competat remediũ interdicti retinendæ, pro tuenda ſua detentatione tamen ei ſuccurritur per iudicis officium, ne à ſua detentatione deijciatur, vt deducitur ex text.in l.Attilius regulus, ff.De donation.ad exemplum interdicti poſſeſſorij, Alciat. lib. 2. parergon.cap.49. Cuiatius lib. 17. obſer. cap. 33. Clarus §. Donatio, quæſt.3. Decius conſ.355. Ex quo fit, quod ex Principis officio, qui violentias inter ſubditos tollit detentatoribus chartæ tuitiuæ concedi poſſunt, ne de facto in ſua detentatione deturbentur, Couar.d. cap.17.num.5. Valaſc. d. conſ. 79. n.10.ex reg.text.d.l. Attilius regulus, ibi, expulſus Nicoſtratus veniat ad iudicem, vbi ſola erat cõceſſa facultas habitãdi, vt declarat Bart.& Paulus ibi num.2. Decius conſ.335.aliàs 355.quia ſi iuſta cauſa ſubſit, nudis detentatoribus ſuccurri debet, ex Bart.n.1. Ripa 18.in l Rem quæ nobis, ff.acq.poſſ. Cepola de Serui. Vrban.c.2.n.12. Gomez d.l.45.nu.12. Pinel.in l.1.p.3. n.40. C.De bon.mater. Nec obſtabunt tuitiuæ verba, quæ de poſſeſsione mẽtionẽ faciunt, ibi, *Vós o ſuſtentai na poſſe.* Et ibi, *Lhe não faça mal, nẽ força ſobre a dita poſſe.* Et ibi, *O tornai à dita poſſe*: nam ex intentione loquentis illa verba exponẽda ſunt, vt in detentatore verificẽtur, ſicut aliàs apud Iureſcõſultos ſæpẽ tales detẽtatores poſſeſſores vocantur, ſicut & ipſa detentatio poſſeſsio l.2.§.Quod vulgo ff.Pro

 hæred.

hæred. l. Officiũ in fine. Meno. de Adipiſ. remed. 4. n. 368. vnde Comendatori non eſt dubium concedi debere ſi legitimum, & canonicum titulum habeat, Anton. Cucus Inſtit. maior. lib. 3. tit. 6. de Comendat. nu. 6. Rebuf. in Praxi tit. de Comend. n. 58. Olibanus d. cap. 15. n. 28. Vnde ſi Comenda ſit data ad tẽpus, potius videtur cuſtodia, quæ reuocari poteſt, & titulus euacuari, & ceſſabit manutentio, cap. Nemo deinceps de electio. lib. 6. Rota deciſ. 244. Verùm ſi detur iuſta cauſa, nec appareat titulus euacuatus, vel de eo poſsit dubitari, etiam in hoc caſu locus erit manutentioni, licet Cancer. vbi ſupra nu. 28. indiſtincte hoc caſu manutentionem deneget. Debuit enim aduertere vir alias doctiſsimus quod ex iuſta cauſa detentatori ſuccurritur contra dominum, ſi per vim rem ſuam recuperet. §. Recuperandæ inſtit. de interdict. Vnde cum iudicis officium detentatoribus cõpetat, meritò, & Principis tutellã, & manutẽtionem implorare poſſunt, Couar. d. cap. 17. n. 5. Valaſc. d. n. 10.

8 Secundus articulus eſt, an requiratur iuſtificatio tituli, & videtur, abſq; dubio, vt titulus comprobandus ſit, antequàm tueatur poſſeſsor. In interdicto enim retinendæ poſſeſsio debet iuſtificari, ex tit. vt habet text. in cap. Licet cauſam de probation. vbi Põtifex conſiderat iuſtum poſſeſſoris titulum: & fuit opinio Syculi in eo text. nu. 50. quod ſine dubio procedit, vbi agitur de poſſeſsione beneficij, in qua nemo tuendus eſt, niſi titulum ſuæ poſſeſsionis oſtendat, reg. beneficium de reg. iur. lib. 6. Communis in cap. In literis de reſtit. ſpol. ſine colore enim tituli manutenentiæ locus non eſt: proſequitur Valaſc. d. conſ. 79. n. 4. Menoch. remed. 25. recuper. n. 463. ex quorum dictis colligitur quando titulus coloratus detur. Mena Variar. q. 4. lib. 1. nu. 41. Rotta deciſ. 4. Boer. deciſ. 213. Veraldus deciſ. 66. num. 3. Boccati de Manuten. cap. 2. nu. 31. quod tamen fallit in Prælato, cui ius aſsiſtit, veluti ſi dicimas petat, quia cùm de iure nulli alij competat hæc poteſtas, aſsiſtentia iuris habetur pro titulo. Alexander Moneta in tractat. de decim. c. 8. n. 82. Cancer. vbi ſupra num. 27. quod intellige, niſi alter Prælatus ſit in poſſeſsione leuandi decimas in Parrochia aliena, quia tunc non aſsiſtit ius Rectori, Rotta deciſ. 5. de offic. Vicar. Caſſad. deciſ. 4. de Præbend.

9 Verum his non obſtantibus verius puto in interdicto vti poſſidetis nullam tituli iuſtificationem deſiderari, nam cùm in hoc interdicto quæſtio de ſola poſſeſsione ſit, illa non dependet á titulo, ſed poſſeſsionis iuſtitia, quia poteſt dari iniuſta poſſeſsio, quæ vera, & naturalis ſit, licet nõ iuſta. Nam qui poſſeſſorium tantum

iudi.

iudicium mouet eam ex tit. qualificare compellendus non eſt: patet ex l. 1. & per tot. ff. Vti poſsid. & Communis in d. cap. Licet, vt per Menoch. d. remed. 3. n. 88. Valaſc. vbi ſupra n. 3.

Nec aliud videtur probari in d. cap. Licet, quia Pontifex in eo text. non facit mentionem de titulo quaſi neceſſario requiratur, vt quis obtineat in hoc interdicto, ſed quia maxime cōducit, vt probata æquali poſſeſsione, ab vtraq; parte, quæ ſit titulata præferatur, ex Bar. in l. 1. C. Vti poſsid Gomez l. 45. Taur. n. 178. Meno. d remed. 3. nu. 72. & ſic accipiendum eſt illud verbum, maxime, quod in textu continetur quod de natura ſua explicat caſum minus dubium, & inuoluit alium, vt ſit ſenſus quòd communitas, de qua ibi, ideo ſuccumbebat in interdicto retinend. quod Eccleſia cum qua lis erat, antiquiorem poſſeſsionem oſtendebat, cum priuilegio inchoatam ex altera verò parte breuioris tēporis, & ſine titulo: & ſic cùm in manutentione ſolùm attendatur, ne vis fiat poſsidenti: non iuſtitiā poſſeſsionis attēdimus, ſed an detur poſſeſsio.

9 Hoc tamen licet ita regulariter procedat non ſemper, & omni caſu verum eſt, & ideo aliquibus limitationibus eſt temperandum. Primo, niſi quis ſtudeat tueri in poſſeſsione rei, quæ ſine titulo poſſideri non poteſt, propter iuris repugnantiam, vt eſt vxoris, & liberi hominis poſſeſsio, cap. Ex tranſmiſſa de reſt. ſpol. l. Liberi hominis, ff. De contrah. emption. pariter, & beneficij eccleſiaſtici, cuius ſine titulo nulla eſt poſſeſsio, ex Communi in d. cap. In leteris, vel eius rei, in qua ius commune, & eius præſumptio reſiſtit poſsidenti, c. Ad decimas de reſt ſpol. lib. 6. Explicat Couar. d. cap. 17. num. 6. Valaſ. d. n. 3. Menoch. n. 589. Deciſio Pedam 55. agens de beneficio. Boer. deciſ. 23. Abb. Bero. & alij in d. c. In literis de reſtit. ſpol. Veraldus deciſ. 66. n. 4. Olibanus d. cap. 15. n. 20. vbi tenet hoc caſu debere probari poſſeſsionem per inſtrumentum publicum, non per teſtes ſequitur Cancerus vbi ſupra n. 26.

10 Vnde ſi quis à Pricipe ſe tueri poſtulet in poſſeſsione rei, quæ ſine titulo valeat poſsideri alia, quàm poſſeſsionis, probatio neceſſaria non eſt, licet oſtentio tituli, non parum conducat vt facilius talis tuitiua concedatur. Si verò agatur de beneficiali poſſeſsione, aut decimarum, in quibus nulla incipit poſſeſsio, niſi à titulo, talis tuitiua nequeat concedi, niſi illo oſtenſo, vt conſtito coram iudice, cui cauſa committitur, de colore ipſius poſſeſſor tueri valeat: ſic coloratum poſſunt habere laici titulum circa decimarum exactionem, ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ in caſibus expreſsis à Barboſa in l. Titia, ff. de Sol. matr. à n. 41. & ſeqq. Guterrez Pract. lib. 3. q. 26.

Menoch.conſ.757.nu.17. Henriq. 2.p.Summæ fol.562 Sic patronus oſtenſa ſua quaſi poſſeſsione præſentandi, & vltimo beneficij ſtatu tuetur, vt præſentet ipſiuſq; præſentatus inſtituatur, ex reg. cap. Conſultationibus de iur. patron. de quo diximus ſupra, proſequitur Olibanus vbi ſupra c.13.nu.18. Cancerus nu.32. vbi ſupra. Vnde etiam ſi ius poſſeſſori reſiſtat tamen tueri poteſt, nec ſua poſſeſſione turbandus ex communi, & Innocent. in cap. Cùm veniſſent de reſt.in integrum, Paulus conſ.3. lib.2. Nata conſ.121. Roland.conſ. 8. n.27. Rotta conſ.76.nu.5.& 27. licet Couar.d.cap.17. in fin. dubitet per text. in cap. Cùm perſonæ de priuil. in 6.& in cap.1. de præſcription.eod. quia in hoc iudicio poſſeſsionis titulatæ iuſtitia non attenditur, Mazol. conſ.91. Milanenſ. deciſ.1. n.98. lib.1. & deciſ.3. n.178. Vergil.de Bocca de manutenſione cap.2.10.& 12.

11 Tertia quæſtio eſt, an ſufficiat poſſediſſe tempore impetrationis, tantùm ratio dubitandi eſt, quia ſi poſt impetrationem tuitiuæ, antequam coram iudice, cui cognitio demãdata eſt verificetur poſſeſsio, & titulus coloratus oſtẽdatur, & contingat, vt impetrans ſpolietur, non videtur poſſe ex vi illius tuitiuæ, adhuc non iuſtificatæ, parte audita reſtitui, cùm illius effectus potius dirigatur ad conſeruandum poſſeſſorem, qui eo tempore nõ poſsidet: & licet inſimul poſsit moleſtatum tueri, & reſtituere, ex verbis tuitiuæ, ibi, *O tornai à dita poſſe*, illud procedit à parte poſt, quando iam preceſſerat iudicis decretum, vt tueretur, cui ſi pars aduerſa nõ acquieſcat, in contemptum iudicis, rectè ipſe poteſt illud attentatum reponere: non verò quando adhuc de cauſa non cognouit, & res eſt integra. Maximè cùm eo caſu competat ſpoliato remedium reſtitutionis ordinarium, ex interdicto vnde vi nec oporteat ad extraordinarium recurrere arg.l.Cum mondato, ff. De minor. & cum literis adhuc informibus, cõditione earum adhuc non impleta agere eum prius oporteat, vt iudex pronunciet impetrantem vera narraſſe, & facit quia in interdicto retin.poſſeſſ.requiritur tempore impetrationis, & litis conteſtatæ, ꝟ. Retin. verſ. Hodie inſtit. de interdict. communis ex Gomez vbi ſupra n.174. Valaſc.12. Menoch.d.remed.3.nu. 556. Otalora de Nobilitat. fol.131. Aflict.deciſ.394.num.1. Couar.d. cap.17. nu.3. Cancerus vbi ſupra num.34.

12 Sed adhuc verius videtur quòd qui impetrat chartam tuitiuam à Principe, ſi tempore datæ erat poſseſsor, licet ex poſt facto ante verificationem ipſius, vel citationem partis ſpolietur, adhuc eſse tuendum ab eodem iudice: ratio eſt, quia protectionis ratio non defficit, quando impetrans tuitiuam ab aduerſario, medio tempo-

tempore ſpoliatur, & ſufficit tempore datæ impetrantem eſſe habilem, vt manuteneretur, & ex his quæ D D. in cap. Si eo tempore de reſcript. lib. 6. vbi attenditur tempus datæ circa habilitatem perſonæ licet tempore executionis gratiæ qualitas mutetur gloſ. 3. in princ. in cap. 2. de decim. in 6. gloſ. verbo Canonicis in fine, in cap. Statutum de reſcrip. in 6. gloſ. 4. vbi bonus text. in Clem. vlt. de reſcript. poſt alios Felin. in cap. Eam te n. 18. de reſcript. Rebuf. de Nominat. q. 9. num. 41. Nec obſtabit quod antequam ſit pronuntiatũ, vt teneatur cauſa cognita, non poteſt impetrans reſtitui, quia ſatis fit, quod vbi primùm Principi placuit poſſeſſorem tuendum, ab eo tempore voluit ne turbari poſſet ab aduerſario, in literis expreſſo, vel ab alio quocunq; & per manus Regiæ appoſitionem, negotiũ Principi affectũ extitit, itaut nullus alius iudex ordinarius ſe intromittere valeat, ex his quæ per D.D. in l. 1. C. Vbi, & apud quem l. 3. C. Si aduer. rem iud. Marant. 4. p. deciſ. 1. n. 18. Cabed. deciſ. 85. num. 3. p. 2. Cuiac. lib. 16. obſer. 12. Canoniſtæ in cap. Vt noſtrum de appell. conſonat Ordin. lib. 1. tit. 2. §. 2. & tit. 100. §. 96. Cabed. Areſt. 1. alia Ordin. lib. 1. tit. 3. §. 14. & tit. 7. §. 22. & tit. 65. §. 27. & tit. 14. §. 5.

Cumq; Principis reſcriptum dirigatur ad iudicem, qui manuteneat, ipſe adhuc virtute reſcripti ſpoliatum reſtituit, & in hoc manutenet, cùm ipſe ſpoliatus ſuam recuperare poſsit poſſeſsionem propria authoritate, Ordin. lib. 4. titul. 58. §. 3. Menoch. de Recuperan. remed. 1. n. 384. & remed. 9. n. 170. Valaſc. conſ. 88. n. 5. l. Eum qui, l. Qui poſseſsionem, ff. De vi & vi arma.

13 Cumq; inſimul ciuilem animo retineat virtute, cuius poteſt agere, l. Clam poſsidere, §. Qui ad nundinas, l. 3. §. In amittenda, ff. De acq. poſs. merito vocato ſpoliatore, iudex tuitiuæ, non vt de iudicio recuperandæ cognoſcat, ſed vt ſpoliatum tueatur, ex regia commiſsione poteſt ſe intromittere. Vnde è contrario non erit tuẽdus ille qui impetrauit à Principe, vt tueretur in poſseſsione, quam adeptus eſt poſt reſcriptum cùm tempore datæ non ſit habilis, nec poſseſsor, immo tale reſcriptũ ſurreptitium ſit, & nullũ, Ordin. lib. 2. titul. 43. Valaſc. conſ. 72. nu. 8. Cabed. deciſ. 38. Gama deciſ. 278. n. 9.

Nec pariter obſtabit quod ſupra diximus in interdicto retinendæ requiri, vt tempore impetrationis, & litis conteſtatæ poſsideat, qui interdictum retinendæ intentat. Nam ſatis fit quod in interdicto retinendæ, & vtipoſsidetis datur ratio diuerſa cum iudicium, ſuper retinenda poſseſsione ſtare nequeat ſi actor non poſsidet, l. Si duo, §. Creditores, ff. Vti poſsid. l. 1. §. Eſt igitur, & §. Illud eod.

eod. Et adhuc videtur verius quòd ſufficiat tempore turbationis dari poſſeſsionem, niſi probetur poſtea amiſſa; quia poſſeſsio, quæ olim erat præſumitur durare quando lis conteſtatur, ex Gomez vbi ſupra, verſ. Attende, quẽ ſequitur Couar. d. cap. 17. n. 3. Valaſ. d nu. 12. in fine. In tuitiua autem, cum moleſtijs obuiare intendat, & ne ſpolietur, ſufficit vt tempore, quo Princeps iubet vt manuteneatur impetrans poſsideat, vt ceſſet ſurreptio impetrationis tuitiuæ, quia Princeps non intendit tueri niſi poſſeſſorem, nec aliter concederet gratiam, quod ſi poſt talem gratiã ſpolietur, vel ab aduerſario, vel ab alio, tunc datur maior moleſtiæ cauſa, ex qua magis ſpoliato, ſeu turbato debeat ſubueniri. Semper tamẽ illud obſeruandum erit, quod ſi vterq; litigans poſſeſsionem iuſtificet, ſemper iuſtus poſſeſſor debet præferri iniuſto, Proteles ad Molin. §. Manifeſtatio n. 44. Iban. de Bardaxi de apræhenſion. 3. p. q. 3. n. 6. quia iniuſta poſſeſsio neminem iuuat, l. Sponſus, § Si res, ff. De publician. maxime cùm ſit ſtatim notoria, Vergi. de Rocca d. cap. 2. n. 33. Caualcan. deciſ. 27. n. 33. p. 1.

14 Quarta quæſtio eſt, an requiratur tempore impetrationis tuitiuæ moleſtia, etſi eam ex regulis interdicti retinendæ metimur, ſine dubio eſt agentem ex tali interdicto teneri moleſtiam probare, ſeu turbationem, l. 1. l. 3 § vlt. ff. Vti poſsid. Menoch. d. remed. 3. n. 559. & 468. Roland. conſ. 9. nu. 28. lib. 3. Gomez vbi ſupra n. 170. Verùm in hoc differt tuitiua ab hoc interdicto, quia in caſibus, in quibus Reges ſubditos protegũt, æqualiter præſentes tollere violentias, ac præcauere futuris intẽdunt, atq; ex ea ratione tuitiuæ principaliter conceduntur, ſub timore violentiæ non dum illatæ, ſed futuræ, in ſimili dixit Ceuall. 4 p. q. 897. nu. 464. quod prouiſiones regales expediuntur, etiam ob timorem grauaminis.

Ex quo infertur, quòd ſi patronus ſit in quaſi poſſeſsione præſentãdi in aliquo beneficio, quod contingat vaccare, & patronus timeat Ordinarium poſſe famulum (vt ſolent) in poſſeſsionem beneficij immittere, vel aliquem ex gratia S. Pontificis poſſeſsionem capere poſſe, intra præſentandi tempus ſibi à lege conceſſum, poteſt ad Principem recurrere, qui his caſibus tuitiuam concedere ſolet, non ſolùm vt conſeruetur in iure præſentandi, ſed vt beneficij fructus, prout vidi in quadã tuitiua illuſtriſ. Marchionis de Villa Real conceſsa, cuius verba ſunt.

Hei por bem, & vos mando, &c. Vôs ſuſtenteis, & cõſerueis o dito Marquez na poſſe em que eſtà de apreſentar na dita Abbadia, & de todos os rendimentos della, & não conſintaes, &c.

Et è conuerſo iudicauimus in cauſa cuiuſdam coadiutoris cum futura ſuccesſione, qui mortuo reſignante petebat fructus beneficij, & timens ſe turbari impetrauit tuitiuam, virtute cuius Prouiſor eum manuteneri iuſsit, & reſtitui ad fructus cõtra capitulum, quod debebat nouam capere poſseſsionem, & iudicauimus tuitiuam ſolùm prodeſſe contra violentiam, non verò contra ordinarie agẽtes, & quòd illa cauſa remitteretur ad iudiciũ Eccleſiæ diſcutienda, quia nõ ſpectabat ad iudicem tuitiuæ cognoſcere an ſuos fecerit fructus vel non, & quia in iudicio regio judicatum fuit in fauorem coadiutoris, quòd manuteneretur, placuit hîc inſerere declarationem, quam habeo in eodem caſu, qua eneruatur illud pronuntiatum. Fuit reſolutum de attentatis, & eſſe apponendum ſequæſtrũ, quia pendente lite in Rotta inter duos coadiutores Antonium, & Ioannem, & poſt inhibitionem Rotalem, mortuo interim coadiuto, Antonius obtinuit ſibi tradi poſſeſsionẽ à capitulo dimidiæ portionis, de qua agitur. Vnde nõ eſt dubium poſſeſsionem fuiſſe attẽtatam, & ideo reuocandam toto titulo, vt lite pend. cap. Non ſolũ de appellation. lib.6. Achiles deciſ.29. de appell. Verald deciſ.324. num.2. p.1. Puteus deciſ.395. lib.2. Cæſar de Graſsis deciſ.3. in fine de appellat. etiamſi inhitio nulliter emanaſſet, cùm ſemper timenda ſit, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, vt per ſupra citatos, & ex ſtylo Rottę intrat ſequeſtrum, Caſſador decii.3.n.6. de reſt.ſpol. Caput, deciſ.157. part. 3. & fuit ſæpiſsimè deciſum.

Non obſtat quòd Antonius fuit in poſſeſsione coadiutoriæ, longe ante litem mottam, & ideo potuerit eandem poſſeſsionẽ continuare, & poſt mortem coadiuti ex vulgari regula, quod qui continuat non attentat, quia reſpondebatur, quòd preterquam quod non fuit probatum, ipſum fuiſſe in tali poſſeſsione, viuẽte coadiuto, poſſeſsio fuit ſeruitij, & adminiſtrationis tantùm, non autem tituli, & beneficij, cuius poſſeſsio reſidet, penès ipſum coadiutum, & duo inſolidum, eodem modo rẽ poſsidere non poſſunt, ſed bene diuerſis reſpectibus, D.D. in cap. Licet cauſam de probat. Bart. in l.Si duo nu.4. ff. Vti poſsid. Rotta deciſ.363.n.3. part.1. diuerſ. & fuit deciſum in Romana 10. Iunij 1613. Et ideo mortuo coadiuto, ceſſat illa poſſeſsio ſeruitij, quam habebat coadiutor, neq; illam poteſt continuare, vt in terminis dicit Puteus deciſ.226.n.12.lib.3. ſecundùm antiq.impreſſ. Sed eget noua poſſeſsione tituli, & beneficij: & fuit reſolutum in Hiſpal. præheminentiarum 8. Februarij 1613. coram Roman. Damaſeno. Vnde regula qui continuat non attentat, non videtur aplicari, quia non procedit quando poſſeſſor vtitur diuerſo modo poſsidendi, ab eo quo

quod vtebatur ante litem, gloſ. in cap. Non ſolùm magna circa medium, verſ. Dic tamen de appell. in 6. Berouſ. conſ. 118. n. 8. & n. 24. lib. 3. Lancelot de Attent. p. 2. cap. 4. de Attentat. lit. pend. num. 92. in noua impreſsione, & quod capitulum quoad ſuas deſtributiones audiretur Hiſpalenſi coadiutoriæ veneris 14. Nouébris 1614.

15 Quinta eſt quæſtio, an ille qui tuetur poſsit amplius moleſtari ſuper poſſeſſorio, & videtur quod charta tuitiua contineat, in ſe interdictum vti poſsidetis, in quo concluditur Actoré non fore amplius moleſtandum, in ſua poſſeſſione, tenorem ſententiæ ponit Guido q. 85. ante n. 2. Sicq; ſignificat ſententiam latam pro manutenendo facere ius in poſſeſſorio: nam in hoc remedio plenarie agitur de poſſeſsione, & colore tituli, vt per Rebuf. 1. tom. fol. 317. gloſ. 8. & 3. tom. fol. 306. nu. 5. Et cauſa diſcuſſa ſententia profertur, aliàs enim plura ſequerentur abſurda. Immò quòd ſi cauſa beneficialis ſit, impetrans tuitiuam manuteneri nō debeat, niſi de colore tit. 1. doceat, Couarr. pract. q. cap. 23. poſt n. 4. Maranta 4. p. deciſ. nu. 19. Caſſador. ſuper regul. q. 7. ante n. 8. pragmati Sanctio fol. 158. col. 3. poſt princ. & abſurdum eſt, vt poſtq; eius poſſeſſio per ſententiā aprobatur, poſsit per aliam ſentétiam excludi, & declarari non poſſeſſor, nam eo modo ſæpè tuerentur intruſi, & qui poſſeſsionem nō habebat, & tuitiua foueret peccatum, prætextu defenſionis, interim dum cauſa poſſeſſoria diſcutitur in iudicio Eccleſiæ, quare melius, & conſultius videtur, vt iudices qui de tuitiua cognoſcūt, cauſam poſſeſsionis determinaſſe videantur, ne intelligamus verba tuitiuæ, accomodari poſſe occupantibus, cùm de poſſeſsione loquatur, in quo intelligi debet de iuſta, & acquiſita, ex titulo Canonico, ne iniuſtitiam foueat contra l. iuriſgentium, § Si ob maleficiū, ff. De pact. Sed his non obſtantibus, quæ habere locum poſſunt in interdicto retinendæ poſſeſsionis, in tuitiuis aliter ſe res habet, nam licet ad ſimilitudinem interdicti vti poſsidetis concedantur, tamen in pluribus differunt circa modum, & formam, & alios iuris effectus; inter quos ille præcipuus eſt, quod cùm tales tuitiuæ Manu Regia expediātur iure protectionis, ſolù in illa compræhendunt, quæ neceſſaria ſunt ad protectionem, & non amplius. Cùmq; ſufficiat pro Reip. quiete, ne quis à beneficio quod poſsidet cum titulo apparenter colorato turbetur, quin prius audiatur, Princeps occurrit, ſoli violentiæ ſe opponens, quæſtionem iuſtæ, vel iniuſtæ poſſeſsionis, ſuo iudicio competéti remittens, apud quem partes agere poterunt, ſicq; tuitiuæ verba inſinuant, quæ apponi ſolent, ibi. *Contra elle pretender algum direito, ſobre a poſſe do dito beneficio,*

que

que o demande como, & por onde deue. Sic ſeruari dicit Valaſc.d.conſ.79. num.18 & num.15.in fine: & apud Hiſpanos in interdicto interim, non tollere quod poſtea in iudicio poſſeſſorio de eádem cauſa agi poſsit, dixit Menoch. de Retinend. remed. vlt. num. 58. quia iudicium tuitiuæ eſt ſolum, quodam præparatorium iudicij ordinarij, & ſine præiudicio ipſius in cauſa poſſeſsionis, & proprietatis, & ita pluries obtinuiſſe in facto dixit Cenallos 4.part. quæſt.897. nu.946. Couarr.d.cap.17. à princ. meminit Menoch. in Prælud. recup. n.28.

15 Sexta quæſtio eſt, quomodo in iuſtificatione tuitiuæ procedendum ſummarie, vel plenarie, & an appellandum, & quid contra eam poſsit apponi, & quoad primam partem huius quæſtionis, illud apud omnes obtinuit, quod in tuitiuæ examine debet iudex, cui cõmittitur ſũmarie procedere, prout proceditur in interdicto recuperandæ, quod numeratur inter cauſas ſummarias, vt in eo procedatur ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſeruata forma Clem.ſæpe de verborum text.in l.Momentariæ, C. Vnde vi. Bart. in Extrauag. ad reprimendum verbo Summarie nu. 12.communem teſtatur Menoch. d.remed.3.num.448. & remed.4. adipiſc. num.468. & veniunt ampliandæ Ordinationes lib.3.tit.30. §.2. & tit. 48. dum formam præſcribunt procedendi in interdicto poſſeſſorio, vnde vi, & procedant, etiam quando agitur de vi turbatiua, vel moleſtia, non dum illata, quando à Principe committitur cauſæ cognitio ad tuendum poſſeſſorem, hoc enim caſu, eodem modo, procedendum eſt: illud enim verbum, Força, d. locis expreſſum, conuenit etiam vi turbatiuæ, & in æquitatiuæ, cui competit interdictũ retinendæ, gl.2. in c. Ad audientiã de his, quæ vi explicat Menoch prælud.recup.à n.38.

Non tamen ſatis explicatur, an hoc iudiciũ ſit ſummarium ſimpliciter, an ſummariſsimum, vt vocant, hæc enim duo inter ſe differunt, in iudicio namq; ſummario, vt eſt in interdicto retinendæ, quantumcumq; cauſa de plano examinanda ſit: nihilominus tamen plena, & ligitima probatio requiritur, licet breuiori tempore ſit concludenda, & ſub vnica tantum dillatione, vt deducitur ex Clem.ſæpe de verborum, Couarr.d.cap.17.n.4.Afflict.deciſ.369. communis ex Menoch.vbi ſupra n.449.& de recup.rem.15.n.408. & eſt text.in l.1.C.Quorũ bonorũ vbi gloſ.verbo Filium recepta cõmuniter.vt per Alex. conſ.139. ad fin. lib.6. Vantius de Nullitat. ex deffectu proceſſ.n.38. Capi. deciſ. 55. Valaſc.d.conſ.79.n.14.

In ſummariſsimo veró iudicio poſſeſſorio, in quo iudex non ad partis inſtantiam, ſed ex officio procedit, ne partes veniãt ad arma, ex æquitate l. æquiſsimum

KK ff.De

ff.De vſufruct,tunc receptum eſt, omiſsis ſolẽnitatibus iudicij ſummarij procedi poſſe, ſcilicet ſpreta partium citatione, præhabita ſolùm extraiudiciali informatione, qua iudex cognoſcat factum, & ſuper illo ſtatuat, quia res moram non patitur, Menel.in Rub. C.De tranſaction.num.5. Rolan. lib.4.conſ.58 num.16. qui tranſcripſit ex Cagnolo in l. In pari, ff De regul.iur. Gail.lib.1. obſeruat.4. & vbicumq; periculum eſt in mora,teſtes non exiguntur, vt eſt Ord.lib.3.tit.55.§.9. & lib.1. tit.65.§.37.& lib.3.tit.78.§.5.& lib. 5.tit.129.§.5. Valaſc.conſ.191 n.38.

Quare omnibus perpenſis tuitiuæ apud nos aliter expediuntur, & iuſtificantur, quam apud Hiſpanos interdictum interim, nam apud illos hoc ſummariſsimum iudicium inſtituitur,in quo ſumpta extraiudiciali informatione, ſupplicans defenditur, nec ab ea manutentione (ſecundùm aliquos) appellare licet, vel ſupplicare ex Couar. vbi ſupra, Sarmiento d. cap.13. num.9. Gomez l.fin. Taur. num,fin. Menoch. de retinend.remed.vltim. Molin. de Primogen. lib.3. cap.13. num.70. Guterrez Cannonicarum cap.34. num. 103. Lancelot. de Attentatis 2.p.cap.12.limit.25.num.26 quos citat Ceuallos. 4.p.quæſt.897.& ſeqq. Apud nos verò aliter ſe res habet, non enim Princeps ſummariſsime rem diſcutiendam cõmittit, ſed ſummarie tantùm iuris tamen ordine ſeruato, prout in reliquis ſummarijs cauſis, in quibus partes citantur, audiuntur, & aſsignata vnica dillatione ſententia profertur, patet ex verbis Tuitiuæ, ibi. *Preſentes as partes a que tocar.* Et ibi. *Saluo ſe de outra parte nos for moſtrada tal razão, porque com direito o não deuais fazer.* Quæ clauſulæ in tuitiuis apponi ſolitæ oſtendunt, auditis partibus, velle Principem legitimum poſſeſſorem tueri, in quo à ſummariſsimo iudicio recedit: & licet aliquando viderim tuitiuas ſine mentione partium expeditas, tamen illa clauſula debet intelligi expreſſa, quia conſueta apponi, l. Quod ſi nolit, §. Quia aſsidua, ff.ædilit.edict.

17 Ex quo ſequitur,quòd apud nos liceat à pronuntiatione iudicis appellare ex eo quod nulla alia in hoc articulo ſententia expectatur, & illa ſic prolata iudicium manutentionis diffinitur, & clauditur, & ſuccedit Ordinat. lib.3 titul.69.& lib.5.titul.122.§.3. l.2. ff.De appell,recipien. Surdus deciſ.36.num.14. Azeued.l.3.titul. 18. lib.4. n.5. Felin. in cap.Cum ſuper de re iudic.num.17. Deccius in cap.Ex parte de appell.num.3.

Nec obſtat,quòd in iuſtificatione tuitiuæ videtur quòd iudex interlocutorie diffinit ſupplicantem tuendum ſolum ad illũ effectum, vt cognoſcatur quis perſonã Rei,vel Actoris ſubire debeat, quia dum litigant ſuper manutentione,

tentione, vterq; Actor, & vterq; Reus eſt, quaſi iudicium pro tunc mixtum ſit, vt ponderauit Valaſc. vbi ſupra num. 28. qui miratur aliud de iure Regni ſeruari, & in hoc articulo appellationis à iudicibus admitti, ſed non aduertit, quòd ſententia interlocutoria illa ſolùm eſt, quæ aliam poſt ſe expectat ſuper eodem titulo, & citatione, in quo lata fuit Ordin. lib. 3. tit. 65. ibi. *Antes que dè ſentença diffinitiua.* Idē Valaſc. conſ. 47. in fin. conſ. 51. Azeued. l. 3. num. 7. tit. 18. lib. 4. Menoch. conſ. 360. num. 1. In hac autem tuitiuæ iuſtificatione iudex ex regia commiſsione cognoſcit ad effectum manutenēdi, ſuper quo articulo ſentētiā profert, quæ quoad illum cauſam diffinit, dū iubet, vt alter vices Actoris, alter Rei ſubeat, nec ab illa ſententia alia expectatur ſuper illo articulo, ſed ſuper alio diuerſo, ſci licet ſuper iuſtitia poſſeſsionis, quod ad aliam ſpeciem cauſæ ſpectat, & ad alium finem ordinatur, cùm ergo omnis actus à ſuo fine dignoſcatur, in ciuile videtur aſſerere, quòd ſententia lata in proceſſu facto ad effectum manutenendi impetrantem in ſeculari ſit interlocutoria, reſpectu ſententiæ ferendæ in poſſeſſorio, in iuditio eccleſiaſtico. Manet ergo quòd ſtylus Regni, qui ab his ſententijs appellationem admittit, iuſtiſsime procedit, vel enim illa ſententia dicenda eſt diffinitiua, vel interlocutoria, quæ nullam poſt ſe expectat ſententiam, & quæ habet vim diffinitiuæ, quo caſu ab ea licet appellare Ordin. d. titul. 69. §. 30 & quod magis eſt non puto ſimpliciter verū quòd apud Hiſpanos in interdicto interim appellatio non admittatur, vt dicit Valaſc. nam aliud conſtat, & quod ſolùm non admittitur, quoad effectum ſuſpenſiuum cōſtat ex Roderi. de Annuis reddit. lib. 1. quæſt. 17. num. 51. & ſic de Valeſoletani Senatus ſtylo obſeruari, in idem Cancer d. cap. 14. n. 37. Ioſephus Ludouicus deciſ. 20. num. 11. Petrus Toloſan. in tractat. de appell. lib. 2. cap. 5. num. 4. Guterrez Canno. cap. 34. lib. 1. nu. 104 Gaſpar Roiz quæſt. 22. n. 49. Sicq; dicit ſeruari in Senatu Catalon iæ, & in Hiſpania nouiſsimè Ceuallos de cognitione per viam violent. quæſt. 29. Quod etiam ego in hoc Regno admittendum puto, cùm videam naturam negotij expoſcere, vt iudicis iuriſdictio nūquam ſuſpendatur, vt Reū defendat, poſſe tamen in eius pronū tiatione dari iniuſtitiā quę oportebit per ſuperiorem reformari, nō igitur miretur Valaſcus an autem ad Principem debeat interponi appellatio dubium eſſe poteſt, quia videtur iudex delegatam exercere iuriſdictionem ex cōmiſſione, ſed puto verius ſuſcitari ordinariam, arg. cap. Licet in corrigendis de offic. ordin. & ideo ad Senatum fore appellandum.

Confirmantur ſupradicta ex

his, quæ ab aduerſa parte opponi poſſunt, iuſtificationi chartæ tuitiuæ: nam omnia obijci poſſunt, quæ poſſeſsionem impetrantis eneruet, & ipſum incapacem tuitionis eſſe oſtẽdant, veluti ſi ab aduerſario clam vel peccario poſsideat, l. 1. §. Perpetuo, ff. Vti poſsid. vel ſi de defectu tituli objciatur in his, quæ ſine illo poſsideri nequeunt, vel de ſurreptione impetrationis quod mentionem non fecerit de ſententia lata in fauorem aduerſarij, ſuper poſſeſſorio, vel circa alia, quæ concernunt dillatoriã exceptionẽ: de his enim, & alijs, in quibus ſurreptio committi poteſt, recte opponitur Valaſc. vbi ſupra n. 18. Iterum, & ſecundo reſpondetur ad illud quod ſententia in manutnetione eſt interlocutoria, à qua non patet appellatio, vt ſupra dixi: quia illa interlocutoria, nec poſſeſsionem determinat, cùm adhuc iudicium poſſeſſorium expectetur in iudicio plenario, & ſatis fit quòd in iudicio poſſeſſorio conſideratur quædam poſſeſsionis vtilitas, pro qua iudicicium inſtituitur ſuper manutentione, ſicut in vſufructu conſideratur commoditas ab ipſo ſeparata in dominio vtilitas ipſius quod ſeparatim conſideratur: vnde cum ſuper illo articulo alia ſententia non expectetur, ſi illa ſententia interlocutoria eſt, habet vim diffinitiuæ, quæ aliam non expectat, inſuper cùm manutentio non detur in cauſis profanis Cancer vbi ſupra num. 33. ſed in Eccleſiaſticis, dum Princeps ſe ingerit in ea cauſa, ex iuris Canonici præceptis cognoſcit, & iudicat, quia iura ciuilia non compræhendunt cauſas eccleſiaſticas: cùm ergo de iure Canonico eſſet eo caſu appellatio admittenda, cap. Vt debitus de appellat. idem in manutentione iudicãdum eſt, quæ ſecundùm iuris Canonici præcepta decidenda eſt: nec præſumendum eſt Principem ex alio iure, quàm Canonico iudicaſſe; maximè quia etiam de iure ciuili non infæliciter dici poteſt, quod l. 1. C. Si à momentanea non reppellit appellationem, quoad deuolutiuum, vt explicat, & dicit communem Gouarr. Pra-cticar. cap. 23. num. 8. Afflict. deciſ. 269. Marant. cap. De appellat. num. 194. Ioſeph. Ludoui. deciſ. 20. num. 16. Inſuper adderem obijci poſſe petentem manutenerí per vim ſpoliaſſe aduerſarium, in tali enim poſſeſsione, ſic violenter occupata, Princeps non intendit tueri intruſum, & per vim occupantem, nec eius manus intercedat, tamquam ſpolij aprobatoria, ad quod adduco Boer. quæſt. 161. in fine vbi firmat chartam tuitiuam, ſeu manutenentiam impetrare non poſſe ſpoliatorem, Maranta 4. parte deciſ. 7. num. 16. fol. 171. vbi ait quod exceptione ſpolij ſubmouebitur, quod ſemper reſtringendum puto ad ſpoliũ commiſſum in eàdem re, non in

diuerſa

diuerſa, quia licet ſpoliũ in re diuerſa reſtitutionem impedire poſſit, c. Cum dilectus, de Ord. cogni. l. licet, C. De exception. id quidem procedit ne reſtituatur, non tamẽ vt non manuteneatur, cùm aliàs poſsideat plura cumulat Cancer. vbi ſupra n. 76. & ſeqq.

18 Septima quæſtio eſt contra quos defendatur ille qui tuitiuam impetrauit, & nõ dubio poſſeſſorem tuendum à quacumq; moleſtia, quam timeat ſibi poſſe inferri. Verùm nõ ex omni tuitiua hoc ita competit, nam cum ex diuerſitate caſuum diuerſum ius oriatur, & Princeps modo vno, modo altero medio prouideat, ſi in ſupplica exprimatur grauamẽ, quod à certa perſona timetur, tunc tuitiua ad illum caſum conceſsa ad alias perſonas non expreſsas porrigi non debet, cum limitata cauſa limitatum producat effectum, l. In agris, ff De acq. rerum domin. & non egrediatur perſonam, cum qua loquitur, vel eos qui iuſsu ipſius, vel illius occaſiote deturbauerint, vel moleſtauerint, l. 1. §. Deijciſse, ff. De vi, & ſuadetur ex clauſula apponi ſolita, ibi. *E iſto lhe faço, ſe a parte aqui conteuda he aquella, de que ſe elle verdadeiramente teme; & ſe eſta não he, a carta lhe não valerà.* Quibus verbis manifeſte elicitur concedentis intentionem eſse expreſsæ moleſtiæ occurrere cum reſpectu ad perſonam nominatam, & ſuccedit quod ex materia ſubiecta debent verba interpræ-tari, l. Si vno, ff. Locati Menoch. lib. 4. præſumpt. 133. num. 5. Nec de perſona expræſsa ad aliam fit extentio, arg. l. cohæredi. §. Cum filiæ, ff. De vulgar. Aymon. conſ. 98. nu. 6. & facit reg. cap Sane de priuil. Alex. conſ. 81. col. 1. ad fin. Deccius conſ. 85. & conſ. 291. & 218. vol. 4. Cabed. deciſ. 140. n. 2. Vel ſi magis placeat cum Valaſ. d. conſ. 79. n 13. quod contra omnes etiam nõ nominatos tuitiua locũ habet, vt virtute illius impetrans defendatur. Nec obſtabit quòd hæc tuitio nõ impartitur, niſi parte citata, quæ vocari debet, & audiri de iure ſuo. Si autẽ admittere remus manutentionem operari, contra quoſcũq; turbantes, etiam nõ expręſsos: ſequeretur quod nõ eſset neceſsaria citatio, cùm illi ad iuſtificationem tuitiuæ nõ ſint citati, & offenderetur regul. text. in l. De vno quoq; ff. De re iudic. & quæ notant Dueñas reg. 92. Dias reg. 77. Gabriel. lib. Cõmun. tit. De citatione vbi iu. limitationes ponit Menoch. de arbitrar lib. 1. q. 17. Nam ſatis fit quod poſseſſor declaratur ligitimus poſseſsor contra ligitimum oppoſitorẽ, qui citatus fuit, & in conſequentiam contra omnes qui poſtea de facto turbant.

19 Vidi tamen tuitiuam in ampliori forma conceptam ad quoſcumq; turbantes, per illa verba: *E porque ſe teme que impetrem Bullas Apoſtolicas para ſe tomar poſſe da dita Igreja:* & tuitiua ſub hac expreſsio-

nis forma cōceſsa,cōtra quoſcūq; turbationes procedit, qui in futurum moleſtiam inferāt., & ideo melius erit hoc modo impetrare, quia iudex hoc caſu ſufficiet, vt procedat edictaliter vocando omnes per proclama,qui ſua intereſſe putauerint.

Illud indubitabile etiam puto quod quando tuitiua eſſet reſtitutoria,ad amiſſæ poſſeſsionis recuperationem, contra omnes ad quos res peruenerit porrigatur,& quia plures hoc caſu violantur regulæ iuris, vt colligitur ex l.Cū à te,ff.de vi,quæ nō patitur agi cōtra tertiū,notatur in c.Sępè de reſt. ſpol.& in cap Redintegranda 3.q. 1. ideo hæ tuitiuæ reſtitutoriæ nō facile conceduntur, quia ſpoliatis competit remedium ordinarium pungit Cabed.deciſ.76.n.4.

Vltima quæſtio eſt, intra quod tempus hæc charta tuitiua debeat impetrari, & an poſt annum,& citra dubium videtur eſſe quod his tuitiuis conſeruatorijs tempus nō præſcribitur; cùm Rex occurrat quoties vexatio datur,& moleſtia ſolum enim illa anni præfinitio, de qua Cabed.deciſ.76. habet locum in tuitiua appellatoria, quia elapſo anno ſententia tranſit in rē iudicatam, nec eius executio retardari debet.

Dubitari tamen adhuc poteſt, an ſufficiat per momentum, vel paruo tempore poſſediſſe, vt quis à Principe manuteneatur,& videtur quod vſus Regni eſt,quod debet quis poſsidere, ſaltem per triginta dies,vt dicatur poſſeſsor,ſine aliquo impedimento,quæ practica ſeruāda eſt iuxta notata in cap. Venerabilis de conſuetud.Bald.in cap.Significaſti de offo. deleg. firmat executionem factam nō prodeſſe,ſi per paucos dies durat poſſeſsio,text.in fine, & ibi D.D. in cap.Cum aliquibus de re iudic.& facit text.in l.fin.§.fin. C.De bon. quæ liber.vbi ait, quòd momentanea adquiſitio, non eſt in conſideratione, Iaſ.in l.Inter ſtipulantem,§ Sacram. ff.De verbor. n.19. & in l.Non tantum,C.Delegat.& in l. Quoniam indignum, C. De teſtam.nu.5. faciunt quæ de momentanea amiſsione poſſeſsionis tradunt D.D. in l.Vnica, C.Si de momentan. poſſ. & in ſpecie de poſſeſsione per 30. dies meminit Gomez in regul. de publican. fol. 978. poſt med.

Sed his non obſtantibus, mihi verius videtur, quòd breuior, vel longior poſſeſsio non tribuit ius agenti,in præſenti caſu,cùm ſufficiat poſſediſſe ſemel, vt poſſeſſor tueri debeat, ne poſsit in ſua poſſeſsione moleſtari indebite,faciūt quæ Caſſadorus de Præbend. q. 20. vbi reſtituendum ait illum, qui prius per vnā horam poſſedit adeo vt ſi eādē die duo capiāt poſſeſsionem,eiuſdem rei,ille præfertur,cuius inſtrumentum facit mētionem horæ,in qua capitur,quia præſumitur ex tali appoſitione prius poſſediſſe, vt contra plures reſo-

reſoluit Gonzales in Proæmio §. 3. n.65. & refert reſolutũ in Rotta teſte Mohedan deciſ.12.num.2.de reſt.ſpol. quare hoc caſu idem reſoluendum eſt Cancer. vbi ſupra num.49.

Illud tamen nõ omittam quod ſi quis deturbetur à ſua poſſeſsione,& paſſus ſit moleſtiam per annum,ita vt aduerſarius poſsideat, ius aliquod veluti piſcandi viæ, vel itineris, vel aliud ſimile, tunc videtur quòd non habeat locum tuitiua, cùm ad imaginem interdicti concedatur,quod annale, & prætorium eſt,l.1.ff.De vi. Sed coram ſuo iudice poſſeſſor conueniendus ſit: fallit, ſi turbatus tuitiuam intra annum petijt, & ex aliquo capite iudicatum fuit ſurreptitia, tunc enim non impedietur poſt annum nouam tuitiuam petere,ex Rebuf.2.tom. fol.191. n. 15. vel ſi fuit abſens, vt per Mauri de reſtit. cap.376. & quæſt. 391. & talis tuitiua non erit conſeruatoria eo caſu, ſed potius reſtitutoria.

21 Quibus omnibus ſic enodatis,apparebit, in quo chartæ tuitiuæ huius Regni conueniant cũ interdicto retinendæ,& in quibus differant, differunt igitur primo, quòd interdictum retinendæ non conceditur detentatori, vt dixi in 1. quæſt.tuitiua tamẽ conſeruatoria conceditur. Secundo,quod in interdicto retinendæ nulla iuſtificatio poſſeſsionis ex titulo fit. At verò in tuitiua maxime in beneficialibus non conceditur,niſi poſſeſſio ex titulo iuſtificetur. Tertio, quòd in illo requiritur poſſeſsio tempore turbationis, & litis conteſtatæ. In hac ſufficit vt tempore impetrationis tantùm. Quarto, in illo requiritur moleſtia actualis,in hac ſufficit vt timeatur moleſtia. Quinto, in illo adiudicatur poſſeſsio, in hac iterum ſuper poſſeſſorio agi poteſt coram competẽti iudice. Sexto, quòd in illo interponitur appellatio de iure regio quoad vtrumq; effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, in hac quoad deuolutiuum tantùm. Conueniunt, quòd ſicut ex officio iudicis in interdicto retinendæ ſuccurritur, ſic in tuitiua ex officio Principis. Secundo, quòd ſicut in vno, ſic in altero ſummarie proceditur. Tertio, quòd ſicut in illo appellatur quoad vtrumq; effectum, ſic in hac quoad alterum tantùm.

SVMMARIVM.

1 VErba Ordinationis lib. 2. titul. 10. circa tuitiuas appellatorias.
2 Hæ tuitiuæ videntur eſſe contra libertatem eccleſiaſticam.
Ratione deffectus iuſtitiæ in eccleſiaſtico recurri non poteſt ad iudicem prohibitum. ibi.
Alia argumenta contra legem regiam adducuntur. ibi.
3 Principis iuriſdictio, & protectio quomodo explicetur?
4 Appellatio an ſit iuris humanis inuentum, aut naturalis?
5 Denegata iuſta appellatione maxima datur oppreſsio. ibi.
6 Quod ita conueniat fieri bono communi.
7 An hoc potuiſſet conſuetudine introduci?
Poteſtas Regis ad tollendas iniurias, & ad defendẽdum cœleſtem habet originem. ibi.
8 Iudices Regij dum his caſibus occurrunt non incidunt in cenſuras.
Iuſte iudex regius occurrit ſi exequatur ſentẽtiam appell. remota in debito iurato. ibi.
Sic à ſententia deſertionis. ibi.
Sic à ſententia lata in poſſeſſorio. ibi.
Sic ab executione contra tertium. ibi.
Recurſus ad Regem patet in Tribunali Regio, & ad Regem pro tuitiua impetranda. ibi.
9 An tuitiua cõcedi debeat illi qui recuſauit iudicem, & ſpreta recuſatione appellauit.
10 Iudex recuſatus nõ cognoſcit an iuſta ſit recuſatio quæ nullitatem non habet notoriam.
12 Quid faciendum ſi Collector Apoſtolicus recuſatus

tus procedit ad vlteriora.

12 *An tuitiua concedatur ſolùm iuſte appellanti.*

Qualitas iuſtitiæ appellationis prius comprobanda. ibi.

An requiratur appellatio pro Tribunali. ibi.

Appellatio debet proponi corã iudice appellato. ibi.

Appellatio non requiritur vt fiat iudice pro Tribunali ſedente. ibi.

13 *An interpoſita extra Tribunal debeat ratificari, vel reproduci.*

14 *An offerenda in ſcriptis & an opporteat vt legatur? ibi.*

15 *An debeat haberi appellans, qui iter ad Pontificẽ arripuit?*

16 *An concedatur tuitiua appellantibus ab actu extraiudiciali?*

17 *Attentata poſt appellationem ab actu extraiudiciali reuocantur, ac alia ab actu iudiciali.*

In nuntiatione noui operis omnia attentata reuocantur ante omnia. ibi.

18 *Appellatio intra quod tẽpus debet interponi, vt tuitiuæ locus iſte poſſit.*

Olim intra biduum in cauſa propria, intra triduum, in aliena erat appellandũ. ibi.

Tempus ad appellandum eſt vtile à principio, cuntinuum in proſecutione. ibi.

In actibus extraiudicialibus conſideratur quidam ſtatuus. ibi.

19 *Scientia ſententiæ latæ qualis eſſe debeat, vt decendium incipiat.*

20 *A ſententia interlocutoria an concedatur tuitiua?*

De iure ciuili, & canonico eſt differentia in appellationibus ab interlocutorijs. ibi.

Quando ſuſpendat. ibi.

21 *An in appellatione à diffinitiua oporteat probare iuſtitiam appellationis, ſi cauſa friuola expreſſa ſit in appellatione à diffinitiua, licet aliàs eſſet admittenda repellitur? ibi.*

Fallit ſi iudex nihilominus eam admiſit. ibi.

22 *In interlocutoria vbi requiritur cauſæ expreſſio, debet probari veritas cauſæ.*

An

An probetur ex relatione ad acta expreſsio cauſæ requiritur, licet grauamen ſit notorium. ibi.

23 *An detur tuitiua quando iudex cognoſcit appellatione remota?*

Prohibita appellatione, an aliqua ex rationabili cauſa admittatur? ibi.

24 *An mandatum nomine Cameræ de capienda poſſeſsione ſit implendum, amouendo poſſeſſorem, remota appellatione.*

25 *Negatiua opinio verior de iure, quia cauſa illa debet agitari coram Ordinario.*

Quid quando appellatur à non aſsignata cõgrua portione. ibi.

26 *An per regiam tuitiuam offendantur verba Bullæ Cœnæ.*

Verba Concilij ſeſſ. 25. de Reformat. cap. 3. non tollunt vſum iuriſdictionis eccleſiaſticæ, ſed abuſum. ibi.

27 *Si executor procedit quando datur iuſta cauſa ſiſtendi, datur recurſus.*

28 *Quando executor nulliter detulit appellationi, an pateat recurſus, & quôd non.*

29 *An eccleſiaſticus requiſitus teneatur acta, & proceſſum mittere.*

Proceſſum iuſte denegare non poteſt. ibi.

Si denegat proceſſum occupantur temporalitates. ibi.

His caſibus ſupplicatio iudicatur pro iuſtificata. ibi.

30 *Circa habendam petitionem pro iuſtificata, nulla extat concordia.*

Caſus in quibus lex regia iubet vt habeatur petitio pro iuſtificata ſunt ſpeciales, & illa deciſio non debet ampliari. ibi.

Quod ſupplicatio habeatur pro iuſtificata in cõcordia non continetur, & videtur quôd non poterat introduci lege, vel conſuetudine. ibi.

31 *Effectus tuitiuæ quid ſint.*

Primus vt ſubſiſtat executio. ibi.

Secundus vt attentata reformentur. ibi.

Patitur deffectum Ordin. dum

dum non diſponit vt appellatio concedatur. ibi.

32 *Nec attẽtata iubet reponere. ibi.*

33 *Ex mente legis eſt vt omnia reponantur. ibi.*

34 *Per tuitiuam non tollũtur ea quæ fiunt in conſequentiam actus præcedentis.*

Renuntiatio non impeditur, nec reuocatur remedio attentatorum. ibi.

Sic non reuocatur alienatio illius, qui actione perſonali conueniebatur. ibi.

Sic excommunicatus ſi appellat, poteſt denũtiari. ibi.

35 *Cenſuræ latæ intra tempus appellandi, & poſt appellationem eſt differentia. Sed refellitur quia vtroq; caſu nulla eſt. ibi.*

36 *Tuitiua non operatur effectum contra tertiũ fallit, ſi in tertio conſideretur eadem æquitas, quæ in principali. ibi.*

Contra tertium prodeſt qui habet cauſam ab attentante. ibi.

37 *In quibus caſibus tuitiua locum non habeat, primus eſt, ſi elapſus ſit annus appellandi.*

38 *Differentia conſtituenda eſt in cauſis criminalibus, & ciuilibus.*

In criminalibus, elapſo anno, prima ſentẽtia exequitur. ibi.

Secûs in ciuilibus. ibi.

Refertur breue quod repperi conceſſum Archiepiſcopo Bracharenſi in hoc caſu. ibi.

In ciuilibus ſi cauſa finita eſt, donec durat, tuendus eſt appellans. ibi.

39 *Tuitiua non datur contra tertium.*

Contumaci denegatur tuitiua. ibi.

40 *Non datur violẽto poſſeſſori.*

41 *Non cõceditur pro debito deſcendenti ex perſonali actione, niſi Principe conſulto.*

42 *Non conceditur à ſententia qua prior iudicatur deſerta.*

Contraria verior opinio.

43 *Non conceditur in omni cauſa, cuius appellatio non habet effectum ſuſpenſiuum.*

44 *Recurrentes ad Regẽ*

pro

pro tuitiua non poſſunt excommunicari. *Nec iudices qui tuitiuam concedendam decernunt.*

DE TVITIVIS APPELLATOrijs, quas Princeps ſæcularis concedit his, quorum appellationes non recipiuntur ad Ordin. lib. 1. tit. de Senatoribus Pallatij §. 116. & lib. 2. tit. 10.

CAP. XXII.

1 PRæcedenti capite concordias retulimus, quibus hæc Ordinatio, & aliæ ibi citatæ innituntur verba legis regiæ in d. tit. 10. ſunt hæc.

Mandamos que ſendo algũa ſentença dada por juyz eccleſiaſtico, cõtra algum Clerigo, ou Beneficiado, ou contra leigo, no caſo em que he de ſua juriſdicção, poſto que a ſentença dada contra o Clerigo não ſeja ſobre poſſe de beneficio, ſe o Clerigo, ou leigo appellar para a Corte de Roma, no caſo em que podem appellar, & antes que o tempo do ſeguimento della ſeja acabado, pedir carta, porque pendẽdo a appellação não ſe proceda contra elle por noſſas juſtiças, nem ſeja preſo, nem euitado, nem lhe leuem penas de excomungado, hauemos por bem de lhe ſer dada a cada hum delles, quando moſtrarem por eſcriptura publica que appellarão, & ſeguem ſuas appellações, poſto que lhe não ſejão recebidas, por quanto aſsi foi ſempre vſado, & praticado, & ſe coſtumou as ſemelhantes cartas ſerem dadas pelos noſſos Deſembargadores do Paço. Id eſt. Iubemus quôd quando aliqua proferatur ſententia â iudice eccleſiaſtico cõtra Clericum, aut Beneficiatum, vel contra laicum, qui ſit ſuæ iuriſdictionis, quamuis ſententia lata, non ſit lata in cauſa beneficialis poſſeſsionis, ſi ipſe Clericus, vel laicus appellauerit ad Romanã Curiam, in eo caſu, in quo appellare poſſunt, & antequam appel-

appellationis tempus finiatur implorauerit chartam, ne pendente appellatione contra ipſum procedatur, vel ſæculares miniſtros, & ne capiatur, vel euitetur, vel ne ab illo pœnæ exigantur excōmunicatis impoſitæ. Volumus vt eorū cuilibet dicta charta tuitiua concedatur, quando per ſcripturam publicam doceant quôd appellarunt, & ſuas appellationes proſequuntur, quamuis nullatenus receptæ ſint. Ita enim ab antiquo fieri conſueuit, vt tales chartæ tuitiuæ per Senatores Pallatij expedirentur.

De hac tuitiua agit vltimus articulus ex vltimis decem celebratis inter Epiſcopos, & Regē Ioannem Primum, cuius tenorem in cap. præcedenti inſeruimus, & quia ibi de tuitiuis, quæ ante litem motam expediuntur egimus, metu futuræ perturbationis, & violentiæ, conſiderat Cabed. 2.p.deciſ.71.num.2. licet non perfectè explicet, nunc agendum eſt de appellatoria, quæ poſt latam ſententiam emanat ad appellantium defenſionem, quæ biceps eſt, modo enim inſeruit, vt poſſeſſor tueatur, modo vt deturbatus priſtino ſtatui, & poſſeſsioni reſtituatur, & in hoc cum conſeruatoria, & reſtitutoria tuitiua conuertitur, de qua ſupra.

2 Illud itaq; primo noto, quòd dum leges Regiæ admittunt has tuitiuas, vt impediantur ſententiarum latarum in foro eccleſiaſtico executiones, videntur non leuiter offendere Eccleſiæ libertatem, nam iudicium eccleſiaſticum componitur, ex cognitione cauſæ, diffinitione per ſententiam, & vltimo rei iudicatæ executione; ſicq; executio ſententiæ eſt pars illius iudicij, docet Innoc. in cap. Significaſti de offo. deleg. Maranta de Ordin. Iudiciorum 6.part. num.1. Sicut ergo iudex ſæcularis ſe non intromittit circa cognitionem, ſic pariter nec circa executionem, quæ tertius iudicij actus eſt, ne diuerſo iure cenſeantur contra l. Eum qui ædes, ff. De vſucaption. quod confirmatur quia iudices eccleſiaſtici poſſunt ſecundùm regulas iuris Canonici appellationes non recipere, cap. Cum appellationibus de appell. in 6. vel quando ſit commiſſa diſcuſsio remota appellatione, cap. Inter cæteras de re iud. cap. Romana, §. Quod ſi objiciatur de appell. in 6. vel aliud Canonicū obſtet, quare his caſibus, & ſimilibus, dum ſæcularis poteſtas ſe intromittit, non datur ædificatio, ſed deſtructio, cap. Paſtoralis, §. uerum de appell.

Inſuper in fauorem eccleſiaſticæ libertatis facit, quod ſi ex aliquo capite poſſet compete-

tere Principi ſæculari poteſtas talia condendi ſtatuta eſſet, quia hoc caſu deſſicit iudicis copia, ad quem poſſet recurri pro remedio obtinendo, namque caſu deffi- ciente poteſtate eccleſiaſtica, ſæcularis fit competens, vt tenuit gloſ. in cap. Principes 23. quæſt. 5. & in cap. Nec licuit 17. diſt. nam defficiente iuſtitia recurri poteſt ad iudicem incompetentem, vt probatur in Auth. vt Clerici apud proprios Epiſcopos, & in Auth. vt Clericus, C. De Epiſcop. & Cleric. Sed hæc ratio falſa eſt, & nullo iure fulcitur, quod patet nam ob defectum iudicis ordinarij recurri non poteſt ad iudicem incopetentem, & omnino prohibitum. prout eſt Princeps ſæcularis, reſpectu cauſæ ſpiritualis, vel eccleſiaſticæ, cùm nec ad alium iudicem eccleſiaſticum recurrere liceat, attento iure, vt probat cap. 1. de ſupplend. negli. facit cap. 1. de offo. vicar. lib. 6. cap. Imprimis 2. quæſt. 1. cap. Si Clericus 11. quæſt. 1. ſæcularis enim Princeps ſolùm vacante Papatu ſe intromittit, ex Cannonum authoritate ſibi præſtita, cap. Si duo 79. diſt. cap. Vbi periculũ, § Præterea de election.

Tandem obſtat, quòd lex Regia non defenditur, ex eo quod denegata appellatione tollitur defenſio parti, quod includit in ſe notoriam oppreſsionem, cum denegatione defenſionis, cui Reges occurrere poſſunt, Ordin. d. lib. 1. titul. 9. §. 12. vbi diximus quia appellatio deſſumpta eſt à quadam ratione naturali, D.D. in cap. Super quæſtionum de offo. deleg. qua denegata ſi iudex ſententiam exequatur, ei poteſt reſiſti, cùm ergo ipſam partem admittamus, ad ſui defenſionem à fortiori, & Principem, non enim eſt magis competẽs ipſa pars offenſa, quam iudex, l. Ait prætor, §. Si debitorem ff. Quæ in fraud. l. Si alius, §. Belliſsime cum gloſ. ibi. ff. Quod vi, aut clam.

Nam ſatisfit quòd omnia ſupra poſita euincunt, vt iuſtiſsime poſsit peti à ſummo Pontifice, vt illis caſibus talem facultatem ſæcularibus concedat Principibus: interim tamen dum illud non obtinetur, illa iniquitas per ligitimum ſuperiorem debet reformari, ex Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 3. vbi prohibet nec ob denegatam iuſtitiam ſe intromittant magiſtratus ſæculares, quia hoc ad ſuperiores eccleſiaſticos ſpectat: nec obſtat Ordin. d. §. 12. quia agit de notorijs oppreſsionibus, quæ non poſſunt ita conſiderari in iudice, qui non de facto, ſed ſeruato iuris ordine proceſsit, & ſententiam protulit, cuius executioni aduerſa pars reſiſtere non poteſt, immo tenetur parere, & executionem pati, quouſq; ad ſuperiorem appellationem introducat, & ipſe inhibeat, cap. Romana, §. Si vero de appell. in 6. tandem quia non rectè videtur fieri, dum lex ciuilis dene-

gat

gat executionem, ſuæ ſententiæ eccleſiaſtico iudici, cùm illud idem paſsim inter ſubditos ſæculares admittat, vt videre licet in Ordin. lib.3. titul. 73. §. 1. & titul. 84. §. fin. & titul. 62. §. 75. in quibuseffectus ſuſpenſiuus denegatur.

3 Hæc videntur dubiam reddere huius Ordinationis deciſioné, ſed quia eius mens rationi innititur naturali, & Reip. tranquilitatem amplectitur, ab illoq; diriuatur fonte, & principio quòd Reges violentias tollere poſsint, & oppreſsiones pro eius defenſione ſequentia notari poſſunt, quòd quilibet Princeps, qui ſuperiorem non habet, vt eſt inuictiſsimus Rex Luſitaniæ, vel qui curam gerit, alicuius communitatis, cum poteſtate abſoluta, proprio iure, vel alieno, ex cómiſsione ſcilicet alterius Principis, quem recognoſcit, duo vniuerſalia iura exercet aliud iuriſdictionis protectionis aliud vt eſt gloſ. verbo Sanctionem, & gloſ. verbo Omnia in l. Bene à Zenone, C. De quadrien. præſcriptio, Ceuallos 4.p. quæſt.1. nùm.189. Ex vno, & altero iure componitur publica poteſtas, vt tetigimus ſupra in fine 1. præludij, quæ licet diſtincta ſit inter ſe, vnam tamen regiam poteſtatem conſtituunt præeminentem, & excelſam, ſicut aliàs dicit Apoſtolus, quòd in homine eſt homo interior, & homo exterior. Et 2. Corinth. 4. vocatur ſpiritur homo interior, & caro homo exterior, vbi dicitur licet is qui foris eſt noſter homo corrumpitur, tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem. Et ad Rom.7. condelector legi Dei ſecundùm interiorem hominem, itaq; vnus homo ſunt duo homines, diuerſis reſpectibus, l. Si conſul. ff. De adoption. Belarmin. contra Braclayum cap.17. ad primum, Sic pariter in poteſtate publica conſiderantur duæ poteſtates, diuerſis reſpectibus diſtinctæ, nam licet vtraq; inter ſubditos exerceatur, cùm hac tamen differentia ſit, quod iuriſdictionis poteſtas, in proprios ſubditos, dirigitur, protectionis verò ius, tam ſubditis proprijs, quàm per accidens accomodatur, prout aduenis, & Clericis, qui cùm alterius fori ſint, exceptis his, in quibus proprie in ſeculari conueniri poſſunt, ex legum permiſsione, tamquam ciues, & partes illius Reip. proteguntur à Principibus, ſub quibus degunt, tamquam illius communitatis membra. Hæc autem protectio per ſe ſemper denotat actum extraiudicialem, cùm non contenſioſæ ſit iuriſdictionis, ſed voluntariæ, Cabed. deciſ.76. 2.p. num.3. actus tamen iuriſdictionis eſt ſecundùm ſe, licet protectio ſit ſecundùm effectum, & denominetur à principaliori, vel à fine proximo, quia in ſubditorum protectionem ordinatur, dum Princeps extraiudicialiter

cialiter cognoſcendo, protegit, & defendit, ne vis inferatur. Illud enim Principis regale munus eſt, quia parens publicus dicitur qui ſubditos tamquam filios amplectitur, Caſſador. lib. 4. Variar. epiſtol. 42. Caſtrenſis conſ. 21. n. 9. lib. 3. Roland. conſ. 18. n. 22. vol. 2. Gregor. in l. 2. tit. 19. gloſ. 3. part. 2. & l. 4. tit. 15. part. 4. gloſ. 6. Valençuela contra Venetos 4. p. n. 188.

Ex quibus ad ſequentes quæſtiones infero.

Prima ſit, an denegatio appellationis contineat violentiam?

Secũda, an requiratur quod vltra appellationem cõſtet iuſte appellatum?

Tertia, an per talem tuitiuam retardetur executio ſententiæ eccleſiaſticæ, & offendantur verba Bullæ Cœnæ?

Quarta, an iudex eccleſiaſticus requiſitus teneatur acta exhibere, vt conſtare poſsit iuſte, vel iniuſte appellatum?

Quinta, qui ſint huius tuitiuæ effectus, & quomodo defendat poſſeſſorem?

Sexta, in quibus caſibus habeat locum tuitiua appellantium.

Septima, an ſint puniendi per iudicem eccleſiaſticum qui tali remedio per Manum Regiam vtuntur?

4 Et quoad primam quæſtionem quòd in præſenti caſu nulla violentia fiat ſuadent argumenta in initio huius capitis adducta, quibus ſatisfiet ſub triplici diſcuſsione. Prima verſabitur quòd in denegatione iuſtæ appellationis ineſt violentia. Secunda, quòd ita expedit vt fiat à Principe ſæculari, vt vitetur Reip. perturbatio. Tertia, ita potuiſſe conſuetudine introduci.

Primum huius aſſertionis mẽbrum comprobatur, quia appellatio eſt iuris inuentum, ſeu remedium, quo ſuſpenditur poteſtas inferioris, & ad ſuperiorem neceſſario deuoluitur, & licet D. D. controuertant, an ſit iuris humani inuentum, vt per Decci. in Rub. de appellation. num. 9. Berous 49. Abb. in cap. 1. de reſcrip. nu. 2. Couarr. Practic. cap. 23. nu. 6. Pinel. in Rub. de reſcrin. 1. p. cap. 2. n. 22. tamen probabilius eſt in d. Rub. n. 6. communiter recepto ex Deccio ibi, & Beroo nu. 57. appellationem quoad ſubſtãtiam, qua parte iuſtam defenſionem, ab iniquo grauamine continet, iuris eſſe naturalis, cap. Cum ſpeciali, verſ. Porro ibi: cum appellationis remedium, &c. c. Suggeſtum de appell. iũcto cap. Significauit

ficauit. ibi. Cum omnis ligitimā defenſio, &c. Et ſuccedit reg l. Vt vim, ff. de Iuſtia. Clem. paſtoralis, §. Cæteru m de re iudic. quamuis quoad formam, & ſolemnitates, & modum, & alias circunſtantias ſit iuris humani, l.1. ff De appell. facit doctrina Bart in l. Interdum ff. De condict. indeb. communiter recepta ex Gomez l. 3. Tauri in princip.

5 Ex quibus fit, quòd quando iudex eccleſiaſticus contra Canonum præcepta appellationem per manifeſtam iniuſtitiam repellit, & ſententiam ſuam exequitur iniuſtè opprimit, ſuæ prudentiæ innititur, & ſuperiorem ad quem appellatũ extitit contẽnit, ex quibus iniuſtitia fit notoria, & oppreſsio per relationẽ ad ius cõmune, quo iniuſtitia fit manifeſta, & venit nõ obſeruanda talis ſententia, arg. cap. Inter cæteras de re iudic. adeo vt exequenti poſsit impune reſiſti, ex Caſſan. in rub 1. §. 7. verbo De ſimple n. 9. quia talis iudex dũ appellatam ſententiam exequitur in officio delinquit, dum ius ſuperioris contemnit, ad quem prouocatur, cum damno partis irreparabili Pontifice multum diſtante, ad quem difficilis, & cum mora debet haberi recurſus: quare rectè Princeps ſuam Regiam manum interponit, ne fiat violentia, ex doctrina Bart. in l. Conſulta, C. De teſtam. ob deffectum iuſtitiæ in eccleſiaſtico. Bald. in Authent. ad hæc col. 2. ad fin. C. De vſur. Belluga in Specul. princip. rub. 18. in princ. Marauta 4 p. deciſ. 11. num. 11. fol. 216. quem contemptum ſummi Põtifici factum Princeps corrigere poteſt, vt explicat Olibanus de iur. fiſci cap. 14. n. 54. Nauarr. in cap. Cùm contingat 4. remed. n. 13. Oſaſc. deciſ. 180 n. 19. idẽ Nauarr. in Man. cap. 27. n. 69. licet repugnet Azor Inſtit. Moral. lib. 5. cap. 14. q. 2. qui confunditur ex his quæ Azeued. l. 2. tit. 6 lib. 1. nouæ recop. & lib. 2. tit. 1. l. 15. n. 12. Cenedo ad Decretũ cap. 5. Boba. lib. 2. cap. 18. n. 139. & facit l. Caſtellæ 36. titul. 5. lib. 2. & lib. 1. titul. 6. l. 2.

6 Secundum membrum huius ſectionis eſt, an ita expediat fieri, & hoc patet, quia cùm per manifeſtam iniuſtitiam appellatio denegata fuerit, & de facto, iudex iniuriã parti irrogat, & Sedi Apoſtolicæ, cap. De priore de appell. vbi ille prior coegit appellantem renuntiare appellationi à ſe interpoſitæ ad Pontificem, quem exceſſum tamquam contra reuerentiam Sedis Apoſtolicæ grauem cenſet, ille text. patet ex integra ibi ſic impertinenter, &c. Quare vt iudicem eccleſiaſticum efrenate, procedentem cohibeat, exhibere reuerentiam ſuperiori nõ iniuſte ſæcularis ſe intromittit, cum ipſi parti permittatur, vt eo caſu reſiſtat, vt per Bartol. in l. Prohibitum 2. & 3. notabil. C. De iur. fiſc. Specul. titul. de citation. ſequitur verſ. Sed nunquid,

& eſt text. in l. Contra præcepta, C. De executor. lib. 12. Caſſaneus in conſuetud. rub. 1. §. 7. num. 5. Menoch. de recup. remed. 8. nu. 9. vnde inquit Felin. in cap. Ex literis de off. delegat. quod Iudici male exequenti poteſt, & à tertio reſiſti, ad quem cauſa non ſpectat: cẽſetur enim eo caſu iudex vt priuatus, l fin. ff. De iuriſd. omni iudic. l. fin. ff. De offo. præfect. vrb. & ob talem iniuriam conueniri poteſt, l. Nec magiſtratibus, ff. De iniur. Menoch. de recup. remed. 8. n. 10. Ceuall. 4 p. quæſt. 1. n. 995. in caſu cenſurarum ſi iniuſte, & de facto promulgentur, dixit Nauar. in cap. Cùm cõtingat remed. 1. Et ſuccedunt quæ Fuſcus de viſitat. lib. 2. cap. 23. nu. 5. Ceuall. vbi ſupra nu. 139. vbi Reges admittunt tamquam ſubditorum conſeruatores, ne illis iniuriæ fiant.

Quare cùm hac ita de iure ſint vrbanius facit, qui cùm poſſet reſiſtere Principem addit, qui manũ apponit, ne decor Reip. paciſq; trãquillitas perturbetur, cuius interuentu fluctuantes animi moderentur, & arma ſileant, ad quod facit illud Virgilianum.

Tunc pietate grauem, ac meritis ſi forte virum quem
Conſpexere ſilent, artiſq; auribus aſtant
Ille regit dictis animos, &c.

Hic enim eſt caſus, in quo clericorum priuilegiũ remitti oportuit, prout aliquibus caſibus fieri poſſe, dixit Garcia de notabilit. gloſ. 9. n. 35. ſe ſe de inhibitio cap. 8. §. 3. n. 133. & 146. licet Perez lib. 3. tit. 1. l. 1. verſ. Quæro aliter ſentiat non tamẽ aliquo in euitabili fundamento, & ſucceduntq; Bobad. lib. 2. cap. 18. n. 316.

7 Tertium eſt caput huius ſectionis, an ita potuiſſet conſuetudine introduci, & videtur quod habeat talis conſuetudo rationabile initium, pro bono pacis, & pro tollendis iniurijs ſubditorum, quæ maius habet robur, quia mixta eſt ſæcularium, & eccleſiaſticorum, à Summis Pontificis nõ ignorata, ſe ſe d. cap. 8. §. 3. n. 163. & licet Marta de iuriſd. 2 p. cap. 5. & 4 p. caſ. 64. num. 6. Latè defendat Principes ſæculares nullam iuriſdictionem in perſonas eccleſiaſticas poſſe acquirere, illud quidèm procedit in iuriſdictione ordinaria, in qua propriè conſideratur acquiſitio, iuris antea non habiti, ſeu conceſsi, non verò in cognitione per viam ſubſidij, & naturalis defenſionis extraiudicialis, quam Princeps non acquirit modo vlla conſuetudine, ſed à iure naturali habet, cum ipſa regia poteſtate, cœleſtem enim hæc poteſtas habet originẽ, abſq; eo quod neceſſaria ſit aliqua conſuetudo, huius poteſtatis approbatiua, Ceuallos d. 4. p. q. 897. num. 228. quæ omnia in hoc Regno ſine ſcrupulo procedunt, vbi à Regni primordijs obſeruari conſueuit: patet ex d. concordia Regis Ioannis Primi, & ex d. Ordin. titul. 10. ibi:

Por

Por quanto aſsi foi ſempre vſado. Et Principi aſſerenti eſt credendum, etiam in cauſa propria, Clem. 1. de probat. ibi: Fidem plenariam adhibendam tradit Bellug. in Specul. princip. rub. 14. §. Videmus n. 14. Redin. de Maieſt. in princip. n. 35. Conſultus reſpondit Paulus conſ. 339. vol. 1. Bertrand. conſ. 109. vol. 3. Ruinus conſ. 21. vol. 1. Maſcard. de Probat. concl. 139 n. 10. & adeſt in confirmationem huius conſuetudinis vltimus articulus ex quadraginta Romæ oblatis contra Regem Dioniſium, quo iuſſum eſt vt obſeruentur omnes conſuetudines canonicæ, qualem hanc eſſe arbitror.

8 Ex quibus ad praxim duo elicio: primum, cùm à iure, & concordijs habeât Reges, his caſibus chartas tuitiuas concedere, quando per manifeſtam iniuſtitiam denegentur appellationes, quod iudices Regij, quibus illa diſcuſsio committitur non incidant in Bullam Cœnæ Domini, de quo agit Marta 4. p. centur. 1. caſ. 56 num. 8. quia non offendunt Bullæ præcepta, nec Conſilij ſeſſ. 25. re refor. cap. 3. licet in examinatione appellationis, an iuſta, vel manifeſte iniuſta ſit, in dubio appellationi defferendum cenſeant: ſufficit enim iudici ſæculari vt moueatur fundamentis moraliter certis, dũmodo non præſumptuoſe procedat, iuxta reg. cap. Nouerint de ſentent. excommunic. vbi Innoc. & communis: dumq; in dubio appellationi defferendum decernit, eccleſiaſticæ conſulitur libertati, & mos geritur Pontifici, ad quem appellatum extitit.

Vnde ob denegatam appellationem, iuſtiſsimè ad Regiã manum, in ſuo Tribunali patet recurſus, vt violentiam tollat, dum iudex eccleſiaſticus in cauſa ordinaria latam à ſe ſententiam exequitur, appellatione remota, quia dum hoc aſſerit contra iuris regulas, vltra notoriam iniuſtitiam cõcurrit notoria opreſsio, & denegatio iuris naturalis in ea parte, in qua appellatio defenſionem inuoluit: quare contra debitum iuratum ſi quis offerat compenſationem, & iudex eam repellat, & appellationem iuſtè à iudice Regio tuebitur, quia ſoluere obligatus compenſando ſoluit. l. 1. §. Soluiſſe ff. De re iudic. l. Si debitor, ff. Qui potiores in pignor. Salzed. in add. ad Bern reg. 99. Afflict. deciſ. 134. Fachineus lib. 1. cap 7. Guterr. de iurament. 3. p. cap. 6. nu. 5. Nec obſtat cap. Ad noſtrã de iureiur. quia procedit in eo qui promiſit non moleſtare priuſquam ſolueret ſortem receptam, & ſic tacitè erat compenſatio remiſſa: limitabis in caſibus, in quibus compenſatio non datur, vt per Salzed. in add. ad Bernard. reg. 99. Ceuallos de violent. q. 1. n. 38.

Sic in iudicio regio prouidendum eſt, ſi iudex eccleſiaſticus à ſententia deſertionis appellationem non recipiat, quando à parte

appellante allegetur cauſa legitimi impedimenti, vel alia ſimilis, quæ eum excuſare poteſt proſequitur Ceuallos q.9. citat Afflict. deciſ.79.& 175. idem Ceuallos lib. 3. commun.q.1.n.24. & q.837.n.9. & dixit gloſ.1.num 14. Sic pariter patet recurſus ſi à ſententia lata in poſſeſſorio non admittatur appellatio in hoc Regno, in quo quoad vtrumq; effectum appellatio conceditur, ex Ordin lib 3. tit.48.§.2. licet de iure aliud eſſet Bartol.in l.2 num 9 ff De appell. Abb. in cap. Cùm ad ſedem de reſt. ſpol. Couar. pract. cap.23. concl. 1. Menoch de recuper. remed.9 n.322. videndus Ceuallos vbi ſupra q 10. & dubia fiũt apud nos quæ idem Ceuallos q. 28. Sic pariter ſi recurſu pendente ad Regem ſententia exequatur, quia cenſebitur idem grauamen, ac ſi eſſet appellatum, l.Eos,C.De appell. cap. Licet in fine de electione,Menoch.de Arbitrar q.7.n.18. lib.1. Lancellotus de Attent. 2. p. cap.19.n.7. l.9.tit. 4.lib.4.recopil. Gratian.Diſcept.Forenſ. 1.p c.100.

Sic pariter ſi exequatur contra tertium poſſeſſorem,appellatione non admiſſa, videndus Ceuallos q.26. de quo eſt Ordin.lib 3.tit.86. §.27. Valaſc.conſ.55. Barboſ. in l. Si alienam n.19.ff Soluto matrim. alios caſus videbis per eundem Ceuall. vbi latè tandem notabis non obſtare quod his caſibus videtur per viam recurſus non patere aditum ad Regem,quia quando poſtpoſita appellatione proceditur, peculiare competit remedium illarum Ordinationum d.§. 116. & lib.2.titul.10. quare alia via non videtur agi poſſe, ſed verius eſt hæc duo remedia non ſe impedire, vt poſsit ad Regium Tribunal recurri ob denegationem iuris naturalis, & poſsit Rex ipſe addiri, vt tuitiuam concedat, per quam pinguius ſuccurritur oppreſso appellanti.

9 Secundum notabile eſt, an tuitiua concedi poſsit illi qui iudicem de cauſa cognoſcentem recuſauit,qui recuſationi non detulit vt friuolæ, & in cauſa ad vlteriora proceſsit, qui timens quòd iudex eum de facto ſpoliet, dum ad ſuperiorem pro remedio aſſequendo recurrit, ad Regem conuolat, & tuitiuam petit. De hoc diximus ſupra in artic. Violentiæ contra ius naturale,& ſicut ibi diximus ex n.29. De iure eſt, quòd iudex recuſatus ſi cauſam friuolam compererit, poteſt recuſatione ſpreta ad vlteriora procedere,nec arbitros patietur eligi, cap. ligitima de appell.lib.6. obſeruat. Anchatr.ibi 2.notabili. Domi. & Francus n 5. Ioann Andr. Abb. & alij in cap. Acceden. vt lite non conteſtat. vbi Felin. nu.5. Rebuf. ad leges Gall.tit.De recuſation. 3. tom. nu.3. art.5. gloſ.1. Sicut aliàs iudex recuſatus poſtpoſita recuſatione poteſt exigere à recuſante iuramentum malitiæ Ioann.And. Dom.& Franc.in cap.2. de iuram. calum.

calum. lib. 6. ſicq; procedit gloſ. verbo Recuſare ad med. in l. Appertiſsimi, C. De iudic. quam indiſtinctè omnes ibi ſequuntur, & in l. Quia poterat, vbi Iaſ. n. 20. ff. Ad Trebel. Villalobos in Antinom. iuris, verbo Recuſatio, Perez ad l. 1. tit. 1. lib. 3. Ordin. q. 14.

10 Verùm hæc doctrina ſimpliciter ſumpta, mihi ſemper viſa fuit fraudis plena, & reſpuenda, iudex namq; recuſatus, ſi de ſua recuſatione cognoſceret, vtiq; in cauſa propria iudicaret, quod iura non patiuntur, nam licet aliqui ſentiant, quòd proceſſus factus à iudice recuſato valeat, quandiu pars ab eo, ſic procedente, non appellat, vt ſentit Berous in c. Quoniam contra de probation. n. 152. Innoc. in cap. Cum ſpeciali de appell. communis ex Peruſino, vt refert Deciſ. Pedam. 84. n. 2. Lācelo. de Attent. 2. p. cap. 6. n. 2. per text. in cap Super quęſtionum ꝟ. vltim. D.D. in cap. Cauſam quę de offo. deleg. Tamen contrarium eſt verius, & quod proceſſus eſt, ipſo iure, nullus, abſq; vlla appellatione, vt per gloſ. in cap. Quotieſ. 12. q. 6. & cap. Quod ſuſpecti 3. q. 5. gloſ. 3. ad fin. per text. ibi in cap. Iudex de offo. delegat. lib. 6. & eſt magis cōmunis ſecundùm Vantium de Nullitat. ex deffectu iuriſd. ordinar. n. 140. & comprobat apud nos Ordin. lib. 3. tit. 21. quæ vetat iudici recuſato, ne cognoſcat Ceuallos 4. p. q. 897. n. 1019.

Vnde prior opinio tunc admitti poterit in terminis, cap. Cum appellationibus de appell. lib. 6. vbi appellatio friuola reppelli poteſt, vt puta illa, quæ expreſſa friuola cauſa, vel ſine fundamento interponitur, vt puta ſi dicat, appello quia pluit, vel ſi ab interlocutoria appellatur ſine cauſæ expreſsione, quia tunc friuola eſt, & reppelli poteſt, vel ē cōuerſo, quādo à diffinitiua appellari poſſet ſine vlla expreſsione, & tunc friuola cauſa exprimitur, tunc expreſſio cauſæ reddit appellationem friuolā, l. Expreſſa 150. ff. De Reg. iur. gloſ. verbo De nouo in fine, & Clem. conſtitutionem de electio. ſicut aliàs quis non tenetur in libello cauſam exprimere, niſi aduerſarius petat, l. vlt. C. Annali exceptione, c. Obiatæ vbi gloſ. verbo Obnoxiam de re iudic. lib. 6. Si tamen expreſſerit friuolam corruet libellus, & excludetur à iudicio, vt ſi dicat, peto 100. quia Rex eſt Vliſypone, Bart. in l. 1. n. 22. ff. De edend. receptus, vt per Iaſ. in l. Edita n. 4. C. Illo tit. Felin. in cap. Dillecti n. 5. de iudic. idemq; reperitur in iudice teſte, & nuntiante nouum opus ſi friuolam cauſam expreſſerit, Tiraq. de pœnis cap. 44. nu. 63. ratio eſt, quia expreſsio cauſæ friuolæ repugnat actui, cui adijcitur, & apperit manifeſtam calumniam, & iniuſtitiā exprimentis, & ipſum excludit ab eo quod prætendit, & propter hāc repugnantiam ſuccedit reg. l. Vbi repugnantia 149. ff. De reg. iur.

Ex

Ex quibus conuincitur quòd nõ eſt in manu iudicis, recuſationem reppellere, vt friuolam, quæ in ſua formalitate concludit, cùm nihil frinolum exprimat, ex quo reppelli poſsit, ſolùm enim hoc caſu propter manifeſtam calumniam permittitur iudicem ad vlteriora procedere, non verò, vt ipſe ſit ſtimator iuſtitiæ recuſationis propoſitæ.

11 Solet in hac Curia dubitari quid faciẽdum quando Nuntius Apoſtolicus, qui de cauſa cognoſcit recuſatur, qui recuſationi non deffert, nec arbitros eligit iuxta regulam, cap. Suſpitionis de offo. delegat. quid eo caſu agendum, primum ſe offert appellationis remedium, ſed periculo plenum, propter moram alijs placebat, eo caſu recurrendum ad loci ordinarium, qui tãquam Delegatus Sedis Apoſtolicæ compelleret recuſatum, vt in arbitros compromitteret, arg. cap. 1. de priuil. lib. 6. renouato in Cõcilio ſeſſ. 7. de refor. cap. 14. alijs placebat ad Regem ſpectare compellere, vt arbitri eligerentur iuxta formam Concilij ſeſſ. 14. de reform. cap. 5. Ceuallos 4. p. q. 1. nu. 777. Paſsim enim videmus inter colluctantes conſeruatores, cum Ordinarijs Reges, ſo lites manus apponere, & eos compellere, vt arbitros aſſumant tanquam protectores Concilij, & defenſores. Ego tamen cogitandum remitto.

In caſu autem propoſito non videtur extra ordinẽ, vt recuſanti auxilium impertiatur, ſi interim dum ſua pendet recuſatio, vel pro remedio ſedem adijt, contingat vt exequtio per manifeſtam iniuſtitiam faciẽda immineat: par enim eſt cauſa appellationis, & recuſationis quoad hunc effectum, cap. Super eo de appell. cum alijs ſupra citatis d. n. 29. dum à recuſato ad vlteriora procedente appellatur, ſi dum cauſa apud ſuperiorẽ introducitur ipſe exequitur, & ſuccedit reg. cap. Non ſolum de appell. in 6. quòd interim geſta reuocanda ſint, & poſſeſſor tuendus dum ligitimum addit ſuperiorẽ, vt ſupra in articulo ex denegato iure naturali ad fin.

12 Secunda quæſtio eſt: An tuitiua concedatur eo, ſolùm, caſu, quo iuſtè appellatum ſit, & citra dubium quæſtio eſt poſita ex verbis Ordin. d. tit. 10. § 1. ibi: *E lhe não foi recebida appellação, ſendo por direito de receber*: quæ verba formam inducunt, vt illa qualitas iuſtitiæ priùs ſit diſcutienda, quàm tueatur appellans: important enim illa verba: *Sendo de receber*, conditionem quæ prius debẽt manifeſtè verificari, & interim conceſsionem ſuſpẽdunt, reſoluitur namq; illud verbum, *Sendo*, in relatiuum gloſ. notabilis in Clem. 1. verbo Dignitatibus de præbend. Bart. in l. Centurio n. 25. ad fin. de vulgar. quod adiunctum, verbo Futuri temporis conditionem inducit. Appellationis namque iuſtitia eſt quædam

quædam qualitas, quæ pro fundamento iuriſdictionis requiritur, quæ prius probari debet, vt eſt communis in cap. Si Clericus laicum de foro comp. & in l.2. ff. Si quis in ius vocat Ordin. lib.2. titul.1.§.5.& 6.vbi dicemus, quia tamen plurimi poſſunt caſus occurrere, in quibus dubitari poteſt de iuſtitia appellationis, an rectè appellatum, vel an fuerit admittenda prouocatio ſecundùm iuris Cannonici ſanctiones, quas ſæculares iudices ſequi tenētur aliquos in præſenti percurram. Et primus ſit, an requiratur quod appelletur pro Tribunali, quia appellationē proponendam eſſe in præſentia iudicis notat gloſ.in cap. Appellatio de appell.in 6.l.1.§.Dies. verſ. Si quis, ff.Quando appell. cap.Vt debitus de appell.Clem.1.eod.cōmunis ex Abb. in cap.Suggeſtum de appell. Cappella vbi addo. 428. Gramat. deciſ.36. num. 76. Octauian.lib.7.cap.3.n.27.Ordin. lib.3.tit.70.§.1.ſimilis lex Caſtellæ 22. titul.23.part.3. ibi. *Ante el juez*, cuius rei ea eſt ratio quia oportet appellationem proponere coram iudice, cuius pronūtiatum reſcindi prætenditur, qui poterit eo caſu grauamē corrigere, gloſ.in d.cap. Suggeſtum, verbo Vocem, & in d. cap. Appellatio, verbo Iudici, Guterrez Practic. lib. 1. q. 102. deciſ. Rotta 50. in Nouiſ. Sed verius eſt ſufficere, vt appellatio extra locū Tribunalis proponatur coram ipſo iudice, etiamſi pro Tribunali non ſedeat, ne grauetur appellans, quia contingere poteſt quòd iudex intra decendium non ſedeat, & ideo hanc partem tuentur Bal. in Auth. quæ ſupplicatio, C. De precib. Maranta de Ordin. Iudic. 6.p.tit.De appell.n.122. Iaſ.n.13.in l.More, ff.De iuriſd. omni iudic. Octauian. vbi ſupra n.25. Hipol. Singul. 590. Guterrez vbi ſupra n. 1. & facit quia appellari poteſt diebus feriatis, gloſ. vlt. in d.cap. Appellatio, Bart.in d.§.Dies. Maranta vbi ſupra n.206. Mandoſ.in 13.form.Cōmiſ.verbo Ferias, cūm tamen his diebus pro Tribunali ſedere non liceat, Perez ad l 1. tit. 7. lib.3. Ordin. ſicut aliàs ſi iudex ſui copiam non faciat, coram Notario appellare ſufficiet, cap.vlt. de appell. l.1, C.De his qui per metū iudic. quando enim iudicis copia haberi nequit corā honeſtis perſonis licet appellare, vel coram Notario, Alex.conſ.19.n.2.Afflict. deciſ. 50. Maranta vbi ſupra nu. 121. Guterrez vbi ſupra n.2.

13 Sed an oporteat hoc caſu appellationem in abſentia factam, iterum coram eodem iudice reproducere, variāt D.D. alij nāq; tenent talem appellationem non indigere noua intimatione, Caſſador. deciſ.8. de appell. ſequitur Octauian. n.27. Contrarium ſequitur Guterrez vbi ſupra num.3. immo teneri iudicem iterum requirere ſequitur Ordin. lib.3. tit. 70. §.1. & quando in vltimo momento non habetur iudicis copia

coram

coram Notario appellari debere, & Apoſtolos petere ſequuntur plures relati à Tiraq. de retract. tit. 1. gl. ſ. 3. §. 9. n. 25.

14 Tandem notãdum eſt, quòd ſufficiet talem appellationem in ſcriptis offerre licet lecta non ſit à iudice, ſufficit enim poſſe legi, & ſic debet intelligi Clem. cauſam de election. ex Abb. in cap. Cum Eccleſia de appell. in 6. n. 7. Rebuf. de Nomin. q. 14. n. 120. poſt alios Tiraq. de Retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 10. n. 102. quod eſt notandum ad exceptiones, quæ in ſcriptis proponendæ ſunt, ex l. Apparet, ff. De Iudic. de quibus agit Ordin. lib. 3. tit. 21. §. 4. circa iudicis recuſationem, quæ habet in ſcriptis proponi, ſufficit namq; porrigi ſcripturam, licet non legatur, nec obſtat Bart. in l. Cum ſeruis, ff. De cond. & demõſtrat. vbi habet quòd qui tenetur ſoluere, non ſatisfacit offerẽdo pecuniam in ſacco, ſicut nec ſcripturã dicitur offerre, qui eam clauſulam oſtendit, procedit nãq; Bartol. doctrina quando aliquid offertur clauſum ſub alio, quia non perfectè traditur., at verò in ſcriptura, quæ offertur ſatis eſt, vt poſsit legi, nec obſtabit etiã c. vlt. de re iudic. lib. 6. vbi non ſufficit ſententiam à iudice ſcriptam dari, niſi legatur, quia procedit in caſu, in quo ex iuris neceſsitate legi debet, l. 1. C. De ſent. ex breui loc. cui formæ non ſatisfit ſi porrigatur, & non legatur.

15 Secundus caſus eſt de eo qui iter ad Pontificem arripuit, an ille debeat cenſeri verus appellans, vt illi tuitiua concedi debeat, & cenſeri appellantem dixit text. in cap. 1. de appell. in 6. ibi: ad nos duxerit appellandum, nam loco appellationis eſt ipſa itineris arreptio, cap. Dilecti 52. de appell. in 6. declarat. Lapus alleg. 39. Bart. n. 28. Iaſ. 19. in l. De pupillo, §. Si quis ipſi, ff. De noui oper. adeo vt talis itineris arreptio etiam habeat locum in ſententia ab interlocutoria, in qua ſpecialiter requiritur, vt exprimatur cauſa appellationis in ſcriptis, cap. Vt debitus de appellat. ita vt itineris arreptio pro appellatione ſufficiat, dummodo cauſa in ſcriptis exprimatur, nec aliud ſuadent verba Ordinationis in §. 2. ibi: *Em que declare a ſentença, & como appellou em tempo:* Nam illa verba debent intelligi regulariter, non verò tollunt alios ligitimos appellandi modos, in quibus tacita, vel cenſura iuris expreſſa verſatur appellatio, vt qui Curiam addijt cõſtito de itineris arreptione cenſeatur verus appellans, ex reg. cap. Dilecti 83. de Appell. ibi: poſt iter arreptum in eos excommunicationis ſententiam promulgauit, facto enim prouocat qui ad ſuperiorem confugit, cap. Ad audientiam, cap. Vt noſtrum illo titulo.

16 Tertius caſus eſt, an concedatur tuitiua appellantibus extra iudicialiter ab actu ſcilicet extra iudiciali ſcilicet electione confirmatione

matione beneficij prouiſione, qui omnes actus extraiudiciales ſunt, quia fieri poſſunt diebus feriatis, ſicut & ab Epiſcopo extra propriam Diocœſim, vt obſeruat gloſ. vltim. vbi Doctores in cap. Nouit de offic. delegat. Couarr. 3. reſolut. cap. 20. num. 8. Rebuf. in Praxi, titul. de forma Vicariat. à num. 227. Boer. deciſ. 30. Menoch. de Arbitrar. quæſt. 43. n. 19. & videtur quòd ſic, cùm his caſibus permiſſa ſit appellatio, ex doctrina Bart. in l. vltim. num. 4. ff. De appellat. recip. cuius diſtinctiones proſequitur noſtra Ordinatio lib. 3. titul. 78. Nec obſtabit hæc Ordinatio in d. §. 2. ibi: *Em que declare o caſo, & a ſentença que nelle ſe deu, & por que julgador*, quæ omnia referuntur ad iudicem iudicialiter cognoſcentem, quia hæc Ordinatio etiam comprehendit actus extraiudiciales, in quibus ſententia profertur à iudice extraiudicialiter tamen procedente: nec obſtabit ſi quis replicet, quòd appellatio in extraiudicialibus eſt quædam citatio partis ad ſuperiorem, & ideo dicitur prouocatio ad cauſam, cap. Cùm ſit Romana in fine princip. de appellat. in 6. quia reſpondetur, quód agnoſcimus quod eſt citatio, habet tamen hoc à iure conceſſum tali citationi, vt ſuſpendat poteſtatem illius, contra quem interponitur

14. Ampliationes, proſequitur Gonzales in Annota. de nullitat. attent. à num. 30. Vnde fit, quòd attentata poſt talem appellationem ante omnia reuocantur, ac in quacunq; appellatione iudiciali, nã licet aliqui opinentur quòd attentata poſt appellationem extraiudicialem non reuocantur ſtatim, ſed in euentũ appellationis, vt per Doctores in cap. Bonæ de appell. in 6. vbi Præpoſit. num. 43. Peruſ. 33. dicit communem Cuman. in l. vltim. in fine, ff. De appell. recipiend. Couarr. Pract. cap. 24. num. 5. Herculan. de Attenta. cap. 10. num. 8. tamen verius eſt omnia ſtatim reponenda eſſe, etiã ante appellationis aduentum, ex Abbate in cap. 1. de appell. in 6. n. 6. Deccio in d. cap. Bonæ n. 9. & in cap. Cũ nobis de electione n. 9. & probatur in d. cap Bonæ vbi reuocantur attentata, & ſolùm attẽditur, an ex veroſimili cauſa fuerit appellatum, licet Deccius dicat, quòd illius cauſæ probatio prius interfuit, quod eſt ſupplere verba text. ſic procedit text. in cap. Si poſtq; & cap. Prouida de electíon. lib. 6. quem ſenſum eſt amplexa Regia Ordin. lib. 3. tit. 78. §. 5. ibi: *Mandarà o juyz reſtituir tudo ao primeiro eſtado.* Sic in nunciatione 17
noui operis, quæ in ſeruitutibus vrbanis tantùm locum habet, omnia attentata reuocantur poſt nũtiationem, quia appellationi extraiudiciali æquiparatur, ſecundùm cõmunem in l. 1. ff. De noui oper. & in cap. 1. eod. titul. gloſ. magna in cap. Poſt appellationem 2. q. 6. Ordin. vbi ſupra §. 4. quare

tali appellationi extraiudiciali, cōpetit idem remediū, vt tueatur poſſeſſor à Principe, ſi interim moleſtari contingat, exceptis caſibus, in quibus ab actibus extraiudicialibus appellari non poteſt, de quo in l.1. §.1. & §. Quid in ſentētijs, ff. Quando appell. l. Nominationes, & l. Hi qui, C. De appell. proſequitur Innocent. in cap. 1. de his quæ fiunt Bart. in d.l. vlt. n.4. ff. De appell. recip.

18 Quartus caſus eſt, intra quod tempus ſit talis appellatio interponenda, & eſt notiſsimi iuris intra decendium fore appellandum, & ad illud ſunt referenda verba legis Regiæ: *E como appellou em tempo*: quod quidèm decem dierum tempus de momento ad momentum computatur vtiliter tamen, vt probat Auth. hodie, C. De appell. cap. Anteriorum 2. q.6. cap. Non ſolum in princ. illo tit. lib. 6. Ordin. lib. 3. tit. 69. §. 4. ibi: *Da hora da publicação*: & tit. 70. in princ. & tit. 78. §. 2. & titul. 79. §. 1. quia licet olim intra biduum in cauſa propria, & intra triduum in aliena appellandū foret, ex l.1. §. Biduum, ff. Qando appelland. c. Biduū, 2. q. 6. tamen Iuſtinianus decendium inſtituit in Auth. de appellationibus & intra quæ tempor. illa autem cōputatio de momento ad momētum eſt vtilis à principio, quia ignorati, vel impedito nō currit, cap. Concertationi de appell. in 6. Cōtinuum tamē eſt in proſecutione, poſtq; ſimul currere in capit. Maranta tit. de appellat. n. 204. Vantius de Nullitatibus, tit. Quis poſſit dicere nu. 26. Rebuf. ad leges Gal. in Proæmio, gloſ. 5. num. 93. quod quidèm dicendum cōmune eſt, appellationi à diffinitiua, & interlocutoriæ, & tandem extraiudiciali, licet aliqui Doctores exiſtiment omni tempore ab actu extraiudiciali licere appellare, vt obſeruat gloſ. mag. in d. cap. Concertationi, Hoſtienſ. in d. cap. Vt debitus in fine eo fundamento quod actus extraiudiciales non tranſeunt in rem iudicatam, ac proinde defficit in illis regula, quod intra decennium appelletur, quæ ſolum habet locum in ſententijs, quæ tranſire poſſunt in rem iudicatam, nam reſpondetur quòd in actibus extraiudicialibus quidam ſtatus conſideratur, quem illi actus extraiudiciales aſſequuntur, illis 10. diebus tranſactis, ad inſtar rerum iudicatarum, quæ authoritaté à lege accipiunt, & quo ad effectum idem operatur, ille terminus vtroq, caſu quia illo tranſacto actuum extraiudicialium executio rata manet, & in ſuo robore ſicut & ſententia à lege authoritatem rei iudicatæ accipit, facit Clem. ſicut de appell. vbi hæ appellationes quoad proſecutionem æquiparantur, ergo & quoad tempus interponendi idem eſt.

19 Explicabis autem ſcientiam in appellante debere accipi, vt non ſufficiat quod ſciat ſententiam

tiam fuiſſe latam, ſed quòd ſciat quomodo contra ſe lata fuerit, Felin.in cap. Conſultationem num.32. de re iudic. Menoch. de Arbitrar.quæſt.66.in fin.nō enim dicitur quis ſcire negotium, qui ignorat illius qualitates, & ſic debet explicari Ordin.lib.3.titul.69. §. 4. ibi: *For ſabedor como a interlocutoria era publicada*: vt illud verbum, *Como*, non referatur ad factum publicationis, ſed admodum, id eſt.quomodo, an pro,vel contra lata fuerit, de quo D.D in Clem.cauſam de electione, Felin. in cap. Cùm contingat à num.6. de reſcrip. Tiraq de retract. tit.1. gloſ. 10.§. 1. num. 104. & gloſ. 2. num. 42. Explicabis rurſus, niſi cauſa habeat grauamen ſucceſſiuum, quia hoc caſu appellatio erit admittenda poſt decendium, ex Bal. in l. 2. C.de Epiſcop. aud. num. 7. Maranta titul De appell. num. 205. Octauian. lib. 7. cap.3. num.23. Padilla in l. Error nu.35. de iuris,& facti ignor.& probatur ex text.in cap.Ex parte de appell. & eſt communis licet contraria in puncto iuris videatur verior, ex Tiraq.de Retra.d.tit.1.§.1. gloſ.10. n.32 Mencha.ſucceſsio reatio.§.2. n.40 Peres ad leges titul.16. lib.3. gloſ.2.à princ.

20 Sextus caſus an debeat concedi tuitiua ab interlocutoria ſententia, & licet verba leges Regiæ ſolùm dirigantur ad ſentētiam finalem, tamen vtroq; caſu debet idem iuris remedium cōcedi, nec obſtabit quòd in ſententijs interlocutorijs iuriſdictio iudicis inferioris non ſuſpenditur, ex Bart.in l.Eius qui n.4.ff.De appell.recip. & in l Intra vtile in princ. nu.2. ff. De minor. Marant.tit.De appell. nu.161.& eſt text.in cap.2. de dolo lib.6.cap Non ſolùm,§.Illa de appell.in 6. quia reſpondetur quòd licet de iure ciuili appellationes ab interlocutorijs non admitterētur,ex l. Ante ſententiam,ff.De appell.recip.l.Ante, C.Quorum appell.l.2.C.de Epiſcop aud. Iure tamen Cānonico admittuntur, dūmodo cauſa appellandi in ſcriptis exprimatur,d. c.Vt debitus,quare obtinuit quòd appellatio ab interlocutoria ſolùm ſuſpendat illū cauſę articulum,ſuper quo extitit appellatū, non verò cauſam principalem ſeparatam, & diſtinctam ab art.appellationis,quod ſi cōnexa ſit cauſa principalis cum materia articuli appellati,tunc ſuſpendatur in totum,deducitur ex text. in cap. Super eo 1. de appell. in 6. cap. Solicitudinem 54. verſ. Nos, eod.tit. Alex conſ.59. nu.9. lib.1. Villalobos in Ærario cōmun. lit. A. n.187. Hercul. de Attentatis c. vlt. n.227.ſequitur Ordin.lib.3.tit. 73. in princ. vbi vtroq; caſu iuriſdictionem ſupendi aſſerit, & ita debet exponi, d Ordin. vt procedat in interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuę,vel inferi grauamē irreparabile,Ord.lib.3.tit 69. licet adhuc in his aliqua ſit differentia cōſtituenda, nā vbi appellatur ab inter-

interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, ſuſpéditur iuriſdictio in totũ, etiã reſpectu cauſæ principali; ſicut fit in ipſa diffinitiua, cui talis appellatio interlocutoria æquiparatur, gloſ. verbo Innanes in cap. vlt. de election. in 6. communiter recepta, vt per Felin. n.3. & 4. in rub. de re iudic. quando verò appellatur ab interlocutoria, quæ damnum continet irreparabile non ſuſpenditur iuriſdictio iudicantis abſolutè, ſed tantùm circa ipſam interlocutoriam, ne exequi poſsit, dum appellatio pendet, cap. Dillectis, verſ. Quia vero ibi, cum interim de appell. in 6. Maranta vbi ſupra n.200.

Ex quibus principijs patet, quod reſpectu interlocutoriæ debet concedi charta tuitiua appellanti, cum ſupra poſita diſtinctione, ſcilicet vt quando articulus appellationis commixtam habeat cauſam principalé, nihil in vtroq; innouetur, ſi diſtinctam verò habeant cauſam, pariter nihil innouetur ſuper illo articulo tantùm, in quo appellatum extitit: tãdem ſi appelletur ab interlocutoria, quæ vim habeat diffinitiuæ, concedatur tuitiua, quoad omnia abſolute, quia illa ſententia æquiparatur diffinitiuæ, quę reſolutio ita accipienda eſt, vt tunc locus tuitiuæ ſit, quando ex tali pronuntiatione iudicis interloquentis, aliqua prætenditur executio, cum irreparabili damno partis, patet ex Ordin. in præſenti ibi: *Para não ſer tirado de ſua poſſe.* Vnde ſi executio verſetur circa expenſas, vel circa res parui momenti, non eſt cur manus Regia intercedat, quod prudentis iudicis arbitrio relinquitur, vt ſolum eminentis violentiæ, vel reponendi attentati cauſa concedatur.

21 Sextus caſus eſt, an ſufficiat ſolùm appellaſſe à ſententia finali, vt circa aliam cognitionem iuſtæ appellationis concedatur tuitiua, vel ſi appelletur ab interlocutoria, cùm cauſa expreſſa oporteat, vt talis cauſa ſit iuſta in ſe, vel ſufficiat quòd ſit apparenter vera.

Et quoad primum, à diffinitiua ſententia appellari poteſt ſine alicuius cauſæ expreſsione, l.1. ff. De appell. vnde ſufficit, vt ſimpliciter appellet, vt tueatur, niſi caſu, quo cauſam friuolam appellandi expreſſerit, vt ſupra dixi ſi tamen cauſa friuola expreſſa, iudex appellationem admiſit, iam eo caſu iuriſdictionem tranſtulit in ſuperiorem, etſi poſtea reuocet reppellendo appellationem debet eo caſu appellans tueri, quaſi contra regulam cap. Cum appellantibus de appell. in 6. quia iam reaſſumere non poteſt iuriſdictionem, quam in ſuperiorem tranſtulit Ordin. lib. 3. titul. 65. §. 1. & titul. 70. §. 5. & lib. 1. titul. 58. §. 27.

22 In ſecundo membro quando appellatur ab interlocutoria, in qua neceſſario cauſa exprimi debet, videtur quòd illa cauſæ expreſsio debet eſſe vera in ſe, & compro

comprobari ex actis,vt ſuſpendat iuriſdictionem iudicis. Vnde videtur quòd tuitiua cócedi nequit antequam de veritate cauſæ appareat,probat Ordin.d.§.2.ibi: *E que a appellação era de receber*, probat cap.Bonæ in fin.vbi gloſ.vlt. cap. Vt debitus 59.vbi gloſ.verbo Rationabili de appell. cap.Non ſolũ eod. in 6. ibi : donec appellationis cauſam veram eſſe, &c. intendit gloſ. verbo Ligitima in cap. licet de ſent.excommunic. Verius tamen eſt ſufficere,vt exprimatur cauſa probabilis, & rationabilis,quæ ſi probetur,ligitima eſt appellatio,quia concludit appellantem indebitè, & manifeſte grauari,licet poſtea talis cauſa non probetur,vel falſam fuiſſe colligatur: iura enim ſupra citata non agunt de cauſa ad appellandum admittenda, ſeu exprimenda, ſed cauſa, quæ apud ſuperiorem probatur ad iuſtitiam appellationis interpoſitæ, in quo vera probatio ipſius requiritur, huius autem cauſæ expreſsio non debet fieri per relationem ad acta, niſi fiat ad partem actorum certam , quia tunc videtur ſatisfieri formæ,cap. 1. de appell. in 6. Nauarr. in cap. Cùm contingat 14. cauſ. nullitat. Maranta vbi ſupra, num. 141. Couarr. in cap. Rainutius, §. 11. num. 3. Octaui. de ſtylo Curiæ lib.3.cap.10.num.2. relati à Tiraq. de iure mariti gloſ.7.num.163.ſed dubito de hoc articulo cum text. in d.cap.1. requirat formalem expreſsionem cauſæ, quæ expreſſio per relationem non impletur.

Inſuper expreſsio cauſæ requiritur licet grauamen ſit notorium, Marant. vbi ſupra num.142. quia notorium non releuat ab onore allegandi,gloſ.in Clem.appellanti,verbo Aliàs de appell.Menoch. 1. remed.recup.n.165.& remed.15. n.264. Vnde non ſufficit cauſam voce exprimere , licet per Notarium redigatur in ſcriptis, Angel. in l.à ſententia,ff.De appell. Maranta vbi ſupra num.127. Nauar. in cap.Cùm contingat 6.cauſ.nullitat. fol.122. Bart. in l.Sacris , in gloſ. ad verbum ex diſpoſitione, C.De proxim.ſacror.lib.12. Perez ad l.1.tit.4.lib.3. Ordinam. verbo Pueſta, quæ tamen cauſæ expreſſio per priuatam ſcripturam fieri poteſt, gloſ. verbo In ſcriptis, in cap. 1. de appell. in 6. communis ex Præpoſ. num.44. in d. cap. Vt debitus. Nec obſtat Clem.cauſam de electjon,ibi: Scriptura authentica, quia agit de appellatione intimanda parti aduerſæ ad effectus,de quibus ibi.

Ex quibus ſi hæc requiſita neceſſaria ad iuſtitiam appellationis defficiant, talis tuitiua nullo modo concedi poteſt.

23 Septimus caſus eſt , quando appellatum eſt à ſententia, cùm tamen iudex cognoſceret appellatione remota,an eo caſu poſſit appellans tueri,& videtur quòd non,quia cum cauſa committitur

appellatione remotta, omnis appellatio cenſetur excluſa,& iudex iuſtè ſententiam poteſt exequi, non enim ſuſpenditur,nec deuoluitur iuriſdictio,ex Decci in rub. de appell.in 6. n.7. Bero 35. Capi. deciſ.34.n 3. Roland.conſ.77.nu. 17. lib.2. obſtat text.in cap.Paſtoralis in fine principij de appell. vbi prohibita appellatione, ſuperior addiri poteſt vt grauamen reponat text. tamē ille agit, non de remedio appellationis,ſed de alio ſcilicet per viam quærelæ,vt in ſimili probat cap.Concertationi de appell. in 6. explicat ibi Deccius num.6.

His tamen caſibus, quibus appellatio, vel à lege, vel à Principe prohibetur, eſt valde controuerſum an aliqua admittatur appellatio,& communis obtinuit quòd illa tantùm ſit admittenda,in qua iuſta grauaminis cauſa expreſſa ſit,pro qua expenditur text. in l.à ſententia,in princip. ff. De appell. & text. in cap. Cum ſuper ibi rationabiliter de re iudic.vbi appellatio admittitur à tertio,cum quo lis non agebatur,quando rationabilis cauſa expreſſa ſit,facit text.in cap.Romana,§.Si autem de appel. in 6. vbi admittit dari poſſe appellationem, licet iure prohibita ſit, ad idem eſt text. in cap. Inter cæteras de re iudic. vbi ob manifeſtam iniquitatem ſentētiæ appellatio conceditur,& eſt communis vt per Maranta vbi ſupra n. 143. & 172. Duen. reg. 42. limit. 20. Couar.Pract.cap.15.n.1. & cap.23. verſ.Secunda D.D. in cap.Quoad conſultationem de re iudic. vbi Felin.n.20.& fuit gloſ.ſententia in d.§.Si autem.

Contra communem multa vrgent, 1. d. cap.Paſtoralis in princ. vbi prohibita appellatione illa ſolùm admittitur, quæ ſpecialiter iure indulgetur, non verò omnis, in qua cauſa rationabilis exprimitur,quia nullus appellaret, qui rationabiles non excogitaſſet cauſas. Vrget cap. Super eo 15. de officio delegat. vbi facit differentiā inter tertium,qui pro ſuo intereſſe appellat, probata ligitima cauſa,licet appellatio ſit prohibita,& inter ipſos litigantes,quare vt differentia cōueniat,non debet poſſe appellare litigans,etiam cauſa expreſſa: idemq; probat d §. Si autem vbi ſola appellatio admittitur,quæ iure indulta eſt.

Sed ſequendo communem, videtur poſſe dici,quòd etiam in caſibus, in quibus appellatio interdicitur,expreſſa rationabili appellandi cauſa admitti debet, etſi nō admittatur poſſe Principem appellantem tueri,præſertim ſi conſtet de manifeſto grauamine,quādo enim illa clauſula apponitur, non præuia cauſæ cognitione parum, aut nihil operatur, quia ſolùm de friuola intelligitur,ex ſtylo Curiæ, dixit gloſ. verbo Ante ſententiam in d. cap. Vt debitus, gloſ.2. in cap.Ex parte 13. de officio delegat. Selua de Benefic.

3. P.

3.p.q.13.num.9.Greg.in l.70.gloſ. 4. tit.18. part.3. Puteus deciſ.328. n.1. lib. 2. Lancelot. de Attentatis 2.p.cap.12.limit.8.n.42. Nec inſuper aliquid operatur d. clauſula conſtito de notorio grauamine,ex Decci.conſ.49.lib.1.num.1. Ruin. conſ.82. nu.1. lib.5. Puteus deciſ. 414. nu.2.lib.3. Lancelot. vbi ſupra n.28.de cuius clauſulæ effectu videndus Couarr.Pract.d.cap.26. n.6. Puteus deciſ.147.lib.2. quòd limitari poteſt quando cauſa appellatione remota committatur Cardinali, quia tunc nec ſi excedat appellari poteſt, propter perſonæ excellentiam,Ceuallos 4.p. q.897.n.938.

24 Ex quibus infertur ad quæſtionem, quæ ſæpiſsimè in manus incidit,quando à Sede Apoſtolica emanat breue de capienda poſſeſſione beneficij reſeruati nomine Cameræ,vel ad partis inſtantiam, vbi continetur quòd procedatur ad immeſsionem in poſſeſsionem beneficij,& executionem appellatione remota, quo caſu executor breuis illo verificato de plano, an reſeruato menſe neccauerit, & quòd impetrãs ſit Clericus abſq; alia cauſæ diſcuſsione, poſſeſſoré tanquam intruſum remouendum pronuntiat. An ſcilicet hoc caſu poſſeſſor appellans à Rege tuendus ſit,& videtur quòd non,ex ſupra dictis,cum eo caſu ſit appellatio prohibita,Caputa.deciſ.71.p.1. & 180. part.3. Gomez in tract. de Breuibus,n.14. Staphil.eod.tract. nu.3. Moedan.deciſ.4.n.5. de reſt. ſpol. Gonzales in §.7. proœmiali, n.218.Lancelot.2.p.d.cap.12.limit. 30. num.1.& cap.4. in præfatione num.455.

Quod efficaciter ſuadetur,quòd his caſibus ſi ille contra quem fertur ſententia,appellat,ſolet ſignatura cõmittere cauſam cum clauſula parito breui, quæ importat conditionem, & nulla tribuitur iuriſdictio,donec ſit paritum ſententiæ, dimittendo poſſeſsionem reſtituendo fructus, in quibus intruſus fuit condemnatus, ex Staphil. de liter. iuſtitiæ, § Quando petitur commiſsio n.10.Caputaq. deciſ.150. n.1. part.1. Puteus deciſ. 119. in fine lib.1.

25 Verùm prædictis non obſtãtibus his caſibus poſſeſſorem, & appellantem tuẽdum fore,à Principe exiſtimo primo quando ille qui intruſus aſſeritur titulũ habet ab Ordinario, etſi ſit intruſus excuſabilis,quia intruſio non eſt verificata,ſed verificanda,ex diſcuſſione cauſæ,& iuris,quo caſu executor non poteſt illum expellere, niſi ligitimè auditum, neq; eum ſpoliare, & hoc caſu appellatio operabitur effectum ſuſpenſiuũ, ex Lancelot.de Attentat.2.p.cap. 3. à n.69. Mena.Variar.lib.1. q.12. à n.43. quia tunc exequendo excedit modum,& ab executore excedẽte licite appellatur, l Ab executore,ff.De appell. Mena Variar. lib.1.§.3.de iuriſdict.executor. nu. 47.vbi ita ſeruari de ſtylo teſtatur

immo eo caſu videtur quòd cauſa debet pertinere ad loci Ordinarium,quia non ahibi poteſt talis poſſeſſor conueniri, ex Concil. ſeſſ.24. de reformat. cap. 20. niſi reſcriptum ſit namu Pōtificis ſignatum, poteſtq; grauamen conſiderari veluti, ſi citationem partis omittat, vel non ligitime citatus ſit reus, vtpote quia non fuit executa in propria perſona, prout requiritur quando agitur ad priuationem beneficij, & de incurrēdis cenſuris Caſſad.deciſ.2.num.4.de pēſio. & deciſ.12.in fin.de recript. quos citat Gonzalez in annotat. n.253. vel ſi opponatur de ſurreptione breuis,vel nullitate gratiæ,à qua dependet executio,quæ anullato ſuo principali,etiā corruit, c. Si ſuper gratia 9. de offo. deleg.in 6. Rotta deciſ.20. n.2. de conceſſ. præbend. Gonzalez vbi ſupra nu. 278.vel aliqua iuſta cauſa proponatur,tunc Princeps auxilium exhibebit, ne vello leuato ſubditus ſuo ſpolietur beneficio, maxime quia in hoc Regno non poſſunt ſubditi extra Regnū trahi in cauſam ex breui Iullij II. de quo dicemus ad Ordi.lib.2.tit.13. quid autem quando appellatur à non aſsignata congrua portione iuxta formam Concilij ſeſſ.25.cap.16.& ſeſſ.21.cap.8. quo caſu appellatio interdicitur conſulēdus Ceuallus 4.p.q.897. n.913. & quid in cauſis viſitationum ibi, n.926.

Maius dubium eſt,quādo cauſa committitur omni, & quacūq; appellatione remota, ex hac enim clauſula omnis appellandi via intercluditur, etiam ſi fiat ex rationabili, & ligitima cauſa explicat Peruſ. in cap.Paſtoralis de appell. n.5. Couarr.Pract.cap.27. nu.7. & ceſſat finalis cauſa concedendi chartam tuitiuam, facit inſuper quia dum ſummus Pontifex exprimit illa verba quacunq; includit alias exceptuata,& maiora tradit Quintilian.reg.5.q.3.fol.70. & reg.12.q.6.n.8.ſicut in ſimili clauſula quibuſuis menſibus comprehendit menſes ordinariorū, Marcus Antonius de Compromiſ.q.1. n.42. vbi reſoluit, quòd clauſula quibuſuis diebus compræhendit, etiam dies feſtos,& clauſula quòd poſsis ligitimare quoſcunq; includit, etiam Infantes, Roland. conſ. 61. nu.34. & in conceſsione pro quibuſcunq; hæredibus includuntur,etiam inhabiles, prout eſt fæmina, & extraneus, D.D. in l.1. §.Nuntiatio,ff.Noui oper. vbi Crortus n.54.Greg.l.28.tit.8.p.5. Pariter ergo vbi appellatio generaliter excluſa ſit, nec tuitiuæ locus eſſe poteſt,quæ ſolùm illis caſibus conceditur,in quibus appellari poteſt.

26 Tertia quæſtio eſt,an per regiam tuitiuam offendantur verba Bullæ Cœnæ?

Sine præiudicio eccleſiaſticæ iuriſdictionis chartæ tuitiuæ appellantium à Principe conceduntur in maſeſtè opreſſorum ſubſidium quia his caſibus tanquam Reip. conſer-

conſeruatores manifeſtas violentias tollere poſſunt,per extraordinaria remedia,ex text.in cap.Filijs 16. q. 7. verbo Regis iuncta gloſ. ibi Nauarr. in cap. Cum contingat, fol.146. Couar. Pract. cap.35. nu.3. dixit Caualcan. de Brachio Regio 1.p.in princ.n.16. Olibanus de Iure fiſci cap.14. nu.118. ſeſſ. de inhibi.§.4.n.3. vbi appellat hanc charitatiuã defẽſionẽ,quæ ordinatur in Cãnonũ defenſionẽ,vt iuſta appellatio non denegetur ad Põtificem,dum ſæcularis portam aperit à iudice eccleſiaſtico clauſam,notat Ceuallos 4.p.q.897. n.146. Bobad.lib.2.cap.16.nu.90. & cap.18.n.139.

Nec huic reſolutioni obſtant verba Concilij.ſeſſ.25. de reform. c.3.& Bullæ Cœnæ Domini c. 15. & 16. dum puniunt impedientes executionem mandati Apoſtolici, vel iuriſdictionis eccleſiaſticæ, quia his caſibus magis coadiuuatur, quàm impeditur, explicat Morla tit. de iuriſdict. q.14. nu.8. non enim eo caſu tollitur vſus iuriſdictionis,ſed abuſus,notat Corduba in Summa q.35. Marta 4.p. cent.1. caſ.56.n.8. idem Ceuallos d.4.p. q.897. n.133. 255. 271. 247. Nec obſtat etiam cap.Qualiter de iudic. in fin. quod conſonat clauſulæ d. Bullæ, quia ſatisfit dictas tuitiones non decerni à ſuprema Curia in vim iuriſdictionis,quam vllo modo exercet,cap.2.de Iudic. ſed in vim defenſionis pro pacis bono, defendit Praxim Afflict. deciſ.24.& deciſ.81. nu.2. Inſuper non cognoſcit Rex de appellationis iuſtitia, ſed de facto, an fuerit interpoſita, & ita ceſſat d. c. Qualiter: ceſſat item clauſula Bullæ, quia procedit in his, qui vt iudices cognoſcunt in vim iuriſdictionis,ibi: tamquam iudices, &c. Inſuper agit de ſententijs Papæ, vel Rottæ, ibi: emanantibus,&c. Nõ veró agit de proceſsibus iudicum inferiorum in partibus,de quibus agit hæc Ordinatio.

27 Vnde licet in executiuis ſuperſedendũ non ſit mandato Regum. Flamineus de reſignation. 2.p.q 6. n.64. vbi refert iudicatũ in Rotta, Flores Variar.lib.1. q.12. n. 43. vbi citat Gigantem q. 95. Si tamen executio gratiæ petatur, & contra eam opponatur de ſurreptione. vel incompetentia executoris,vel ſub executoris,vel ſi gratia conditionem habeat, quæ prius ſit verificanda,de quo ſaltem ſummarie in continenti conſtare poſſit, tũc ſi his nõ obſtãtibus executor adulteriora procedit,recte tuetur appellans ſine offentione Cõcilij,& Bullæ, Gigas d. q. 50.& q. 70. Flores d.q.12.n.44. & lib.1. q. 4. nu.45. Ceuallos d. 4.p. q.897. n.907.

28 An autem èconuerſo poſsit ille,in cuius fauorem executio petitur ad Regem recurrere ratione violentiæ,quãdo executor ſententiæ appellationi nulliter detulit, videndus Ceuallos vbi ſupra n.897. vbi reſoluit quòd nõ, quia eo

eo caſu non conſideratur violentia, ſed iniuſtitia, quæ conſiſtit in non exequendo, lex verò Regia ſolùm occurrit violentiæ manifeſtæ, quæ fit exequendo, & hic caſus potius ſpectat ad §. 11. Ordin. lib. 1. tit. 9.

29 Quarta quæſtio eſt, an eccleſiaſticus requiſitus teneatur exhibere ſæculari acta. Et ſine dubio videtur cogi non poſſe à Principe ſæculari, vt proceſſum exhibeat, cùm diſtinctæ ſint poteſtates inter ſe, & illa cognitio an iuſta, vel iniuſta ſit, appellatio, eo tendat, vt in ſæculari iudicio decidatur, an iudex eccleſiaſticus bene, vel male iudicauerit, quòd iuri repugnat Cannonico, ex Abbate in cap. 1. nu 12. de offo. Ordin. Innocent. in cap. 1. de ſtatu Monachor. lib. 6. ſequitur Auiles Prętor, cap. 20. n. 20. Perez in l. 4. tit. 1 gloſ. 3. Ordinam. Salzedo in Pract. cap. 160. num. 13. Ceuallos vbi ſupra n. 111. & 116.

Verùm nõ leuiter obſtat, quòd cum Regibus competat ſubditorum tollere violentias in caſibus ſibi permiſsis, poteſt acta, & proceſſum petere, quem iuſte petitum, iniuſte denegat eccleſiaſticus, cuius violentia regiæ poteſtati ſubijcitur, quaſi in exceſſu deliquerit contra iuriſdictionem Regiam, & dum denegat proceſſum, negat Principi facultatem, & ius cognoſcendi de ſubditorum oppreſsionibus, & cum media ad defenſionem tollat, ipſam tollit defenſionem, quæ ſine medijs obtineri non poteſt, conceſſa enim Principi defenſione media etiam conceſſa ſunt, ex reg. cap. Præterea de offo. Del. l. 2. ff. De iuriſdict. omni iudic. Inſuper hæc poteſtas petendi proceſſum iure fulcitur in Auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. Omnibus, ibi: omnibus autem Epiſcopis, & Pręsbyteris interdicimus ſegregare aliquem à ſacra Communione, antequam cauſa monſtretur, propterquam ſanctæ regulæ hoc fieri iubẽt, prout ad hũc propoſitum expendit Ceuallos 4. p. q. 897. n. 106. probat l. 36. lib. 2. tit. 5. recopil. ibi: *Manden traer las dichas nueſtras audiencias el proceſſo eccleſiaſtico originalmente*: Quod ſi non obediat iudex eccleſiaſticus, videtur quòd poſsint temporalites occupari, ex Guillel. in cap. Rainuntius, verbo Et vxorem 2. diſt. n. 460. Couarr. Pract. cap. 35. n. 3. Nauarr. in cap. Cùm contingat remed. 1. Carol. de Graſal. lib. 2. Iure 7. quia contra denegantẽ proceſſum, reſultat præſumptio doli, & receditur ab ordinarijs iuris regulis, l. De pupillo, §. Si quis riuos vbi latè Iaſ. ff. De noui oper. cap. Cùm ab Eccleſia de offo. Ordin. Norla de Iuriſd. tit. 2. q. 14. n. 1. quod maxime procedit ſtante concordia Ioannis Primi, art. 49. quo cautum reperitur, vt ab vno foro ad alium proceſſus remittantur quoties oportuerit, atq; ideo eo negante proceſſum iuſtiſsimè petitio pro iuſtificata habebitur.

30 Verùm ſuper his aliquantulũ

immorandum arbitror, nam vt ſupra reſoluimus in ſuplicationibus, quæ offerũtur in caſibus manifeſtæ violentiæ, vel denegati iuris naturalis, nullo modo poteſt partis petitio haberi pro iuſtificata, nec ſtylus eo caſu illud obſeruat, nec lege Regia cauetur, quod ſi obijciatur in hac Ordinatione, & lib.1. titul. *Dos Deſembargadores do Paço*, §.116. & lib.2.tit.1.§.1. caueri vt petitio partis pro iuſtificata habeatur, quando iudex proceſſum denegauerit, & quod vtroq; caſu eadem eſt ratio, cùm eádem poteſtate illis caſibus Princeps ſe intromittat, vt ſubditorum tollat violentias notorias, quæ tam conſiderãtur in terminis, d.§.10. quàm in caſibus appellationis, vt in hoc tit.10. Vtiq; ſatisfit quòd circa hãc petitionis iuſtificationẽ nihil cõcordatum inuenio, & videtur illud ſtatutum fuiſſe, vt medium aptius ad prouidendum partibus, vt non deuenirent ſæculares iudices ad occupationes temporalitatũ, forſan ex eo, quia minus præiudicij verſabatur hoc caſu, in quo de appellatione interpoſita ad Romanum Pontificem agebatur, in cuius obſequium illa omnia fiebant, & ad quem acta ſtatim erãt remittenda, vbi partes plenè audiri poſſent; vnde quod in hoc caſu ſtatutũ eſt, non debet ad alios extendi, etiam ex ſimilitudine rationis, quia quãdo materia eſt odioſa, & reſtringibilis diſpoſita, in vno caſu non debent ad alios extendi, etiamſi æqualis verſetur ratio, cap. Cùm in illis de præbend. lib.6. Hoſtienſ. in cap. Poſtulaſti de reſcript. text. in l. pen. C. De legat. cùm nec ad hunc caſum reperiatur ſufficiens ratio, quia hæc omnia ex concordia fiunt, contractusq; non recipiunt interpretationem ampliatiuã, Cabed. deciſ. 140. n.3. Vnde non videtur quòd poſsit conſuetudine introduci, vt habeatur petitio pro iuſtificata in hoc vltimo caſu, ſed ita lex ſcripta eſt.

31 Quinta quæſtio eſt, qui ſint huius tuitiuæ effectus: quorum primus eſt, vt iniq; repulſa appellatione ſubſiſtat executio. Secunda, quòd ſi aliquid, vel intra tempus appellandi, vel poſtea innouatum ſit ad priſtinum, id ſtatũ reducatur: non tamen in hac Ordinatione eſt cautum, vt appellatio concedatur, de quo eſt l.36. titul.5. lib.2. ibi: *Quando alguno viniere ante ellos, quexandoſe que no ſe le otorga la appelacion, que juſtamente interpone de algun juez eccleſiaſtico, den nueſtras cartas en la forma acoſtumbrada en nueſtro Conſejo, para que ſe otorgue la appelacion*: Et videtur ex hac noſtra lege non perfectè violentiam tolli, cùm appellationem concedere non iubeat, ſed tantùm contenta ſit, quod appellans interim non grauetur, nec capiatur, nec aliæ excommunicationis pœnæ ab ipſo exigantur.

32 Quoad ſecundum effectum tuitiuæ pariter non videtur in hac lege

lege plene prouiſum, cùm videam quod cum violentia detur quam Princeps inter ſubditos tollit, tamen his caſibus non iubet, vt ſi fortè appellans excommunicatus fuit, tollatur excommunicatio, vel quod reuocentur attentata, prout in d.lege Caſtellæ ſatis prouiſum eſt, ibi: *Y repongan lo que deſpues della ouierem hecho.* Quæ verba omnia attentata poſt appellationem reuocanda eſſe decernunt, lex autē Regia vtitur illis verbis: *E lhe ſerà paſſada carta para não ſer tirado de ſua poſſe, & ſer mantido nella*: Quæ manutentionem tantùm important.

33 Tentari tamen poteſt, quod mens legis Regiæ ea videtur eſſe, quod appellans manuteneatur, & ſi fortè contigerit expelli reſtituatur per Regiam manum, nam charta tuitiua appellantium modo conſeruatoria eſt, modo reſtitutoria, ſi deijciatur appellās, quo fit quod, vel quis intra decennium ad appellandum, vel poſt ſua priuetur poſſeſsione, omnia quæ vergunt in præiudicium appellationis, à Principe reuocari poſſe videtur, ratio eſt, quia cùm ex officio cognoſcat de violentia denegatæ appellationis, ex iure, & cōſuetudine, quæ dat iuriſdictionem. Ceuallos vbi ſupra nu.252. poteſt ad illum finem omnia diſponere, & ordinare, ne impediatur cognitio iudicis, ad quem, qui cō temnitur, & iniuria afficitur ab eo qui inuocat, dum ſententiam ſuperioris non expectat, immo aſpernatur: nam ſic licet reuocare ea quæ intra appellandi tempus fiūt, quā m ea quæ poſt illam actu interpoſitam, quia vtriuſq; caſus par eſt ratio, totus titullus nihil nouari, l. Appellatione, C. De appell. cap. Poſt appellationem 2. q. 6. cap. Non ſolùm de appell. in 6. Ordin. lib. 3. tit. 73. quod ampliādum eſt, vt non ſolùm habeat locum ſi à iudice innouatur, vel ſi à partibus, vtroq; enim caſu procedit, d. cap. Non ſolùm, Herculan. de Attent. cap. 3. n. 2. Rebuf. ad leges, 3. tom. ſub tit. De appell. gloſ. 2. n. 10. quæ iura licet loquantur cū ſuperioribus, ad quos cauſa deuoluitur, vt ipſi reuocent antequam de iuſtitiæ cauſa cognoſcant, tamen rectè accōmodantur Principi, qui in obſequium iudicis ſuperioris, eius vices gerendo ſe ingerit, non vt de cauſa cognoſcat, & de meritis ipſius, nec vt attentata viæ iuſtitiæ reuocet, ſed tanquā de facto geſta per ſe, & ſuos miniſtros, vt mos geratur Pontifici reponit.

34 Limitabis tamen ſemper ſupradicta, quòd non poſsint per chartam tuitiuā impediri, ea quæ fiunt poſt, vel ante appellationem tanquam conſecutiua præcedentis ſtatus, quem quis habuit ante ſententiam, vel appellationem; quia in his magis conſideratur continuatio, quā innouatio, gloſ. in d. cap. Non ſolùm, verſ. Dic tamen, & gloſ. verbo Innouare in

Clement.

Clem.2. vt lite penden. Menoch. remed.vlt.recup.n.49. Hercul. de Attentat.cap.3 à num.5.&.cap.4.à princ. Mandoſ.de Inhibit.cap 25. Vnde ille cótra quem lis agitabatur ſuper beneficio,ſicut renuntiare potuit, lite pendente in prima inſtãtia,iuxta gloſ.verbo Finita in cap.2.vt lit.pend.lib 6 Boer.deciſ. 205. à n.3. ſic pariter, & poſt ſententiam latam,nec talis renuntiatio legi attentatorum ſubijcitur, Hercul.d.cap.vlt.n.153.

Sic pariter intuitu tuitiuæ appellantium non reuocabitur alienatio facta ab eo,qui actione perſonali cõuenitur, & condẽnatus extitit ad rem tradendam,Hercul.d. c. pen. n.48.& 104. Couar.pract. cap.15.nu.6. Sicut tandem qui appellauit ab excommunicatione, contra ſe lata,poteſt poſt appellationem denuntiari, iuxta cap. Paſtoralis , §. Verum , verſ. Nos de appel.declarando,vt per Decium, ibi: Cappella , & eius add. deciſ. 300. Gabriel lib. commun tit. de iuris reg.concluſ.3. n.59. quia denuntiatio eſt, quædam declaratio actus præcedentis,& eius effectus, & ideo non dicitur de nouo fieri.

35 Circa excommunicationem autem latam intra tempus appellandi,& poſt appellationem,D D. differentiam conſtituũt, vt primo caſu valeat mero iure,& indigeat abſolutione,dixit Rotta 51 in nouiſ. ſub titul de Appell. Couarr. pract.cap 23.nu.2.verſ.Illud, & in cap.Alma 1.p.§.2.n.5.verſ.Tertia. Sic limitãtes regul.d.cap.Non ſolùm. At vero poſt appellationem eſſe nullã,nec abſolutione indigere,c Cũ contingat 36 de off.deleg.

Verum ego exiſtimo,quòd neutro caſu talis ſententia excõmunicationis valida eſt,cùm paria ſint, vel appellationem fuiſſe interpoſitam , vel in habitu , & potentia poſſe interponi,cum illud tẽpus à lege ad declarandum,an velit appellare concedatur , intra quod omnia ſilent: vnde illud quod eo tempore innouatur tollit effectus appellationis,& nulliter fit, huius opinionis fuit Archidiac.in d cap. Nõ ſolum,verbo Abſoluere. Monach.in cap. is cui nu.6.de appell. eod. dubitat Angel. in l.1. num 8. ff. Nihil nouari , & hanc videtur ſequuta opinioné, Regia Ordinatio,dum concedit tuitiuam appellanti , & non iubet vt à cenſura nulliter , & de facto lata abſoluatur,ſed quod non euitetur à communione ciuium , nec ab illo excommunicatorum pœnæ exigantur,ſic tacite oſtendens talem cenſuram ſicuti nullam non eſſe obſeruandam.

36 Limita tamen , quòd ratione huius tuitiuæ , tantùm appellans tuendus eſt aduerſus collitigãtes, in cauſa , in qua appellatum fuit, non verò contra tertium, l.Creditor. 60. ff. Mandat. iunct. gloſ.2. communiter recepta ex Couarr. d.cap.24. n.4. cap.Romana, §. in aliom de appell.lib.6. maxime cũ hæc expediantur officio Principis

Nn cap.

cap. Regum officium. Quod reſpondet officio iudicis, quod non datur contra tertium ſingularem poſſeſſorem, niſi quando in tertio conſideratur eadem æquitas, quæ in ſuo principali ſecus ſi eadem nõ ſubſiſtat æquitas erit hoc officiũ mere perſonale, ex Bart. in l. Si tertius, §. Si quis n. 5. ff. Aqua pluuia, ibi: communiter recepto, & in §. Cato vbi Iaſ. n. 26. l. 4. ff. De verb. Conſtat autẽ in reuocandis attentatis, conſiderari iudicis attentãtis malam fidem, & violentiam, quæ ipſius perſonam non egreditur.

Verum res diſtinctione temperanda eſt, quod ſi pars aduerſa appellantem ſpoliat, remq; in alium tranſtulit, Princeps ex officio poterit cõtra tertiũ procedere, quouſque appellans reſtituatur, cum eadem æquitas ſuadeat, vt cõtra tertium qui habet cauſam ab ſpoliatore appellans reſtituatur, probatur in d. cap. Non ſolùm, vbi illud verbum Penitus importat omnimodam reſtitutionem cõtra quẽcunq; & probatur in cap. Ex parte 7. de teſtibus, vbi remedium attẽtatorum contra tertium, qui cauſam habuit ab attentante conceditur, & facit regula cap. Sæpe de reſt. ſpol. quando vero contingat, vt appellans ſpolietur à tertio, tũc non poteſt ex officio Principis appellans manuteneri, ſed debet agere ordinarie contra ſpoliãtem, nam circa ea quæ nec cauſam appellationis attingunt, vel ab ea dependent, Princeps non ſe intromittit, quia alia indigent diſcuſſione, ſolùm enim poteſt facere ea quæ neceſſaria ſunt ad tollendam vim illatam, & non amplius.

37 Sexta quæſtio eſt, in quibus caſibus tuitiua appellantium locum non habeat.

Vltra ſupra poſita, ex quibus colligi poteſt, quibus caſibus, & quomodo chartæ tuitiuæ appellantium concedantur, aliqui ſunt in quibus locũ non habent, prout eſt, ſi imploretur elapſo anno, intra quod debuit appellans proſequi; ex reg. cap. Cùm ſit Romana de appell. vbi annus ad appellationem indulgetur, hanc vnicam quæſtionem diſputat Cabedo 1. p. diſ. 76. vbi concludit, quòd intra annum ſolum hæ tuitiuæ concedi poſſunt à Principe: ſed hoc ita abſolute dictum verum non reputo: ponamus quòd appellauit quis intra decendium ligitime in caſu ſibi à iure permiſſo, durauit cauſa per biennium in gradu appellationis, timet appellans ſe moleſtari quid obſtat, vt à Rege tuitiuam expoſcat, cum eo caſu durante appellatione moleſtari nequeat, annus enim præfigitur, non finiendæ appellationis cauſa, ſed introducendæ coram ſuperioribus, quòd ſi ligitime impeditus extitit, biennium indulgetur, vt in d. cap. Cùm ſit Romana, cùm ergo intra illud tẽpus cauſa pendere poſsit, non eſt cur appellans non tueatur, donec ille articulus excuſationis coram

ſuperiore, ad quem appellatum eſt terminetur.

38 Quare differentia conſtituēda eſt in cauſis criminalibus, & ciuilibus, quod in illis, elapſo anno, regulariter appellans tueri nequeat, quia ſcilicet habet per finitum tempus anni à iure, quo tales appellationes finiri debent, ita vt eo elapſo, primæ ſententiæ exequantur, ac ſi appellatum non eſſet, vt probat text. in l. fin. §. Illud, ff. De temp. & repar. appell. Auth. Ei qui eod. tit. niſi prius doceat de ligitimo impedimēto, ex cuius deciſione emanauit breue Pij IIII. quod Archiepiſcopo Bracharenſi conceſſum eſt, quod ſic habet.

Iudices verò à nobis, & apoſtolica Sede, ſeu eius Legatis, vel Nūtijs, ad cauſas appellationū à ſentētijs per ipſum Archiepiſcopū in criminalibus latis audiendam pro tempore in partibus illis deputati cauſas eis commiſſas, infra vnius anni, à die appellationū interpoſitarum ſpatium computandū omnino, quauis excuſatione ſemota, finali ſententia terminare debeāt: aliàs d. anno elapſo, ipſe Archiepiſcopus, ſeu eius officialis, niſi eis de euidenti, ac neceſſario impedimento plene conſtiterit ſententias per eos latas, veluti appellatione deſerta, quauis inhibitione non obſtante, debitæ executioni demandare valeant, &c.

Nota illa verba, Niſi eis de euidenti, ac neceſſario impedimento, &c. Quibus videtur admitti excuſationem, non finitæ cauſæ, quo articulo durante non eſt priuandus appellans, tuitiuæ ſalubri remedio.

In cauſis verò ciuilibus, quibus finiendis in Rotta terminus præfixus non eſt, ex hodierna praxi nō video quomodo poſsit tuitiua denegari appellanti, & ſuam appellationem proſequenti. Vnde ſi fatali elapſo appellans reſtitutionē imploret, & ſuper ea cauſa pendeat, eadem ratio expoſcit, nē dum cauſa pendet, ſententia exequatur. Vnde puto, quòd ſi quis appellauit, & appellationem proſequutus non eſt, morbo detētus, vel ſimili iuſta cauſa, poterit talē impedimentum, coram Principe, allegare, non ad effectum, vt de illo cognoſcat, ſed vt ligitimo ſuperiori remittat iudicandum, & interim poſsit Reum tueri, donec excuſatio, vel admittatur, vel reprobetur.

39 Secundo, tuitiua non conceditur contra tertium, qui appellātem ſpoliauit, quia ſolùm litigantes reſpicit, d. §. In alium vt ſuprà tetigimus.

Tertio, non debet concedi illi, qui contumax fuit, nec citatus comparuit, vero enim contumaci appellatio denegatur, notant omnes in l. Properandum, C. de Iudic. §. 1. cap. Sunt quorum 11. q. 6. l. Ex conſenſu §. fin. ff. De appell. l. Poſt edictum, §. Sciendum, ff. De iudi. Ord lib. 3. tit. 75. §. 3. Bal. in d. §. Sciēdū quod eo caſu appellationis

 admiſsio

admiſsio erit nulla,& quod iudex ad quem,tenetur cauſam remittere, quaſi non fuerit iuriſdictio deuoluta, Boer.deciſ.206.num.8. Deccius conſ.34. in princip. non debet tamen citari ad domum, vt verus ſit contumax, Rotta noua 49. ideoq; auditur appellans eadem Rotta noua 364. & quis ſit verus contumax Rebuffus 2.tom. tit. De contumac.art.10.fol.122.

40 Quarto,nō cōceditur tuitiua violēto poſſeſſori,qui per vim alterius poſſeſsionem occupat, quia repelli potius debet, quàm tueri, ex Angel.in §.Quadrupli de actio. col.8. fol.226. & in §. Retinendæ de interdict.Maranta 4.p.deciſ.7. num.16. fol.171. Boer.quæſt.161. in fine.

41 Quinto, chartæ tuitiuæ non conceduntur pro debitis deſcendentibus ex perſonali actione, nam ſi quis ex perſonali condemnetur, & excommunicatus ſit, & inſordeſcat, quouſq; imploretur brachium,tali tuitiua vti non poteſt, ex Ordin. lib. 2. titul.8. § 6. quod tamen ego intelligo,vt non omnino his caſibus ſit deneganda charta tuitiua, quando appellatum ſit ex iuſta cauſa, nec aliud probat Ordin.lib.2. titul.10, § fin. quia ſe refert ad §.6. quo cauetur, vt talis charta conceſſa non obſeruetur ſine aprobatione Principis, ibi:*Sem paſſe noſſo*,quare non omnino talis conceſsio interdicitur, ſed cum illa ſolemnitate quod de Principis expediatur ſpeciali facultate.

42 Sexto, concedi non debet quando appellatur à ſententia, qua prior iudicatur deſerta, quia hæc vltima eſt declaratoria præcedentis,à qua non datur appellatio, Clem. appellationem de appell. Verum adhuc contrarium puto,quia hæc ſententia, quæ dicit aliam eſſe deſertam, diffinitiua eſt, & ab ea licet prouocare, Rotta deciſ.59. de appell.Francus in cap.Ex appellatione de appell. quæſt.9. & ſic poteſt ſuſpendi, & ſimul executio ſuper principali, quouſq; ſententia ſuper deſertione tranſeat in rem iudicatam, Craueta conſ.181. Rotta deciſ.74. 86. 424. aliàs deciſ.9. 12. & 59. in nouiſ.de appell.& deciſ.427.de re iud. in nouiſ. aliàs 21 ſe ſe d. §. 4. nu.97. vbi reſpondet ad d. Clem. appellationem.

43 Tandem concedi non poteſt in his caſibus, quorum appellationes non habent effectum ſuſpenſiuum, vel ſi cauſa iudicantis iuriſdictionem non excedat,quādo ex priuilegio ſit ita conceſſum quare his caſibus non datur appellatio,& ceſſat fundamentum.

44 Septima, eſt quæſtio,an recurrentes ad Regem pro hoc remedio aſſequendo,poſsint puniri? Hæc quæſtio attingit tertiam ſupra diſcuſſam, & ab illa dependet, & ſine dubio, eſt, quod recurrentes his caſibus manifeſtæ violentiæ ad Regia Tribunalia licitè faciunt,& ſine cenſurarum in curſu

curſu cum propriam defenſionem intendant, implorata Regis manu, in caſu, in quo propria ſe defendere poſſent, Seſe de inhibibitio. §. 4. cap.8. num.140. cùm eo caſu omnia fiant in reuerentiam Sedis Apoſtolicæ, ne recurſus ad Pontificem impediatur, explicat Corduba in tract. de caſos, cap.35. Viualdus in Candelabro 2. p. in explicatione Bullæ cauſ. 16. num.114. Bobad.lib.2. cap.18. num. 139. Garcia de Notabilit. gloſ. 9. à num. 46. Seſe vbi ſupra num. 83. & pro hac parte ſæpe in Rotta iudicatum dicit Pariſ.conſ. 172. vol. 4. & eſt deciſio Achiles 36. de appell. in impreſsis refert Mandoſ. Commiſſ. 10.un.14. formula verbo Reuocandi, & iudicatum à Farinacio, refert Seſe d. cap.8. §.3. num.184. plura in confirmationem adducit Ceuallos 4. p. quæſt.897.num.136.& 138. Bobad.d.cap.18.n.146.

Vnde & iudices qui talia decernunt, & partes, quæ ad Regem recurrunt, licite faciunt, & in caſu permiſſo, nec oportet eos lege decipi, ſed iuuari.

CONCORDIAS QVE NESTE REYNO SE CELEBRARão entre os Reys, & Prelados, do tempo del Rey Dom Afonſo Segundo, atè o del Rey Dom Sebaſtião de glorioſa memoria.

1 *AS primeiras concordias de que achei noticia na Torre do Tombo (que he o archiuo publico, em que ſe guardão as couſas deſta qualidade, que vi, com ordem de ſua Mageſtade para ſe me moſtrar tudo o que nella hauia) forão celebradas com elRey Dom Afonſo Segundo, nas quaes não ha outra forma mais, que precedendo as queixas dos Prelados, nas couſas em que contendião dar elRey ſua reſpoſta, desfazendo os aggrauos, & pondo emenda no futuro, para que ſe não continuaſſem, deſtas houue duas, de que conſta do liuro antiguo das leis do meſmo Dom Afonſo Segundo, fol. 45. & 48. aonde não ha couſas notaueis, & por iſſo não faço aqui menſaõ dellas. Deſpois deſtes artigos houue, na era de 1223. outra compoſição, feita com elRey Dom Sancho Segundo, & Dom eſteuão Arcebiſpo de Braga, de que o treslado he o ſeguinte.*

Concordia delRey Dom Sancho Segundo.

2. Dom Sancho. *IN Nomine Domini, &c. Hæc eſt compoſitio inita inter D. Sanctium Secundum illuſtrem Regem Portugaliæ, & D. Stephanum Brachar. Archiepiſcopum, ex altera, ſuper quibuſdam controuertijs olim ortis inter D. Alfonſum patrem præfati Regis, & eundem Archiepiſcopum.*

Sobre

Concordia primeira ſobre as procurações.

PRimo placuit vtriq; parti, quòd dominus Rex procurationes, quæ vulgariter appellantur, Collectæ, recipiat in Chatedralibus Eccleſijs, & Monaſterijs, & alijs Eccleſijs, à quibus eas habuerunt aui ſui Reges Portugaliæ, & quando dominus Rex fecerit tranſitum per Cameras illas reiectis grauaminibus, & exactionibus miniſtralium, & non teneantur datores collectarum eas carretare niſi vellint extra illas Camaras, & recipiat eas dominus Rex, quales receperunt aui ſui. 3.

Hoc collectandi ius Reges remiſerunt, debuit enim illud fieri tempore naſcentis Regni pro laboribus, & expēſis belli.

II. Que ſe não vendão Igrejas.

PLacuit etiam domino Regi conſtituere, quòd de cætero aliqua Eccleſia non ſit Ioanneira in Regno ſuo, nec aliquis vaſſalus ſuus audeat eas vendere, vel arrendare pro aliquo pretio. 4.

Occurrit patronis, ne Eccleſias vēdant, quia ad ſummum tranſeunt cum bonis, quibus annexæ ſunt, cap. Quia Clerici de iur. patr. Hipol. ſing. 195. Rochus de iure patron. verbo Vtile q. 3. n. 9. & verbo Ipſe vel is. nu. 54. Tranſit tamen cum vniuerſitate cap. Ex literis de iur. patr. Conan. lib. 7 cap. 7. n. 4. Couarr. 1. reſol. cap. 13 n. 3. Tiraq de Prim gloſ. 9. n. 7. vide l. 9. tit. 15. part. 1.

III. Ob defectum iuſtitiæ Rex cognoſcet.

POſitum etiam fuit inter eos, quòd in ciuitatis Epiſcoporum, & cauſis, & hæreditatibus Eccleſiarum, & Monaſteriorum, & in quibus ſunt, vel fuerint iudices litigatores conſequantur ſuam iuſtitiam, per Archiepiſcopum, vel Epiſcopum, vel per iudices locorum, & ſi illis 5.

non

non fecerint iuſtitiam dominus Rex faciet eam fieri, & & pro directis ſuis declaratis, non fiat alça ad dominum Regem, nec ſuper voce, & calumnia, ſi iudex voluerit illam iudicare, & lauratores alcenſe, ſi voluerint, & per hoc non atribuatur poteſtas, vel ius aliquod quod non habet, nec auſertur ei quod habet.

Ibi, Faciet eam fieri. Nota quòd hoc caſu, à denegata iuſtitia, poteſt cognoſcere Rex ex hac concordia. Obſtat tamen, quòd negligentia iudicis eccleſiaſtici non nocet Eccleſiæ, cap. Per tuas de ſent. excõmun. Auth. Vt nulli iudicum, §. Et hoc peruenit, Specul. in tit. de Comp. iud. add. §. 1. ver. 23. proſequitur Marta caſ. 146. vide cap. Qualiter de Iudic. ſed ego intelligo procedere in caſibus, de quibus Reges cognoſcunt, ſcilicet in violentijs, de quibus ſupra egimus.

IIII. Quod requiſitus defendat Eccleſias.

6. *ITem dominus Rex debet defendere Clericos, & Eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas requiſitus ab Archiepiſcopo, vel Epiſcopis, vel ab alijs Prælatis.*

Ibi, Requiſitus. Poteſt Rex defendere, vel requiſitus per modum auxilij, de quo in Ordin. lib. 2. titul. 8. vbi dicemus: vel per ſupplicationem, & ordinarie, vt Ord. lib. 1. tit. 9. §. 12. & lib. 2. tit. 1. §. 2.

V. Dimittit Epiſcopis Cameras.

7. *PRomiſsit etiam dominus Rex dimittere Epiſcopis Cameras ſuas cognitas, & ſi de aliquibus fuerit dubitatio, faciet de eis directum fieri.*

VI. Bona Eccleſiæ non occupabit.

8. *ITem, ſtatuit quòd bona Eccleſiarum non occupet in morte Prælatorum.*

Ibi, Morte. Defenſio bonorũ Prælati ſpectat ad Regem, vt conſeruentur Eccleſiæ, & ſucceſſori, Bobad. lib. 2. cap. 18. n. 180.

n.180. Guterr. lib. 2. pract. cap. 49. n.3. Barboſ. in l. Hæres nu. 210. ff. de Iudic. Cabed. deciſ. 84. 1.p. non tamen habet ſpolia vt hic.

VII. Non mittit familiam ad Eccleſias.

Placuit inſuper d. Regi, quòd nec canes, nec aues, nec homines, nec beſtias mittat ad Eccleſias, vel ad Monaſteria, vt inde paſcantur, vel per eos alias grauentur. 9.

Pertinet hoc ad immunitatem, & cauetur Ordin. lib. 2. tit. 21. Soarez 1. tom. de Relig. cap. 8. num. 4. lib. 3. vide Abb. & text. in cap. 1. de Immunitat. Eccleſiar. l. 1. & ibi D.D. C. de Sacroſ. Eccleſ.

VIII. Circa incorrigibiles non ſe intromittet.

Poſitum etiam fuit, quòd D. Rex nõ intromittat ſe de iuſtitia facta, circa Clericos incorrigibiles, & Religioſos ſubditos Epiſcoporum, niſi in quantum fuerit laicale. 10.

Ibi, Niſi quatenus fuerit laicale. Ideſt, in his, in quibus ad Regem ſpectat, vt in caſibus violentiæ, vel denegationis iuris naturalis, de quibus ſupra lib. 1. tit. 9. §. 12.

IX. Inquiſitiones non faciet contra Eccleſias.

Promiſit etiam d. Rex, quòd faciet emendari inquiſitiones factas à patre ſuo in realenguis, inquantum tangunt Eccleſias, & Monaſteria, & viros eccleſiaſticos 11.

Ibi, Tangunt Eccleſias. Nota, quòd diuiſiones factas Regis authoritate, vel alia quæ tangunt bona Eccleſiarum, non valent, nec eius authoritate expediri poſſunt, iuxta vulgaria principia.

X. Non faciet vim Eccleſiæ.

Item, ſtatuit quòd nullus vaſſalus, vel eius domus in Eccleſijs realenguis faciat malum, vel forciam, 12.

Eccleſiæ

Eccleſiæ, vel Clericis, vel hominibus, & rebus eorum.

n;

13. Hæc omnia pro vt ſuperius ſcripta ſunt, dominus Rex implere, & cura ſua promiſsit obſeruare ſine malo ingenio, & mandauit Baronibus ſuis vt ea iurarent, vt attenderent, & faciãt d. Regem ea attendere, bona fide, quos cuiuſuis fuerit, & ipſi ea iurauerunt de mandato dicti Regis, ſecundùm præmiſſam formam. Actum Colimbriæ, mẽſe Ianuarij, ſub era 1261. præfatis Rege, & Archiepiſcopo hoc cõfirmãtibus cum appoſitione ſigillorum ſuorum, præſentes autem hi fuerunt D. Petrus Abbas Alcobatiæ, D. Rodericus, &c. Prior Hoſpitalis, &c.

14. *HOVVE SEGVNDA CONCORdia, na qual o meſmo Rey Dom Sancho prometeo guardar os artigos que ſe continhão em hũa Bulla de Gregorio, cujo theor he o ſeguinte.*

15. *GRegorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum, &c. Venerabili fratri Archiepiſcopo Brachar. ſalutem & apoſtolicam benedictionẽ Illuſtris Rex Portugal, quàm horribile ſit in manus Dei viuentis incidere debita meditatione penſaret, ab offenſione ſacroſanctæ Eccleſiæ ſponſæ ſuæ, quam ipſe proprio ſanguine campa-rauit, & ſeruitorum eius cautius abſtineret, ad noſtram ſiquidem audientiam noueris perueniſſe, quod idem Rex prætextu cuiuſdam prauæ conſtitutionis, quam proauus aſſeritur edidiſſe, vt mulier capiatur, cum qua perſona eccleſiaſtica reperitur, officiales, & quidam alij vaſſali ſui, ſæpe domus huiuſmodi perſonarũ Diocæſ. Brachar. infringunt, & ſiue inueniantur cum eis mulieres ſiue nõ, eaſdem perſonas infamant, & bona diripiunt, earundem propterea quod nõnullæ ex ipſis coactæ vexationem ſuam redimere, officialibus, & alijs certam perſoluũt pecuniæ*

Era Gregorio IX. vt ſupra n. 26.

quanti.

quantitatem. Præterea ſi contingat quòd tu, vel Vicarij tui proceditis contra perſonas Eccleſiaſticas, puniendo ipſas, iuxta quod earum exceſſus expoſcunt: idem vos quòd pœnam huiuſmodi reuocetis, tam per occupationem bonorum veſtrorum, quàm aliàs pro ſua voluntate compellit, & per ſuos facit integrari punitos, ex quo crimina remanent impunita, teq; ipſumquoq; ac perſonas eccleſiaſticas, vt in ſuo procedatis exercitu, pro ſuo citat arbitrio voluntatis. Voſq; ad hoc per ſe, vel ſuos cogit inuitos, vobis niſi iueritis pœnam pecuniariam impingẽdo perſonas nihilominus eccleſiaſticas ad retinendum homines, & equos ipſius Regis in Eccleſiarũ domibus, & miniſtrandum eis neceſſaria ſubire angarias, & parangarias, & ad alia compelli, onera inhoneſta, & tam ſua, quam Baronum, & officialium ſuorum bona, & ſtatuta ſeruare, inter quæ ipſe tale fecit in odiũ Dei, & Eccleſiæ, ac miniſtrorum eius; ſtatutum videlicet, vt ſi quis poſſeſſiones aliquas Eccleſiæ, vel Monaſterio donauerit, inter viuos, aut vltima voluntate reliquerit, non liceat Eccleſiæ ipſas recipere, nec eis, aut cuiq; perſonæ Eccleſiaſticæ, poſſeſſiones aliquas comparare quantumcumq; ab omni onere tributi, aut ſeruitutis immunes, ex quo deuotio fidelium, & voluntas decedentium impeditur.

Ad hæc ſi quæ perſona eccleſiaſtica ſuper poſſeſſionibus, &c. Et concludit d. Bulla. *Nos igitur ſaluti ſuæ conſulere, & Eccleſiarum, ac perſonarum Eccleſiaſticarum indemnitatibus ſicut tenemur procurare volentes, eidem Regi per literas noſtras deſtrictius inhibemus, ne per ſe, vel officiales, vel vaſſallos ſuos perſonas eccleſiaſticas infamare, vel domos infringere, ſeu bona ipſarum diripere prædicto, vel alio conſimili modo præſumant: ſi verò tu, vel tui Vicarij contra viros eccleſiaſticos proceſſeritis, de facto ex eis iuſtitia facienda, nullatenus ſe intromittat; nec aliàs tuã, vel officialiũ tuorũ iuriſdictionẽ* 16.

impediat

impediat, vel impedire permittat, cûm non ſit ſas ipſum talibus immiſceri, Archiepiſcopatum quoq; Bracharen. vel maioris, aut aliarum Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorũ bona, in toto non occupet, vel in parte ſtudens excommunicatos arctius vitare, nec per ſe, vel per ſuos compellat perſonas eccleſiaſticas in ſæculari foro de cauſis criminalibus, vel ciuilibus reſpondere, viros etiam eccleſiaſticos ab his, quæ tenent, & poſsident non remoueat, dummodo parati ſint coram ſuo iudice de ſe conquærentibus, exhibere iuſtitiæ complementũ: præterea in Eccleſias aliquos non intrudat, nec ab eiſdem amoueat inſtitutos caueat ne te, aut perſonas eccleſiaſticas in expeditione ſua proficiſci, ſeu bona, aut ſtatuta ſua bonorum, & officialium ſuorum ſeruare, maxime de poſſeſsionibus liberis ab Eccleſijs, vel perſonis eccleſiaſticis minime acquirendis, ſiue angarias, vel perangarias, vel alia onera inboneſta ſubire compellat à tuis perſonarum Monaſteriorum, & Eccleſiarum grauaminibus, iniurijs, ac moleſtijs expreſsis ſuperius penitus deſiſtendo, olioquim cûm non ſit cuiq; in animæ ſuæ periculum defferẽdum, nouerit nos tibi noſtris dediſſe literis deſtrictius in præceptis, vt niſi ipſe infra tres menſes poſt receptionem literarum noſtrarum, vel publicationem earum, in loco vbi fuerit prædicta curauerit adimplere, & Eccleſijs, ac Monaſterijs de damnis, & iniurijs per ſe, ac ſuos irrogatis eiſdem ſatisfaciet competenter, promittens firmiter, per patentes literas ſuas, quôd articulos expreſsos ſuperius, cûm ſint de iure communi, obſeruabit, & faciet obſeruari tibi, & tuis plenã, ſecuritatem impendens ſe, ac ſuos barones, officiales, Bailiuos, & ſubditos ſuos Eccleſiarum grauaminibus cohibendo: u omnia capitula ſupra ſcripta, ſublatis cuiuslibet conditionis, & appellationis obſtaculo exequaris contradictores, ſi qui fuerint, &c. Ipſum inſuper ſententia excommunicationis præcedens loca; ad quæ ipſum deuenire

contigerit

contigerit quandiu ibi fuerit ſupponas eccleſiaſtico interdicto, & faciat ſententias ipſas vſq; ad ſatisfactionem condignam, authoritate noſtra inuiolabiliter obſeruari, non obſtante indulgentia, que ſibi dicitur ab Apoſtolica Sede conceſſa, ne quis in eum, vel Regnum ipſius excommunicationis, vel interdicti ſententiam audeat promulgare. Si verò prædictus Rex in huiuſmodi pertinacia diutius duxerit perſiſtendum, &c. Datum Lateranenſ. XVII. Kalendis Maij, Pontificatus noſtri anno XII. VII. Kalend. Aprilis, Pontific. anno I.

Em corroboração deſta Bulla, obrigandoſe elRey a guardalla, ha hũa prouiſaõ ſua, que diz aſsi. 17

SAnctius gratia Dei Portugalæ Rex, Stephanus eadem Archiep. Brachar. Sciatis quòd ego promitto firmiter, per præſentes meas literas patentes, quòd articulos eccleſiaſticæ libertatis in reſcripto apoſtolico comprehenſos, & alios contentos in eadem ſeruabo, & faciã iuxta mandatum apoſtolicum obſeruari.

PRIMEIRA CONCORDIA DEL Rey Dom Afonſo III.

ElRey Dom Afonſo III. Conde de Bolonha ha hũa prouiſaõ, & capitulos, q̃ elle ſe obrigou guardar, em q̃ trata deſte breue de Gregorio. & diz aſsi.

I. Quód bonas conſuetudines ſeruabit.

EGo Alphõſus Comes Bolloniæ natus claræ memoriæ Alphonſi Regis Portugalæ promitto, & iuro ſuper hæc Dei ſancta Euangelia, quôd quocunq; titulo Regnũ Portugaliæ adeptus fuero cõmunitatibus, ſeu cõſilijs militibus, & populis vniuerſis, ac religioſis, ac clero eiuſdẽ Regni obſeruabo, ac faciã obſeruari bonas cõſuetudines, 18

ſeu foros ſcriptos, & non ſcriptos, quos habuerunt cum auo, & proauo meo, & tollã malas conſuetudines, ſeu potius abuſus introductos qualibet occaſione ſuper quaslibet perſonas, tẽpore patris, vel fratris mei; & ſpecialiter de pœna pecuniaria pro homicidio non extorquẽda à vicinia interfecti, maximè vbi author homicidij notus eſt.

II. Quód faciet iuſtitiam fieri.

19. *ITem, quôd iudicis ſententiã poni vbi ad me ſpectauerit per totum Regnum, iuſtos, & rectos quantum mihi Dominus dederit intelligere, per electionem populi, cui præordinatus eſt iudex, vel alio modo ſecundûm dominũ, non per pecuniam, vel opreſsionem, ſeu etiam petitionẽ cuiuslibet potentis, in cuius terra iudex futurus eſt. Et hic cûm ſic electus fuerit, vel aſſumptus, iura facere iuſtitiam, & iudicium ſecundûm dominum, ſine perſonarum acceptatione, inter eos, qui ſuæ iuriſdictionis extiterint, per me ſi inquiſitione annua de huiuſmodi facienda, in aliquo Reus conuentus fuerit, animaduerſione debita puniendus.*

Ibi, Inquiſitione, &c. Nota quòd ſingulis annis in ſindicatu de iudicum male geſtis fiebat inquiſitio.

III. Quód puniet qui eccleſiaſticos perſequũtur.

20. *ITem, quôd faciam iuſtitiam de quolibet homicida, & ſpecialiter de his, qui per ſe, vel per aliũ Clericos, ſeu quoslibet Religioſos capiunt, ſpoliant, vulnerant, vel occidunt, taliter quôd pœna talium ſit cæteris exemplum.*

IIII. Quód manutenebit eccleſiaſticos.

21. *ITem, quòd Eccleſias, Monaſteria, & cætera pia loca Clericos, & Religioſos, & poſſeſsiones, ac eorum iura defendam, & manutenebo, ac conſeruabo in*

ſtatu

ſtatu debito, & quantum mihi poſsibile fuerit, eiſdem hactenus per quoſcumq; rapta, vel ablata reſtituam, ſeu reſtitui faciam à quocumq; iniuſto quomodolibet detentatore, & ſpoliatore, vel & exactore ſatisfieri, nihilominus de damnis, & iniurijs, quibuſcũq; modis irrogatis, iiſdem à quibuſcumq; perſonis, ſiue patroni ſint, vel hæredes, ſiue alij ſecundùm Archiepiſ. Colimbrienſ. & alij Prælati, & Religioſi, & alij boni homines, non iure ſuſpecti, vel malefactores, conſiderato ſtatu Regni, & pace danda, ei viderint expedire.

Ibi, manutenebo, nota quòd idem eſt quod tueri, & hinc naſcuntur tuitiuæ, de quibus in Ordin. ſupra lib. 1. tit. 3. §. 4. & tit. Dos Deſembargadores do Paço, §. 116. & lib. 3. tit. 85. & lib. 2. tit. 10. aliæ conſeruatoriæ, aliæ reſtituriæ, aliæ appellãtiũ.

V. Quód ædificia contra Eccleſias deſtruet.

ITem, quòd quintanas, ſeu caſas factas de nouo, tempore ſanctij fratris mei, à quibuslibet perſonis in 22 *præiudicium aliorum, & maxime Eccleſiarum, & Monaſteriorum, & cæterorum Religioſorum non obſtante lapſu temporis faciam penitus demoliri.*

VI. Quód defendet Eccleſiam.

ITem, quòd defenſabo ſpecialiter Eccleſias, & Mona 23 *ſteria, ab illis, qui propter maleficia ſua, vel parentum ſuorũ iure amiſerunt, ius patronatus in ipſas, ex quo mihi de talibus innotuerit per Epiſcopum locorum illorum.*

VII. Quód vitabit excommunicatos.

ITem, quòd vitem excõmunicatos denũtiatos mihi per 24 *excõmunicatores, etſi forte talis in excommunicatione permanere contumaciter voluerint priuatos beneficijs, quæ à me tenuerunt, creſcente contumacia maiori pœna*

inuitabo ad arbitrium Prælatorum, ſicut Catholicus Princeps facere debet.

De hoc agit Ord.lib.2.tit.8. §.4.& ſequente.

VIII. Quód puniet eos qui iniuriant excommunicatores ſuos.

25. *Item, quôd cum conſilio Prælatorum pœnam ſtatuam contra eos qui excommunicantes ſe pignorãt, vel alijs iniurijs afficiunt ipſos, aut ſuos ſine perſonarum acceptatione executioni mandabo, cûm contra nouos morbos noua oporteat antidota præparari.*

IX. Quód non recipiet collectas inſolitas.

26. *Item, quôd collectas non recipiam in pecunia numerata, nec maiores, quam auus meus recipiebat, nec niſi ſemel in anno, & cûm tranſiero per loca vbi dandæ fuerint, & vt breuiter tranſeam, quôd articulos libertatis, & alios in literas prouiſionis bonæ memoriæ D. Gregorij Papæ IX. per Archiepiſcopum Bracharenſ. & alios obtenta obſeruabo, & faciam per totum Regnum obſeruari â ſubditis meis.*

Bulla de Gregorio IX.

X. Quód corriget mala præterita.

27. *Item, quôd emendabo, & faciam emendari pro poſſe, ſecundûm quod Prælati conſiderato ſtatu Regni, & pace danda eidem expedire viderint, mala hactenus com miſſa in Regno Portugaliæ, & non permittã de cætero talia impunè committi, quæ ſcilicet continentur in literis Papæ Innocentij IIII. ſuper hoc ad me per præfatas communitates, & alios deſtinatis.*

Outra Bulla de Innocencio IIII.

XI. Quôd pauperes defendet.

28. *Item, quôd curam, & adminiſtrationem eiuſdem Regni, & alia ad quæ aſſumptus ſum quantum Dominus*

minus dederit, & mihi poſsibile fuerit fideliter geram, & iuſtitiam faciam ſtudioſe malorum audaciam cohercendo, & ius ſuum ſingulis impendendo magnorum, vel minorum, pauperum, vel diuitum non accipiendo perſonas.

Ibi, Curam: Reges ſunt curatores Regni, & tutores, Ceuallos de violentia gloſ.3. n.9. & gloſ. 1. num. 11. eſt Vicarius Dei, ibi, nu.3. eſt anima Reip. gloſ.3 n.10. pater Reip. ibi, n.9. Valaſc. conſ.79. n.2. gloſ.1. in l.1. tit.1. part.2.

XII. Quod obediens erit Sedi Apoſtolicæ.

ITem, quòd ero ſemper Eccleſiæ Romanæ matri meæ obediens, & deuotus, ſicut Princeps Catholicus debet eſſe; & honori, & exaltationi eius intendam in quantũ licuerit, & decuerit ſecumdum poſſe meum bona fide. 29.

XIII. Quód in rebus grauibus procedet cum conſilio Prælatorum.

ITem, quòd omnibus negotijs cõtingentibus ſtatum bonum Regni procedam cum conſilio Prælatorum, vel aliquorum eorum, qui conuenienter vocari potuerunt, ſecundûm tempus, & locum bona fide. 30.

São os Prelados de ſeu conſelho. Vide ſupra na concordia delRey Dom Ioão o Primeiro, art.66.

Per hoc autem Sacramentum non intelligunt d. Archiepiſcopus, & Epiſcop. Comitem eſſe obligatum quod in dando, & tollendo terras Regni, & in pecunijs ſuis dandis teneatur ſequi conſilium Prælatorum, ſi melius ſibi apparuerit, & hoc concedit eidem. 31.

Hæc autem omnia ſupra dicta ego prefatus Comes ſeruabo, ſaluo iure meo, & Regni Portugaliæ, ita tamẽ quod omnia ſupradicta ſemper rata, & firma permaneāt, & in omnibus, & per omnia obſeruẽtur; nos igitur in teſtiminiũ prædictorum 32.

ctorum ad petitionem præfati Comitis, & dictorum Archiepiſcopi, & Epiſcopi Colimbrienſ. ſigilla noſtra præſenti ſcripto duximus apponenda. Nos verò fratres potius Alfonſus Hiſpan. Franciſcus Dominicus Brachar. & Gomezius Ege miles, qui ſigilla propria non habemus appoſitioné ſigillorum ſupraſcriptorũ approbamus. Actum Pariſijs in domo D. Chancellarij Pariſienſ. VIII. Septembris, anni Domini 1245. Datum Lateran. anno 5. Kalend. April. Pontificatus noſtri anno primo.

33. *Deſtas concordias acima ha milhor noticia do cartorio da Sê de Braga, aonde o breue de Gregorio, de que acima tratei, & outro de Innocencio IIII. com outros, eſtâ junto; & com elles eſte juramento feito em Paris. E he certo indicio, que antre aquelles primeiros Reys houue outras concordias, & artigos, de que não temos hoje noticia, por gaſtar o tẽpo os papeis; & hauer deſcudo em os lançar nos liuros, & lugares proprios: porque na torre do Tombo não achei nelles noticia. Porêm no archiuo de Braga os vi, por meyo de Gaſpar Aluarez Louſada, que naquelle tempo, por ordem do reuerendiſsimo Arcebiſpo Dom Frey Agoſtinho de Ieſus Primâs de Eſpanha Prelado de grande reſpeito, & exẽplo, cuja memoria naquellas partes ſerâ eterna, pela que uiue nas ſingulares obras com que ennobreceo aquella Republica, que quaſi ſe vio reſtaurada por elle: & mais ſe pode Braga chamar Auguſta, por ſeu Prelado Auguſtinho, que por Auguſto Ceſar ſeu fundador.*

Por ordem deſte grande Prelado *via Gaſpar Aluarez Louſada eſtas antiguidades quando mas communicou; & agora na torre do Tombo, aonde aſsiſte com grande ſatisfação, me ajudou a reuoluer os liuros, & papeis q̃ fazião a eſte propoſito, acompanhandome no trabalho que niſto tiue, que que não foi leue.*

SEGVN.

SEGVNDA CONCORDIA DEL Rey Dom Afonſo III. *Dom Afonſo III.*

Ntre as couſas maes antigas achei, no liuro del Rey Dom Afonſo, hũs artigos ſobre materias eccleſiaſticas, que dizem aſsi. 34.

I. Sobre a reconuenção no ſecular.

Primeiramente, ſe o Clerigo faz demanda ao leigo: & ſe o leigo, que he demandado quer recõuir ao Clerigo perante el Rey, ou perante o juyz leigo; o Clerigo lhe deue reſponder perante elRey, aſsi como he conteudo em ſua Decretal que ſe comcça: Cuius eſt in agendo, *em a terceira queſtão, & ſegunda Decretal* De mutuis petitio. 35.

Ex hoc capitulo fuit deſſumpta Ordin. lib.2. tit.1. §.1. & ſecunùm ius procedit, vt per Bobad. lib.2. cap.18. n.162. in Politica, Marta de iuriſd. 4.p. caſ.107. Variar. lib.2. titul. De mutuis peti. reſol.1.n.32. Barb. in l. Qui prior, ff. de Iudic. à n. 79. Caldas Pereira Forenſ. lib. 1. q.25.n.16. & lib.2. q.51. Ceuallos de Violentia, p.2. q.23. n.22. Caſtro in Praxi lib.3.cap. 8. de quo eſt lex 57.tit.6. part. 1. & l.4.tit.3.part.3.

II. Quando o Clerigo he chamado por Autor.

Item, ſe o Clerigo vende algum herdamento a Clerigo, & algum faz demanda ao leigo deſsa herdade perante el Rey, ou perante ſeu juyz leigo, o leigo demandado chame por Author ao Clerigo que o deue defender perante elRey, ou perante ſeu juyz leigo, por dante quem he mandado, aſsi como he conteudo na Groſſa de hũa Decretal, que he na terceira cauſa q. 1. & he conteudo em hũa lei do ff. velho, que começa Venditor. ff. de Iudic. 36.

 Daqui

